

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM
ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS QVARTVS
VOLVMEN ALTERVM



MDCCCCXIII
SVMPTIBVS CAROLI J. TRÜBNER
LIBRARIII ARGENTORATENSIS

CONCILIVM VNIVERSALE
CONSTANTINOPOLITANVM
SVB IVSTINIANO HABITVM

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN ALTERVM

IOHANNIS MAXENTII LIBELLI — COLLECTIO CODICIS
NOVARIENSIS XXX — COLLECTIO CODICIS PARISINI
1682 — PROCLI TOMVS AD ARMENIOS — IOHANNIS
PAPAE II EPISTVLA AD VIROS ILLVSTRES

MDCCCXIII
SVMP TIBVS CAROLI J. TRÜBNER
LIBRARIJ ARGENTORATENSIS

TABVLA

PRAEFATIO	Pag.
1. De Iohannis Maxentii libellorum codice unico	I
2. De monachis Scythicis	V
3. De Iohannis Maxentii libellorum collectione	XIII
4. De Collectione Nouariensi	XIII
5. De codice Parisino 1682	XX
6. De collectione codicis Parisini 1682	XXII
7. De tomi a Proclo ad Armenios destinati codicibus et uersionibus	XXVI
8. De Iohannis papæ II epistolæ codicibus	XXVII
IOHANNIS MAXENTII LIBELLI	
Libellus fidei	3
Capitula contra Nestorianos et Pelagianos	10
Professio breuissima catholicæ fidei	11
Breuissima adunationis ratio uerbi dei ad propriam carnem	11
Responsio contra Acefalos	12
Dialogi contra Nestorianos libri II	14
Epistula Hormisdæ ad Possessorem	44
Responsio Iohannis Maxentii	46
COLLECTIO CODICIS NOVARIENSIS XXX	
Epistula Procli uniformis ad singulos Occidentis episcopos	65
Innocentii episcopi Maroneæ de his qui unum ex trinitate Iesum Christum dubi- tant confiteri	68
Exempla sanctorum patrum	74
Præceptum papæ Felicis	96
Libellus quem dederunt presbyteri LX Bonifatio papæ	97
Quales libellos dederunt episcopi Græci	98
COLLECTIO CODICIS PARISINI 1682	
Epistolæ Constantini imperatoris	101
Excerptum ex allocutione synodi Chalcedonensis	104
Epistolæ Pelagii iunioris papæ ad episcopos Histriæ [M VIII 891—899. 433—454]	105
Suggerendum Mauricio Tiberio [M X 463—466]	132
Mauricius Gregorio [M X 467. 468]	136

TABVLA

	pag.
Excerptum ex Gregorii epistula synodica	136
Excerptum ex Vigilii epistula aduersus tria capitula [M VIII 457—488]	138
Innocentii episcopi Maroneæ epistula de collatione cum Seuerianis [M VIII 817—834]	169

APPENDIX

Procli tomus ad Armenios [M V 421—437]	187
Versio Dionysii exigui	196
Iohannis papæ II epistula ad uiros illustres [M VIII 803—806]	206

Indices addentur quando tomus IIII totus publicatus erit

CORRIGENDA

- p. 22, 15. 24, 7 *legas* liniamentis
 - p. 32, 26 *add. in mg.* Ioh. 17, 5
 - p. 96, 22 *in adnotatione pro* Gangrensiu*m legas* Neocæsariensiu*m*
 - p. 98 *in ultima linea adnotationis ad 4—25 legas* t. I 295
 - p. 104 *in adnotatione ad 2—6 legas* antiqua
 - p. 169, 1 *in mg. legas* M VIII 817
-

PRAEFATIO

Quas in hoc uolumine coniunxi libellorum epistularumque collectiones, earum prima et altera ad controuersiam pertinent de uno ex trinitate incarnato et passo, cuius formulæ patrociniū aliquo modo a. 520, aperte et sine ambagibus inde ab a. 527 suscepit Iustinianus; tertiæ pars ad schisma spectat, quod post concilium quintum in Italia superiore et uicinis prouinciis exortum est, cetera cum ipso illo concilio hac uel illa ratione arte cohærent. conexus igitur ac uinculum omnibus quæ in hoc uolumine continentur, est ipse Iustinianus, theologus indefessus ac pertinax. ceterum legem totius conciliorum editionis in hoc quoque uolumine religiose obseruauī, ne collectiones quales codices præbent, rationibus extrinsecus adductis discerperem ac delerem; sicut enim ea quæ iis continentur, illorum temporum historiam illustrant, ita etiam ipsa earum origine compositione ordine ea quæ tum gesta sunt, clariora redduntur.

His præmissis de singulis collectionibus ea depromam quibus lecturo opus est, ita tamen ut nihil exponam nisi necessaria et ea de quibus rationem reddere diligens debeat editor; nam res ipsas accurate et stilo historico enarrare siue omnes quæstiones discutere quæ aliquo modo cum his collectionibus cohærent, hoc a modesto editoris munere alienum putauī. quæ de omnibus huius editionis præfationibus semel dicta esse uelim.

1. De Iohannis Maxentii libellorum codice unico

Bilibaldus Pirckheymer Norimbergensis in epistula qua die 23. m. Decembris 1519 Fulgentii Maxentiique editionem principem Charitati sorori obtulit, narrat haud multo post Trithemii mortem, quam die 13. m. Dec. 1516 accidisse constat, ad se delatum esse codicem uetustum; quem postquam aliquot Fulgentii scripta continere cognouisset, edendum esse ratum se hoc munus Iohanni Cochlæo decano Francfordiensi commisisse, qui ex Italia redux tum Norimbergæ degeret, pestilentia impeditus quominus iter in patriam continuaret. ille eam partem codicis quæ Fulgentium continebat, descripsit et emendauit, ex aliis codicibus quos in monasteriis Norimbergicis inuenerat, alios quosdam Fulgentii libros adiecit, denique litteras dedicatorias ad eandem Pirckheymeri sororem editioni inseruit d. 22. m. Dec. 1519, in quibus se breui Norimberga discessurum et in patriam rediturum esse adnuntiat. Maxentii libellorum exemplar ab alio ex codice descriptum Francfordiam secum tulit ibique recognouit et editioni præparauit; die 9. m. Febr. 1520 hanc tertiam totius libri partem Philippo Fuerstenberger, consuli Francfordiensi dedicauit. librum imprimendum curauerunt Kobergeri Norimbergenses Hagenouïæ in officina Thomæ Anshelmi.

Pirckheymero codex traditus erat per Nicolaum Basellium, monachum quendam Hirsaugiensem; qui ut sibi remitteretur, a Pirckheymero non sine anxietate rogauit litteris d. 5. m. Nou. 1519 datis [*Documenta literaria uarii argumenti in lucem prolata cura I. Heumanni, Altorfii 1758, comm. isagog. 31 sq.*]: *Prouidentiam tuam mirum in modum ora.um [oratum ed.] uenio, quatenus de Fulgentio nostro curam agas, quo is integre atque securè in manus meas Hyrsaugiam restituatur, ut opportune fieri poterit nundinis Decembrialibus ad proxima Christi natalia, quando uel Eslingens. uel Wilens. imperialium ciuitatum institores Noricum concesserint, aut prouida tua humanitas quempiam ex negotio publico senatus tui a pedibus nuntium, cui Fulgentium tuto committere possis, deprehenderit [deprehenderis ed.]. Nam ego per sacrum caput meum ad sacramenti uerba, quo Fulgentius Domino suo restituatur, adiuratus [legas adiurauit]. Tametsi dulciter cum amicis, ac multo cum honore suo maneat; sollicitus tamen, ne periculum aliquod aut discrimen ex itinere subeat, his breuibus prudentiam tuam commonitam esse uolui. Ceterum si quid pro literario commercio dignum me existimatione tua commune aliquid habere concesseris [hæc male transscripta esse uidentur], age, fac, oro, pro innata tibi animi tui clementia, humanitate, benignitate [,] in studiosos omnes, rescribas uelim. Nam ego pro antiquitate quicquid in literis tam latinis, quam graecis penitus explorare potero, ea lubens tecum habere commune uolo, siquidem de Fulgentii reliquis a se [?] conscriptis opusculis, quando eorundem copiam desideraueris, ex Hyrsaugiana ueteri bibliotheca recipies. Valere prudentiam tuam, cui me tanquam studiosorum omnium asylo iterum atque iterum commendo, sanam et incolumem maximopere cupio. Iterum uale. Ex Peapoli [Neapoli?] cursim, tabida peste grassante. Nonis Nouembris. Anno Christianae salutis supra sesqui millesimum Decimo nono.* Totam transscripsi epistulam, ut Basellium de codicis possessore Pirckheymero nihil prodidisse appareat; quod ille se licentiam codicem transscribendi et publicandi magno pretio emisse narrat, huius quoque negotii Basellium mediatorem fuisse conicias. nihil igitur de codicis origine compertum est neque scio cur Lehmann eum olim fuisse scripserit [*Festgabe H. Grauert p. 208. Unters. z. lat. Philol. d. Mittelalt. IV 1, 176*] in monasterii Sponheimiensis bibliotheca quam Trithemius collegit.

Ex ipsa Fulgentii Maxentiique editione quam Pirckheymeri mandato Cochlæus curauit, codicem continuisse constat primo Fulgentii libros tres ad Monimum, obiectiones Arianorum contra orthodoxos atque Fulgentii responsiones, libros tres ad Trasimundum regem, epistulas septem, id est de coniugali debito, ad Gallam, duo ad Probam, ad Eugippium, ad Theodorum, ad Venantiam; his Fulgentii operibus adnexi erant Maxentii libelli eodem ordine quo in hac editione dispositi sunt; inter responsionem ad Acephalos et dialogum contra Nestorianos inserta erat Leonis epistula celeberrima [28] ad Flavianum de incarnationis dogmate. quo codex postquam descriptus est, delatus esset, prorsus in obscuro erat; id unum per Pirckheymeri præfationem constabat non ipsum codicem, sed copiam eum describendi ab illo emptam fuisse; possessorem aut nesciit aut indignum censuit qui posteritati traderetur. quamuis igitur de codice inueniendo pæne desperarem, tamen ne quidquam intemptatum relinquerem, litteris primo G. Wissowa, tum Ottonem Friebel cui iste Fulgentii in collectione Vindobonensi editionem mandauit, adii rogando num iis aliquis Fulgentii notus esset codex qui præter Fulgentium Maxentii libellos contineret. Friebel respondit unum eiusmodi codicem esse Laudianum miscell. 580 bibliothecæ Bodleianæ; nunc tamen solum Maxentium, non iam Fulgentii scripta illi inesse. cum ex catalogi Coxiani descriptione tum ex imaginibus phototypis quas statim faciendas esse curauit, non sine gaudio cognoui codicem Laudianum ipsum illum esse quem ante hæc quattuor sæcula Pirckheymerus Cochlæusque in manibus habuerunt. idem erat ordo libellorum, ne Leonis quidem epistula suo loco deerat; iidem tituli, summa

denique lectionum concordantia, præter eos locos paucos quidem, quos Cochlaei socius male descripserat, multo uero frequentiores, quos ipse feliciter emendauit. omnes scrupuli sublatis sunt subscriptione quam ipse librarius ultimi libelli fini f. 67^u supposuit:

IN HOC CODICAE CONTINENTVR LIBRI SCI FVLGENTII EPSI
AD MONIMV̄ OBIECTIONIS REGIS AFFRICAE DRASAMVNDI
ITĒ CONTRA IPSV̄ SCI FVLGENTII EPSI LIBRI. III.
EIVSDE SCI FVLGENTII EPI AD DIVERSOS. MAXENTII IOH̄
SERVORV̄ DĪ DIALOGI CONTRA NESTORIANOS

Codex igitur, postquam a Cochlæo et in Cochlæi usum transcriptus est, ab aliquo, ut maiore cum lucro uenderetur, discerptus est: ad Laudium enim non peruenit nisi altera pars qua Maxentii libelli continentur; quo prior delata sit, nescire me fateor.

Quod et Pirckheymer et Cochlæus de codicis litteris Langobardicis lectuque difficillimis queruntur, inde nihil sequitur nisi illos codicum uetustorum non peritos fuisse: adeo pulcrum scripturæ qualis æuo Carolingorum obtinebat, exemplum codice Laudiano præbetur. scriptus est ab uno librario, sed uario ductu, neque ab illo diuersus is fuisse uidetur qui librum perscriptum cum exemplari contulit correxitque; de his correcturis fere semper tacui. compendiis præter nomina sacra paucis librarius usus est et solitis; notatu digna censeat aliquis *apōs*, *apōst*, *apst* [38, 27] = apostolus; *epīs* [44, 8. 54, 35]; *om* = omnes [48, 42]; *p̄p* = propter; *quō* = quoniam; *d̄r* = dicitur; *ē* [33, 5] = est. orthographiam satis callebat librarius; semper scribit *intellegere intellegentia genetrix*, haud raro *obædio obædientia*; antiquam consuetudinem seruauit in *bonifatio* [10, 41], *conectens* [5, 32], *repperiuntur* [23, 19], *rennuimus* [6, 3], *rennuebas* [22, 7]. notabile igitur quod semper *epistola* per *o* scribit, sed *diabulo* [27, 17. 20]. genetiuis *maxenti* numquam nisi trium syllabarum est; *sentierunt* [8, 40/41] lapsus est scriptoris, non librarii. notandum est etiam *loco quod ad manendum acceperant* [55, 14]. restat ut eas scripturas hoc loco collectas proponam quæ aliquam ob causam notabiles uirisque grammaticis utiles uideantur, ab adnotatione tamen critica procul habendæ erant.

æ et *oe* non semper quidem, plerumque tamen retinentur; quod pro diphthongo Græca *αι* *e* scribitur [*hereticus*, *pedagogorum* [19, 28], *demonēs* [60, 9], *ellurum* [= αἰλουρον 8,44], *iudei*, *manichei*, *galilea*], ne falsum quidem est. adnoto *cenobiis* [45, 13. 53, 35]. non desunt loci quibus *æ* falso pro *e* ponatur, maxime in aduerbiis: *propriæ* [7, 35. 44. 10, 12. 12, 26. 17, 9. 22, 19 et sæpius], *nefarix* [13, 31], *necessæ* [14, 27], *callidæ* [25, 32], *uoluntariæ* [26, 45. 27, 2. 6], *impiæ* [28, 1], *summæ* [29, 11], *multifariæ* [34, 13], *prolixæ* [56, 33]; præterea inueniuntur *antæ* [8, 8], *pernitix* [62, 11], *æquidem* [27, 32. 43, 42], *quæunt* [47, 28]; confunduntur uerba quærendi et querendi [16, 7 *quæatur*. 16, 30 *quæritur*. 16, 6 *quærulorum*]; *æ* falso intruditur uocabulis Græcis *euangælizantis* [11, 41], *æcclesia* [35, 17], *blasphæmiis* [39, 1].

e falso pro *i* scribitur in *relegionem* [14, 40. 44, 31. 52, 13], *relegiosa* [14, 39]; inter *superiori* [26, 27] et *superiore* [26, 33] aut librarius uariat aut ipse scriptor. *di* et *de* confunduntur: *difinimus* [35, 26. 39, 22], *difinitum* [44, 2], *diminutio* [41, 10], *distinata* [47, 3]. retinenda erat *i* in *liniamentis* 22, 15. 24, 7. 46, 5. η Græca in *i* transfertur in *clidonium* [5, 35], *chalchidonensis* [3, 20. 4, 6. 18 etc.]. *y* in uocabula latina non inducitur nisi in *myxta* [44, 24].

o pro *u* rarissime inuenitur: *incolomem* [46, 17/8], *consolant* [47, 19]. scriptura uariat inter *moyses* [19, 18. 39] et *moses* [19, 23].

h omittitur in uocabulis latinis: sæpe in *actenus* [17, 3. 46. 22, 6. 7. 29, 30. 38. 12. 44, 1. 55, 41. 56, 37]; *hactenus* 33, 30. 34, 40]; ceterum raro: *ac* [17, 26. 33, 6], *abentibus* [9, 5], *umanæ* [26, 39]. neque in uocabulis uel nominibus græcis peccatur nisi

hic uel illic: *erodes* [18, 42; sed *herodes* 18, 45. 20, 19], *ORMISDÆ* [44, 8; sed 44, 10 *HORMISDA*], *ereticos* [56, 2; sæpissime per *h*]; semper scribitur *omousion* uel *omousium* [42, 36]. in *emmanuhel* et *israhel* librarius sibi constare uidetur. falso additur *h* in *hac* = ac [17, 26. 39, 21] et *hisdem* [20, 46]; huc pertinet quod *hii* plerumque pro *hi* scribitur [6, 12. 7, 26. 32. 42, 31. 48, 43. 52, 21. 55, 30. 57, 33]. aspiratas recte scribere nullum fere librarium latinum doctum esse notum est: plerumque *scitarum* uel *scytarum*, semel tantum [50, 36] *scytharum*; semper [3, 20. 4, 6. 18. 5, 38. 6, 27. 8, 39. 10, 21] *chalchidonensis*. mira quædam consuetudo emergit in nominum quorundam biblicorum scriptura: *iosehp* [21, 34. 38. 42], *enohc* [61, 15. 24. 29]. raro *f* pro *ph* ponitur: *profetae* [31, 24].

p pro *b* in uocabulo græco: *plasphe mantem* [53, 21].

c pro *g* in uocabulo græco: *docma* [12, 17], sed *dogmatizauit* [6, 28]. *cx* pro *x*: *uncxit* [8, 24; sed *unxit* 20, 33. 21, 15. 22. 20, 18]. *quur* bis inuenitur [52, 24. 59, 15].

in *t* et *d* finalibus librarius nescisse uidetur quam consuetudinem sequatur. solet quidem scribere *inquit* et *apud*, sed est ubi scribat *inquit* [5, 19. 48, 31. 51, 38. 53, 10] uel *inquit* ex *inquit* corrigat [30, 43. 34, 13. 48, 34. 55, 32. 57, 19. 22]; *aput* [46, 29. 48, 10], ex *apud* corrigitur 47, 27. 48, 25; *capud* ex *caput* 35, 29; *illud* ex *illut* 49, 5; *aliud* ex *aliut* 53, 1.

confusionis inter *t* et *c* exempla non frequentiora sunt quam ut enumerari possint: *nouitium* [6, 30], *suspitionum* [16, 6], *sermotinationis* [25, 7], *iuditium* [45, 10. 53, 7. 58, 16. 59, 10], *sequatem* [45, 11], *mendatio* [46, 27], *sotiosque* [53, 21], *pernitia* [62, 11]; *composicione* [27, 19], *dispensacionem* [45, 18], *racione* [53, 27], *p̄facione* [57, 18], *substancialiter* [24, 36], *adnunciamus* [36, 12], *pronuncias* [28, 2], *tercium* [41, 6], *pocius* [54, 7], *saciatas* [56, 4], *inicio* [57, 27. 59, 5].

consona falso geminatur: *effeso* [8, 36], *ellurum* [8, 44], *affricanæ* [10, 42. 56, 38], *immagines* [55, 15]. sæpius altera omittitur: *musitationibus* [16, 6], *promisa* [60, 15], *suplementum* [59, 14], *difundere* [54, 8], *difamarent* [55, 1], *resurrectio* [33, 17], *eclesia* [35, 40]. non lapsu librarii, sed ex grammaticorum inuentis ortæ sunt scripturæ *oportuno* [16, 3], *oportunitas* [52, 24]; ne *quotidie* [55, 42] quidem apud illius sæculi scriptorem mutare ausus sum.

in uocabulis quæ cum præpositionibus *con*, *in*, *ad* uel cum præfixo priuatiuo in — composita sunt, librarius plerumque scriptura utitur etymologica, qua præpositionis consona finalis conseruatur, neque ueretur scribere *inminutione* [22, 22. 39], *inmemor* [57, 16], *inmerito* [52, 4. 53, 22], *inmortalis* [8, 30. 9, 9. 34, 33. 39, 18], *inmutata* [5, 20], *communicamus* [43, 19], *adtende* [7, 2, 19, 13. 55, 29. 60, 24], *adtollere* [46, 21], *adtestaris* [54, 24], *adtrahit* [58, 11. 14]. neque tamen desunt exempla scripturæ phoneticæ, qua consonæ, si fieri potest, assimilantur uel *n* in *m* commutatur: *impius*. *impietas* semper scribitur, item *imperator*; *imperare* [45, 7. 52, 21]; *impetere* [16, 30]; *implebatur* [44, 22. 50, 1], *adimpleri* [61, 28]; *impetrare* [58, 28]; *imputari* [60, 25]; *compediri* [13, 6. 47, 39]; *competere* [19, 3], *competenter* [57, 19]; *completo* [12, 6]; *complicibus* [9, 2]; *comprimere* [45, 15]; *incomparabiliter* [21, 39]; *incomprehensibilis* [23, 32]; *corruentes* [12, 16]; *affertur* [13, 1]; *ammoneret* [51, 19]; *ammittatur* [35, 4. 39, 45. 46, 45. 30]; *annexam* [22, 15]; *assequi* [19, 13]; *assidue* [16, 18]; *ascendisse* [11, 18. 35]. denique non prætermittendum est librarium in his scripturis sibi non constare: *impellit* [44, 11. 47, 20. 37. 49, 36], sed *inpellitur* [44, 28], *inpulsus* [49, 37. 50, 3], *inpulsu* [26, 42], *inpulsione* [50, 7]; *imperiti* [49, 39], sed *inperite* [33, 44. 39, 21], *inperitia* [33, 42]; *impudenter* [52, 18], multo sæpius *inpudenter* [13, 22. 48, 17. 50, 13. 53, 12. 54, 14. 61, 8], *inpudentiam* [7, 5]; *immobilis* [48, 42. 50, 1]; *componere compositus compositio* frequen-

tissime nec tamen raro *conponuntur* [27, 21. 45, 12], *compositum* [27, 23], *inconpositum* [27, 29], *compositio* [27, 18]; *compulerit* [47, 28. 54, 39. 55, 5], *compulsi* [54, 42. 55, 10], sed *conpulsi* [4, 3. 59, 11]; *affirmare* [58, 35], sed *adfirmare* [9, 26. 26, 13]; *aggrediar* [47, 8. 48, 7], sed *adgrediar* [44, 14]; *ammirabilis* 19, 16, sed *admirabilis* 19, 8; *annuntians* 21, 11, sed *adnuntiamus* [36, 12. 19. 46, 1]; *approbare* [21, 27. 44, 5. 46, 26. 47, 5. 10. 17. 52, 19. 53, 27], sed *adprobare* [44, 3. 57, 28. 60, 7]; *assentior* [23, 26], sed *adsensum* [58, 7]; *asserere*, *assertio* sæpissime, sed *adserunt* [7, 44. 29, 28]; *asseuerent* [26, 18. 53, 37. 61, 18], sed *adseuerare* [13, 17. 29, 28. 46, 32]; *assumere* sæpissime, sed *adsumendo* [8, 3], *adsumptam* [6, 1. 29, 8]; *assurgere* [46, 22], sed *adsurgit* [14, 38. 9, 29]; *astruere* [20, 41] et *asstruere* [53, 13], sed *adstruere* [12, 19. 15, 21. 19, 2. 40, 43. 56, 43]; *attendunt* [24, 4 cf. supra].

his addo *quippiam* [4, 13. 27, 2]; *quemammodum* [14, 8. 22, 36. 56, 7. 62, 10] et *quemadmodum* [14, 6. 39, 24. 56, 15]. *op*— ante *s* et *t* non semper, sed sæpe scribitur: *optinens* [11, 5. 19, 18. 19. 27, 21. 53, 35], *optrectatorem* [53, 39], *opstinationum* [53, 35]. raro inuenitur *assütum* [27, 32], *tētaret* [36, 17], *peremptoriam* [52, 5].

2. De monachis Scythicis

Monachorum illorum nomina qui, e Scythia prouincia oriundi, annis 519 et 520 formulæ qua Christus incarnatus et passus unus ex trinitate asserebatur, acerrimi extiterunt propugnatores, a Iustiniano produntur in epistula quam a. 519 ad Hormisdam papam scripsit [Coll. Auell. 187, 3]: *sunt autem nomina eorum Achilles Iohannes Leontius et Mauritius*. ex his quattuor unum fuisse Maxentium illum constat, quem Dioscorus, Hormisdæ legatus, in epistula illa una cum Achille describit, qua d. 15. m. Oct. 519 multa de illis monachis refert [Coll. Auell. 224, 11]: *Maxentius tamen quod sub abbatis uocabulo dixit se congregationem habere, si interrogetur aut cum quibus monachis uixit aut in quo monasterio aut sub quo abbate monachus factus est, dicere non potest. similiter et si de Achille dicere uoluero, rem facio superuacua; cui hoc sufficit, semper latere propter conscientiam suam ab omnibus catholicis damnatam*. iam uero in dialogi contra Nestorianos inscriptione Iohannes Maxentius se ipsum *seruum dei*, in initio libelli *exiguum* nominat, i. e. monachum; libellum a se Dioscoro ceterisque legatis sedis apostolicæ oblatum esse testatur [p. 3, 5]; in responsione contra Hormisdæ epistulam ad Possesorem datam monachorum Scytharum causam acerrime agit: non est igitur dubium quin Maxentii nomen quod Dioscorus usurpauit, signum fuerit, proprio Iohannis nomini additum, quo usus est Iustinianus, cum *de personis Scytharum monachorum* [Coll. Auell. 227, 6] ad papam scripsit.

Familiaritate et genere coniuncti erant illi monachi cum Vitaliano magistro militum, sicut tradit idem Dioscorus [Coll. Auell. 216, 5]: *monachos de Scythia, qui de domo magistri militum Vitaliani sunt . . . isti monachi, inter quos est et Leontius, qui se dicit parentem esse magistri militum*. de quo etsi latius agere ab hac præfatione alienum est, tamen quæ maxime huc pertinent, prætermitti non possunt: adeo arte cum eo res monachorum illorum cohærent. Patricioli comitis fœderatorum filius [Procop. bell. Pers. 1, 83. Theoph. p. 157, 11. Vict. Tunn. a. 510], natione Gothus [Zachar. 7, 13. 8, 2], primo a. 513 seditione commota, deinde anno insequenti bello etiam feliciter renouato ab imperatore Anastasio non tantum impetrauit ut ipsum magistrum militum faceret per Thraciam, sed etiam ut se concilium Heracleam conuocaturum esse promitteret, quo de schismate Acaciano ageretur et sub papæ Romani arbitrio num iure et ceteri episcopi et Macedonius Constantinopolitanus de sedibus remoti essent, diiudicaretur [Ioh. Anti-

ochen. in Exc. de insid. p. 144, 19. 146, 19. Theoph. p. 160, 18—28. Coll. Auell. 107, 3. 109, 2. 116, 20. 116^a, 2]. etsi enim scriptores partis Chalcedonicæ [Theoph. p. 157, 11—13. Marcell. a. 514] eum fidei causa arma sumpsisse non recte dicunt [cf. Ioh. Ant. p. 143, 12 sq.], tamen fidei Chalcedonensis defensorem re uera egit, quia et Seuerum synodi Chalcedonensis aduersariorum principem, qui fauente Anastasio sedem Antiochenam d. 6. m. Nou. 512 [Malal. 400, 9. Euagr. 3, 33] occupauerat, acerrimo odio persequeretur, quippe qui Flauiani, illius decessoris, filius esset spiritalis [Zachar. 8, 2], et societate cum papa Romano inita maius aliquid sperabat. inde enim a Macedonii expulsionem, quæ a. 511 facta est, et Symmachus et Hormisda papæ omni opera studioque id egerunt ut episcopi Illyrici communionem cum ecclesia Constantinopolitana dirumperent et cum sede apostolica restituerent Acacio eiusque successoribus expresse damnatis [Coll. Auell. 104. 137, 9 sq. 120—122. Hormisd. epist. 9, 2]. cum igitur Anastasius imperator d. 28. m. Decembr. 514 [Coll. Auell. 107] Hormisdam ad concilium Heracleæ habendum inuitaret, Vitalianus quoque suos homines ad papam destinauit [Coll. Auell. 116, 7]; ille respondit per litteras quas legatos imperatori ipsi relegere uetuit [Coll. Auell. 116, 8]; denique libellos qui ab episcopis et clericis cum sede apostolica communicaturis subscribendi erant [cf. Coll. Auell. 116, 23. 118, 9], per Vitalianum sibi offerri iussit [Coll. Auell. p. 801, 29]. ne Theodericus quidem, imperatoris Constantinopolitani non minus callidus quam pertinax aduersarius, ab istorum consiliorum profunditate procul afuisse uidetur: per illum enim Vitalianus Hormisdæ persuasisse dicitur, ut legatos ad concilium mitteret [Theoph. p. 160, 32. Lib. pontif. p. 126 Momms.]; neque ueri dissimile Gothos illos magistros militum consilia sociasse ut Vitalianus ecclesiarum Romanæ et Constantinopolitanæ discordiam odiumque quo pars Chalcedonica in imperatorem flagrabat, astute in commodum suum uertendo in Oriente ad similem potentiam ascenderet quam Theodericus in Occidente feliciter ac prudenter obtinuerat. at hæc omnia tamquam somnia in fenum abiire, postquam a. 515 Vitaliani classis ab Anastasio deuicta est [Ioh. Ant. p. 146, 22 sq. Mal. p. 402, 22 sq. Euagr. 3, 43]. ipse de magisterio turpiter depositus [Marcell. a. 516 cf. Ioh. Ant. p. 147, 15. Coll. Auell. 113, 3] Anchialum recessit et quieuit [Mal. p. 406, 7. Euagr. 3, 43]; concilium Heracleæ congregatum sine fructu discessit. cum uero Anastasio a. 518 Iustinus successisset pacemque et communionem cum ecclesia Romana omnibus papæ conditionibus acceptis restitueret, Vitalianus, ne nouo imperio periculum afferret, Constantinopolim uocatus et magister militum præsentis factus [Malal. p. 411, 14. Euagr. 4, 3. Zachar. 8, 2] summa floruit auctoritate et potentia.

Hormisdæ legati, Germanus et Iohannes episcopi, Felix et Dioscorus diaconi, Blandus presbyterus [Coll. Auell. 149, 14. 150, 7] die 25. m. Mart. 519 [Coll. Auell. 167, 5] Constantinopolim peruenerunt. inter eos eminebat Dioscorus Alexandrinus [Coll. Auell. 175], qui patria propter Monophysitarum potentiam relicta Romam uenerat atque in illum clerum receptus erat; a. 506 Theoderico Symmachi papæ libellum obtulerat, ut illi ecclesiæ restituerentur quas Laurentius alter papa in urbe obtinebat [Lib. pont. p. x Momms.]. cum papæ legatis pace feliciter restituta omnia gaudio lætitiæque plena esse uiderentur, subito controuersia exorta est cum Scytharum monachis, Vitaliani amicis et parentibus. quamuis natione Gothi, sermone Romani erant ¹⁾ sicut omnes qui in illis prouinciis ad Danubium sitis barbari esse desierant [cf. *Schriften d. Strassb. Wiss. Gesellsch.* 20, 1]. utuntur sacris scripturis latine uersis, Augustino quem totus Oriens ignorat, summo student feruore; Vitaliani amicos parentesque uel

¹⁾ Adonis Viennensis errore [Migne, PL. 123, 107] factum est ut uiri docti Iohannem presbyterum Antiochenum dicerent et eius libelli patrologiæ Græcæ insererentur.

ante pacis restitutionem cum ecclesia Romana communicasse et Acacium damnasse [p. 54, 13] non mirum. tamen quippe qui Græcis uicini essent, Græcæ linguæ non erant imperiti et quamuis fideliter fidem Chalcedonensem tenerent, de incarnationis dogmate Græcam unius Christi religionem fiducialiter profiteri per illam fidem optime licere iudicabant. cuius religionis formula sollempnis erat Christum incarnatum et passum unum de trinitate esse eiusdemque credi debere miracula et passiones. ne de hac quidem re hoc loco accurate agere possum; satis habeo eos locos adferre, quibus illa formula ante Maxentii aetatem proposita est. quorum maximam partem Norisius cardinalis in historia controuersiae de uno ex trinitate passo [Opp. III 776 sq. ed. Veron. 1729] collegit; sunt uero quæ addi debeant, imprimis ex libris syriacis, quos ille nouisse non poterat: denique moneo me de illis fictis epistulis quas ni fallor, Acœmetæ monachi Constantinopolitani circa a. 512 de trishagio mutato fabricati sunt, consulto tacere, quoniam de illis in præfatione tomi III latius agendum erit.

Primus Christum incarnatum et passum unum de trinitate dici eidemque et miracula et passiones ascribi debere publice pronuntiauit Proclus episcopus Constantinopolitanus, cum a. 435 tomo ad Armenios destinato Theodorum Mopsuestenum tecte impugnaret: ibi scripsit [19] ὁ αὐτὸς καὶ θαυματουργεῖ καὶ πάσχει et [21] ὁμολογοῦντες τὸν θεὸν λόγον, τὸν ἕνα τῆς τριάδος, σεσαρκῶσθαι, διδόαμεν τὴν αἰτίαν τοῦ νοεῖν τοῖς μετὰ πίστewς ἐρωτῶσιν δι' ὃ ἐσαρκώθη. quibus locis celeberrimis adiungendi sunt et is quem afferunt Facundus [I, 1] atque Liberatus [IO p. 42], et ii quos a Maxentio [16—19] et Innocentio Maronita [26. 27] excerptos esse nuper [cf. *Schriften d. Strassb. Wiss. Ges.* 20, 47] demonstraui ex illa epistula quam paucis annis post episcopis Orientalibus idem Proclus scripsit, cum eis tomum illum subscribendum proponeret. tum in synodi Chalcedonensis actione quarta, quæ habita est d. 17. m. Oct. 451, Dorotheus monachus, Eutychis assecla, deposuit [L IIII 534^b]: τοῦτον (Christum incarnatum et passum) ἐκ τῆς τριάδος εἶναι ὁμολογοῦμεν . . . ὁμολογοῦμεν οὖν τὸν παθόντα ἐκ τῆς τριάδος εἶναι. huius rei mentionem facit Dioscorus Hormisdæ legatus [Coll. Auell. 216, 7]: *istud et Eutychetis discipuli in synodo Chalcedonensi proposuerunt*, cf. etiam Ferrandi epistulam ad Anatolium [Bibl. patr. ed. Gallandi t. XI 353^a]. Monophysitas illi formulæ studuisse luculentus testis est Iohannes Rufus qui in Plerophoriis [37 = Patrol. orient. 8, 86] eam Petri Iberi uisione quadam confirmatam esse narrat; recepta est etiam in Zenonis imperatoris henoticon [Euagr. 3, 14]: ἐνὸς γὰρ εἶναι φαμεν τὰ τε θαύματα καὶ τὰ πάθη ἅπερ ἐκουσίως ὑπέμεινε σαρκί. τοὺς γὰρ διαιροῦντας ἢ συγχέοντας ἢ φαν-ασίαν εἰσάγοντας οὐδὲ ὄλως δεχόμεθα, ἐπεὶπερ ἡ ἀναμάρτητος ἐκ τῆς θεοτόκου κατὰ ἀλήθειαν σάρκωσις προσθήκην υἱοῦ οὐ πεποίηκε. μεμένηκε γὰρ τριάς ἢ τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἐνὸς τῆς τριάδος λόγου. henoticon secuntur apocrisarii Alexandrini in fidei professione quam dederunt a. 497 legatis a Theoderico rege et Anastasio papa Constantinopolim destinatis [Coll. Auell. 102, 11] et ipse imperator Anastasius [cf. Zachar. 7, 8 p. 124 Krüg.], qui numquam aliud quidquam ab episcopis postulauit nisi ut henoticon tenerent, falsoque et antiquo et recenti tempore accusatus est quod synodum Chalcedonensem anathematizari iussisset [cf. quæ ipse ad Hormisdam scribit Coll. Auell. 125, 8 et grauissimum Seueri testimonium in epist. IIII 2, quo corriguntur ea quæ Victor Tunnunensis a. 499 confuse de concilio Sidonio narrat]: quod Dioscorus [Coll. Auell. 216, 7] scribit: *istud Anastasius imperator magnopere catholicis imponere festinauit*, est callida atque tecta henotici uituperatio.

Quæstio uel ea de causa complicata erat, quod ipsa synodus Chalcedonensis in allocutione ad Marcianum imperatorem [L IIII 827^a] Procli tomum inter orthodoxæ fidei documenta enumerauerat: hoc ipse Maxentius et formulæ illius et

fidei Chalcedonensis tenacissimus primus, ut uidetur, attulit [p. 6, 26], postea commune est argumentum Iustiniani imperatoris [Cod. 1, 7¹⁷], Facundi [1, 1. 3. 2, 2], Liberati [10], Ephraemii Antiocheni [Phot. 228, 247 b 7]. qui uero feruidissimo zelo orthodoxiam Chalcedonensem defendebant fidelissimosque se præstabant ecclesiæ Romanæ socios monachi Acœmetæ, eos sub Iustiniano demum imperatore formulam ut hæreticam impugnare cœpisse [cf. Coll. Auell. 84, 18. 26. ep. Iohann. 30] nemo crediderit, sed uel tunc illos bellum gessisse probabile est cum iis qui eam symbolo Chalcedonensi contrariam esse negabant. hoc certo constat Scytharum monachos ante aduentum legatorum Romanorum cum Victore quodam diacono litem habuisse *de uno de trinitate crucifixo et de Christo composito* [cf. Maxent. dial. c. Nestor. 2, 2] *et de aliis capitulis* [Coll. Auell. 224, 3]. cum legati illi Constantinopolim ingressi essent, Scytharum monachi eis et Iohanni episcopo Constantinopolitano libellum contra Victorem obtulerunt; illi monachorum sententias non probauerunt [cf. Coll. Auell. 216]. Vitalianus uero partes monachorum suscepit legatosque de controuersia summouit: pergit enim narrare Dioscorus [Coll. Auell. 224, 6]: *postea sine nobis magnificus uir Vitalianus magister militum inter se et episcopum Constantinopolitanum uocauerunt prædictum Victorem, locuti sunt cum eo: quid definierunt inter se, nescimus.* aliam quoque controuersiam Scytharum monachi habuerunt cum Paterno episcopo Tomorum, Vitaliani, ut uidetur, inimico, sed Iustinus imperator illum cum Paterno in gratiam reduxit [Coll. Auell. 217, 6. 7]; etsi de ipsa causa nihil certi Dioscorus Romam scripsit, hoc ex eius narratione elucet Vitalianum arte cum illis coniunctum fuisse: acerbe enim queritur de Vitaliani immutatione olim ecclesiæ Romanæ amici, nunc uero a monachis illis contra legatos sedis apostolicæ instigati [Coll. Auell. 217, 11]. denique omni ratione monachi obstiterunt quominus imperator consilium exsequeretur quod ceperat Dioscorum ecclesiæ Antiochenæ præficiendi [Coll. Auell. 175, 3. 216, 5. 217, 2. 5], nolebant enim negatorem illius formulæ tanta sede dignum haberi.

Cum neque Dioscorus neque monachi de sententia cederent et se inuicem hæreticarum opinionum accusarent, illi Romam proficisci constituerunt suamque sententiam papæ approbandam proponere: dubitari nequit quin Vitalianus huius consilii auctor fuerit, ut per monachos illos antiqua consiliorum cum sede apostolica societas restitueretur, quam Dioscorus imprudenti et uano zelo abreptus turbasse uidebatur. misit enim Vitalianus eodem tempore quo monachi profecti sunt, per Paulinum defensorem ecclesiæ Romanæ [Coll. Auell. 191, 1], qui d. 29. m. Apr. 519 inde Constantinopolim destinatus erat [Coll. Auell. 220, 2], epistulam qua amicos papæ commendaret; et hic [cf. Coll. Auell. 168, 12] et monachi ipsi mense Iunio [cf. Coll. Auell. 216, 6. 217, 5] Constantinopoli discesserunt, Romam uenerunt mense Iulio siue Augusto ineunte [Coll. Auell. 189. 231 = p. 44, 29]. post eorum profectum multa et mala de iis Romam rettulit Dioscorus duabus epistulis [Coll. Auell. 216. 217], quæ d. 29. m. Iun. datæ sunt. Iustinianus miro quodam modo consilia mutauit. primo per Paulinum qui Vitaliani epistulam commendatoriam deferebat, papæ significandum curauit ut illa perficeret *quæ pacem et concordiam sanctis concederent ecclesiis* [Coll. Auell. 191], hoc est aperte contra Vitalianum agere non ausus est. tum uero sine dubio Dioscori consilium secutus a papa rogauit ut *præsentibus scriptis* (i. e. Dioscori, cuius epistulas una cum hac Iustiniani Eulogius magistrianus portabat [Coll. Auell. 218, 4]) *causam liuoris eorum cognoscens ita*, ut mererentur, susciperet et *a se longe pellere* dignaretur [Coll. Auell. 187, 2]. sed tam aperte Vitaliano uiro tunc temporis potentissimo aduersari ipsi imperatori Iustino periculosum esse uisum est. et ille igitur et Iustinianus paulo postquam Eulogius magistrianus Romam profectus est, per alium quendam hominem epistulas illuc

destinarunt monachis iam non inimicas; petebatur enim ut papa, *si esset possibile, celerrimo dato responso et satisfactis religiosis monachis Iohannem (Maxentium) et Leontium Constantinopolim remitteret* [Coll. Auell. 191, 3].

Hormisda non minus uarie cum monachis egit quam epistolæ Constantinopoli ad eum missæ diuersa suaserunt uel rogarunt. primo Vitaliani amicos parentesque optime recepit, libellum fidei quem Maxentius Constantinopoli legatis frustra obtulerat, coram episcopis populo senatoribus Romanis approbavit [p. 3, 1 sq.], Paulinum Vitaliano et per illum ipsi imperatori acerba in Dioscorum conuicia perferre iussit [p. 51, 18]. postquam uero exeunte mense Augusto et mensis Septembris initio primo Iustiniani litteræ posteriores [cf. Coll. Auell. 189, 2], tum priores una cum Dioscori suggestionibus [Coll. Auell. 216. 217] Romam uenerunt et rem intricatam esse perspexit, præsertim cum concordia inter Vitalianum et Iustinianum concussa esse uideretur, primo monachos remittere totamque inter eos et Dioscorum controuersiam episcopi Constantinopolitani iudicio relinquere uoluit [Coll. Auell. 190, 3. 224, 1]. at monachi qui propter benignam susceptionem publicamque approbationem a papa omnia sperabant, uaria uero et incerta Iustiniani consilia suspecta habebant, papam obsecrauerunt ne eos Constantinopolim redire cogeret: se timere insidias in itinere paratas [Coll. Auell. 190, 3]. hac de causa ille monachos Romæ retinere constituit, dum ipsius legati rediissent; ut sedis apostolicæ honorem auget, se ipsum de monachis iudicaturum pronuntiauit [p. 54, 40] et postulauit ut Victor diaconus, quem illi accusare pergebant, Romam mitteretur [Coll. Auell. 189].

Huic petitioni ab imperatore Iustinianoque non modo non obtemperatum est, sed etiam noua papæque minime amica consilia parabantur. litteris enim d. 19. m. Ian. 520 datis et Iustinus imperator [Coll. Auell. 181] et Iohannes episcopus Constantinopolitanus [Coll. Auell. 183] et Iustinianus [cf. quæ Guenther ad Coll. Auell. 206 adnotat] Hormisdæ adnuntiant preces sibi admotas esse ex diuersis Orientis prouinciis, quibus illi certa quædam capitula de indiuidua trinitate apud se constituta esse testarentur, a quibus recedere non possent; has supplicationes, quibus Dioscorus legatus oblocutus esset, fore ut legatus quidem Romam deportaret. capitula illa ad formulam de uno ex trinitate passo pertinuisse apparet ex responso quod Hormisda Iustiniani epistolæ, quæ periit, dedit [Coll. Auell. 206, 4]: *sancta trinitas, pater et filius et spiritus sanctus, deus unus est. hanc Israel iussus adorare, cuius inseparabilis et indiscreta substantia non potest diuidi, non potest sacrilega distinctione separari, seruata tamen proprietate sua unicuique personæ.* quæ ab Hormisda ex sententia Dioscori contra formulam illam scripta esse probatur plurimis Maxentii scriptionum locis [cf. e. g. p. 6, 12. 7, 20. 39, 20], quibus Christum unum ex trinitate confiteri idem esse negat atque trinitatem diuidere. sed iterum iterumque legatio illa dilata est; accessit quod Iohannes episcopus Constantinopolitanus paulo postquam illæ epistolæ missæ sunt, mortuus est: d. 25. m. Februarii 520 ordinatus est Epiphanius [Theoph. p. 166, 23]. tandem d. 9. m. Iulio a. 520 [Coll. Auell. 192], cum legati papæ Romam dimitterentur præter Iohannem episcopum, qui ægritudine retinebatur [Coll. Auell. 199. 200], per Iustinianum illa Orientalium supplicatio renouata est [Coll. Auell. 196, 6]: *illud etiam magis magisque deposcimus ut tua sanctitas, concepta gratia cælesti, quæ prætendunt Orientales episcopi, tractare dignetur eorumque fidei competentem præbere consensum. nobis etenim uidetur quoniam filius dei uiui dominus noster Iesus Christus ex uirgine Maria natus, quem prædicat summus apostolorum [I Petr. 4, 1] carne passum, recte dicitur unus in trinitate cum patre spirituque sancto regnare. sicut enim uidetur ambiguum dicere simpliciter » unum de trinitate«, non præmisso nomine domini nostri Iesu Christi, sic eius personam in trinitate*

cum patris spiritusque sancti personis esse non dubitamus. sine Christi namque persona nec credi trinitas religiose potest nec adorari fideliter, quemadmodum sanctus Augustinus ait »an aliqua ex trinitate persona [de trin. 2, 16]« et alio loco »solutus in trinitate corpus accepit [de trin. 14, 24]« et iterum »unus trium« [enchir. 38]. quorum locorum primum et tertiam Maxentius quoque in fidei libello quem a. 519 Constantinopoli legatis Romanis obtulerat, adduxerat [p. 6, 19. 21]; tamen Iustinianus non ipsam monachorum sententiam protegendam suscepit, sed aliam quandam ab illa paullulum deflexam. quam quoniam Maxentius Nestorianam increpat [dial. c. Nestor. 2, 20], ueri simile est Dioscorum formulam secundum Leonis tomum [cf. Innocent. Mar. 30] conceptam tolerari posse concessisse [cf. p. 52, 25] et Iustinianum, qui uel tunc res diuinas non minus bene callere quam humanas sibi uidebatur, hac ratione si non ipsos monachos, tamen Vitalianum cum Dioscoro et Hormisda conciliari posse censuisse.

Papa ubi primum Dioscorum ceterosque legatos præter Iohannem domum profectos esse comperit, d. 17. m. Septembr. 520 [Coll. Auell. 195. 196], monachos Scytharum Roma discedere iussit, postquam per quattuordecem menses eius iudicium frustra expectarunt; omnia quæ in ipsos gesta erant, contestati illi Constantinopolim redierunt [Maxent. resp. adu. Horm. 36]. timebat enim Hormisda ne rixa inter Dioscorum monachosque acerbior fieret, si ille iterum cum eis congrediretur, neque commodum ipsi uidebatur eam controuersiam iudicio terminare in qua aut legatorum suorum sententiam reicere aut eos qui Constantinopoli dominabantur, offendere deberet. ibi uero interea res grauiter mutatae sunt: Vitalianus sub finem mensis Iulii 520 [Marcellin. a. 520. Malal. p. 412] interfectus est Iustini atque Iustiniani imperium riuali haud spernendo liberatum. neque uero illi formulam cuius Vitalianus olim patrocinium per Scytharum monachos susceperat, statim proiecerunt, immo d. 9. mens. Sept. supplicationes Romam destinarunt [Coll. Auell. 232. 235] quibus Hierosolymitani et Antiocheni et secundæ Syriæ clerici et abbates atque possessores secundæ Syriæ unum ex sancta et unius essentiæ trinitate incarnatum et hominem factum deum uerbum in utraque natura deitatis et humanitatis indiuise et inconfuse cognosci et adorari professi sunt [Coll. Auell. 232 a, 10. 6]. ipse Iustinianus iam magis ad monachorum sententiam accessit, dum scripsit [Coll. Auell. 235, 3]: *nobis etenim uidetur quoniam filius dei uiui dominus noster Iesus Christus ex uirgine Maria natus, quem prædicat summus apostolorum [1 Petr. 4, 1] carne passum, recte dicitur unus in trinitate cum patre spirituque sancto regnare, maiestatisque eius personam in trinitate et ex trinitate non infideliter credimus.* iam enim »ex trinitate« concessit, addere tamen pergit personam, quod Maxentius reiecit [dial. c. Nest. 2, 21]. sed Hormisda, caute sane et prudenter, Iustini Iustinianique propositionibus oblocutus est [Coll. Auell. 236], neque illi quicquam rogare uel postulare perrexerunt; Vitalianus enim iam non instabat. Iustino demum mortuo cum solus imperium obtineret et res Occidentales longe aliter se haberent, Iustinianus formulam henotici, quam olim Vitalianus Scytharumque monachi defenderunt, pro orthodoxa habendam esse plus semel edixit, Theodoræ, ni fallor, obtemperans.

Fere eodem tempore quo Iohannes Maxentius cum sodalibus Constantinopolim rediit, illuc epistula Hormisdæ uenit [Coll. Auell. 231 = p. 44, 8 sq.], quam d. 13. m. Aug. 520 ad Possessorem episcopum Africanum destinauerat. qui cum patriam propter Vandalorum, ut uidetur, persecutiones reliquisset, a. 517, Anastasio etiam regnante, per libellum fidei in ecclesiæ Romanæ communionem intrauerat. dum Scytharum monachi Romæ degunt, papam de Fausti Reiensis libris consuluit, Vitalianum quoque et Iustinianum de illis informari desiderare adiciens [Coll. Auell. 230]. quamuis Scytharum monachorum nullam faciat mentionem, tamen illorum rem agi uel inde

apparet quod Maxentius in libello quem a. 519 legatis Romanis obtulerat, seueram Augustini de gratia opinionem, cui Faustus obloquebatur, suam esse profitetur: inde etiam explicatur quod Vitalianus et Iustinianus huic quæstioni, qua cetera ecclesia Orientalis minime mouebatur, operam dederunt. cum d. 18. m. Iulii 520 epistolam Possessoris recepisset, Hormisda aliquanto post, d. 13. m. Aug., respondit epistolæque 5 longam et acerbam monachorum Scythicorum, qui etiam tum Romæ commorabantur, increpationem non sine consilio inseruit; certo non præter eius uoluntatem egit Possessor, cum epistolam receptam Constantinopoli, quo interea monachi redierunt, diulgaret. summa iracundia commotus Maxentius non sine ingenio ita respondit, ut epistolam non ab ipso Hormisda scriptam, sed a suis aduersariis fictam esse contenderet, quo acerbius 10 eius auctorem castigare posset, neque negari debet luculentum λόγου έσχηματισμένου a docto monacho specimen esse confectum. tamen neque ars oratoria neque dogmatum peritia neque pietas ascetica bonis illis monachis multum profuit. postquam amici parentisque Vitaliani potentia atque auxilio priuati sunt, neque papa Romanus neque imperator Constantinopolitanus eorum iam rationem habuisse uidentur; id unum perfecere 15 Petrus Iohannes Leontius monachi et Iohannes lector qui paulo post, certo ante a. 523 Romam iterum profecti sunt, ut per litteras episcopos Africanos qui a rege Trasamundo in Sardiniam relegati erant, aliquo modo sibi conciliarent. probarunt enim illi Augustini de gratia doctrinæ firmos fidelesque asseclas neque tamen Fulgentius, cui episcopi Africani ut monachorum epistolæ responderet, mandauerant, a se impetrauit ut illorum 20 de uno ex trinitate passo doctrinam plenam et integram acciperet, sed nihil concessit nisi unam ex trinitate personam Christum dei filium unicum carne conceptum et natum esse de uentre uirginis matris [de incarn. et grat. 10; cf. Ferrand. ep. ad Seuer. 5. 10. ad Anatol. 14. 15. 18. Innoc. ep. 7. Iohann. ep. 2; denique Facund. 1, 3, qui proxime ad Maxentii sententiam accedit], quam opinionem Maxentium acerbè impugnasse 25 [dial. c. Nest. 2, 21] supra commemorauit. præterea episcopus Ruspensis cautius magisque Romanæ fidei accommodate quam Maxentius uerum Christum in passionibus atque uirtutibus uera fide neque confundi nec diuidi pronuntiauit [l. c. II]. etsi autem Iohannem illum monachum qui alteri monachorum legationi interfuit, a Maxentio non diuersum fuisse libenter concedo, epistolam quæ ad episcopos Africanos destinata 30 est, ab eo conscriptam esse nego; neque enim ibi eadem uerba atque ab illo doctrina de uno ex trinitate passo prædicatur, sed uno tantum loco [4 in.] breuiter commemoratur, et loci Gregorii Cyrillique [3] aliter latine uersi sunt quam in Maxentii libello [5, 32—37].

Quid in hac legatione monachi Romæ egerint quæue postea illis acciderint, de his nihil compertum est. nequod tamen testimonium quod de eis traditum est, a 35 me omittatur, finem huius capituli faciam in epistula dedicatoria qua Dionysius exiguus, monachus et ipse ex Scythia prouincia oriundus, uersionem epistularum Cyrilli ad Successum Iohanni (Maxentio) et Leontio transmittit. quam desumpsi ex editione principe [= s] Iohannis Sichardi [Antidotum contra diuersas omnium fere seculorum hereses, Basileæ 1528 f. 170^u], adhibito tamen uno quem inueni codice [= A], Parisino 40 bibliothecæ Armamentarii 341 [cf. *Concilstudien* II = *Schriften d. Straßb. Wiss. Ges.* xx 59]:

Dominis uenerabilibus et carissimis fratribus Iohanni atque Leontio Dionysius exiguus. Nouum forsitan uideatur ignaris, si Scythia, quæ frigoribus simul et barbaris probatur esse terribilis, uiros semper eduxerit calore feruentes et morum placiditate mirabiles; nobis hoc ita esse non solum natiua quadam notitia, uerum etiam experientia 45

42/3 Dñs — dyonysius ep̄s A Dionysius exiguus Romanus Iohanni et Leontio charissimis fratribus s
43 quæ s om. A 45 quedam A

magistra compertum est, quos ibidem per dei gratiam constat exposita terrena con-
gregatione sacramento renatos esse baptismatis, qui beatissimorum quoque patrum,
quibus illa regio spiritali quodammodo fertilitate gloriatur, cælestem conuersationem in
carne fragili meruimus intueri. quorum fides operis conexione resplendens præbebat
omnibus uitæ pariter et credulitatis exempla. hi nullis prorsus mundanæ sollicitu- 5
Phil. 3, 20 dinis nexibus inuoluti cum apostolo dicere poterant: nostra autem conuer-
satio in cælis est. penes quos etiam catholicæ fidei dogmata semper inte-
merata uigere; nam etsi sermone fuerunt simplices, sed imperiti scientia non fuerunt.
horum studia uestra sanctitas æmulata, pro integritate fidei summis uiribus laborat,
inertiam quorundam uarietatemque despiciens, qui utilitatem præsentium rebus cælesti- 10
bus anteponunt; quorum nos flexa fides et erga diuinum cultum fæda mobilitas ualde
mæstificat, qui pro uoluptatibus principum suas sententias plerumque commutant,
quasi diuina religio humanis umquam possit altercationibus immutari, cum dominicæ
promissionis ex apostolica traditione fixa maneat et inconcussa soliditas. quapropter
de uniuersali ecclesiæ firmitate securus paruique pendens audaciam aut furorem Nesto- 15
rianæ perfidiæ, quæ non solum conatibus manifestis, uerum etiam clandestinis semper
insidiis stabilitatem catholicæ ueritatis oppugnare molitur, pro facultate quam diuina
gratia suggerit, armis eius feralibus salutare nitor munimen opponere et ideo beatissimi
Cyrilli Alexandrinæ urbis episcopi duas epistulas ad Successum directas, Isauriæ Dio-
cæsariensis antistitem, uobis potissimum commonentibus de Græca nuper locutione 20
transfudi. et quoniam singulari studio præfati doctoris nosse desideratis opuscula,
tribuente Christo deo nostro, quæcumque ex his potuero, transferre curabo, hanc a
uobis specialiter uicissitudinem poscens, ut mihi precum uestrarum subsidia sedulæ
mentis intentione præstetis.

3 regio s religio A	4 conexione s connexionione A	præbeat s credebat A
5 exemplo A	nullis s nullius A	9 elaborat A
A nunquam s	11 flexa A fluxa s	13 umquam
	19 ep̄i A Archiepiscopi s	23 subsidio A

Ex hac epistula primo apparet monachos Scythicos Græcam linguam non ita
calluisse, ut Cyrilli libros Latine legere nollent; nullo igitur modo Leontius Scytha cum
scriptoribus homonymis græcis eiusdem sæculi debet confundi. præterea Dionysium
connationalibus suis admodum fauisse comperitur, de qua re non recte Duchesne dubi-
tauit ¹⁾. quæritur tamen quo tempore eos propter zelum laudauerit, quo contra Nesto-
rianam perfidiam certarint, id est contra illos qui Christum incarnatum unum de trinitate
esse negabant. quos quoniam principum uoluptatibus se accommodare dicit, hæc
scribere post illud tempus non poterat, quo Iustinus imperator ab Hormisda postulauit
ut illam formulam probaret, sed aut ualde fallor aut anno fere 519 se monachorum
Scythicorum fautorem proclamauit, quando illi primo contra Paternum Tomitanum
Victoremque diaconum, deinde contra Dioscorum papæ legatum pugnabant. tunc
enim Iustinus et Iustinianus illis adeo non fauere uidebantur, ut uel postea, cum Romam
peruenissent, Constantinopolim redire nollent insidias timendo. denique in ilud
tempus optime quadrat Cyrilli ad Successum epistularum studium. ibi enim eæ ipsæ
prædicantur doctrinæ quas contra Victorem et Dioscorum defendebant, de Christo
composito [Coll. Auell. 224, 3. Cyrill. ep. ad Success. I p. 137^e. 2 p. 145] et de una natura
uerbi incarnata [Maxent. lib. fid. 13. Cyrill. ep. ad Succ. I p. 137^e. 2 p. 141^b^e. 143^e. 145^a].

¹⁾ Mélanges d'archéologie et d'histoire 3, 265: Rien ne prouve que Denys établi à Rome depuis assez longtemps, ait fait cause commune avec ces désagréables personnages, bien qu'il fût moine comme eux et leur compatriote: au contraire ses bons rapports avec Hormisdas permettent de l'isoler de cette coterie compromettante.

3. De Iohannis Maxentii libellorum collectione

Qui primum in collectione locum obtinet libellus fidei legatis Romanis a. 519 Constantinopoli oblatus, ei inscriptum est illum in ipsa urbe Roma ab Hormisda papa publice catholicum approbatum esse; quod factum esse et postquam et quia papa sententiam postea mutauerit, clarum est. secuntur huius libelli appendices, quas una cum eo uel Constantinopoli uel Romæ uel utrobique prolatas esse conicere licet; responsionem contra Acephalos, qua formulæ unius ex trinitate passi propugnator se a suspitione doctrinæ monophysiticæ purgabat, arte cum fidei breuissima professione coniunctam esse ipse dicit [p. 12, 15].

Deinde Maxentii scriptionum series in codice Laudiano interrumpitur Leonis epistula dogmatica ad Flauianum interposita. quam collectioni aliunde intrusam esse ab homine aliquo qui libellis professionibusque fidei celeberrimum orthodoxiæ papalis documentum adiungendum esse censuit, inde apparet quod epistolæ textus, quamuis ex optimo et antiquo exemplari, quantum ex apparatu Balleriniorum minime completo iudicare licet, deriuatus sit, uitiiis scripturæ grauissimis scatet, ipsius uero Maxentii uerba in codice optime seruata esse uidentur. quoniam uero Scytharum monachos exemplari epistolæ Leonis adeo deprauato usos esse credi nequit, illam collectioni antiquitus non infuisse consequitur.

Libris duo contra Nestorianos, etsi et præfatione præmissa et adhibita dialogi forma altius se et nobiliter munus suscepisse prodit, tamen ipsa re nihil Maxentius agit nisi ut eosdem homines quasi hæreticos impetat, a quibus in libello fidei opinionem unius ex trinitate passi defendit. neque enim ipsam Nestorii doctrinam impugnat præter pauca capitula; quæ ab omnibus erant decantata, sed illam rationem secutus est, quam Dioscorus describit [Coll. Auell. 224, 7]: *isti tamen Scythae sciat beatitudo uestra quia omnes accipientes synodum Chalcedonensem Nestorianos dicunt, dicentes «non sufficit synodus contra Nestorium», et sic debere synodum suscipere quomodo ipsi exposuerint.* re uera enim dialogo non Nestorianos impeti, sed eos qui formulæ unius ex trinitate passi se opponebant, id est ipsum Dioscorum, apparet et ex præfatione et ex ultimis libri alterius capitulis; cf. etiam quæ dicit Maxentius p. 47, 39 *eos quos legatus suus Dioscorus Nestorianæ perfidiæ laqueis compediuit, filium dei unum negando esse ex sancta et indiuidua trinitate*, et p. 52, 23 sq. cum dialogo 2, 21.

Ultimo loco habetur responsio contra Hormisdæ epistolam quam Possessor monachorum semipelagianus aduersarius, ubi primum accepit, Constantinopoli diulgauit; ex hac responsione discitur [cf. 20] qua de causa inscriptio illa fidei libello addita sit. neque dubitari potest quin tota collectio non casu coaluerit, sed in certum quendam finem composita sit. tradita est una cum aliquot Fulgentii scriptis, ad Fulgentium sodalesque eius altera illa monachorum legatio epistolam direxit, qua iterum monachorum opiniones defenduntur: quid restat nisi ut ab illa legatione Maxentii libellos ad Fulgentium missos esse concludatur et felici causa factum esse ut inter illius opera chartasque conseruati a curioso quodam homine describerentur?

4. De Collectione Nouariensi

Codicem Nouariensem xxx, postquam F. Maassen in Bibliotheca latina iuris canonici manuscripta [Sitzungsber. d. Wien. Akad. 53, 387 sq.] breuiter, A. Reifferscheid longius neque tamen satis accurate de eo rettulit, A. Amelli diligentissime descripsit totumque imprimendum curauit in Spicilegii Casinensis uol. I. ad quem siquis de

codicis habitu, orthographia ceteris huiusmodi plura scire uoluerit, remitto; hoc unum addo codicis partem primam, de qua sola hic agitur, magis sæculo nono quam decimo mihi quidem ascribendam esse uideri. quamuis Amelli munere librarii non sine summa diligentia functus sit, tamen, ne ullus de codicis lectionibus scrupulus relinqueretur, ipse a. 1912 bis Nouariam adii ibique a canonicis optime et solita clero Italico liberalitate receptus, eam partem quæ ad Acta Conciliorum spectat, arte phototypica expressi.

Sicut dixi, hoc loco de ea tantum agendum est codicis parte, quæ, per librarium a ceteris diuersum conscripta, quaternionibus II—XIII uel f. 12—96 continetur. operum quæ in hac parte descripta sunt, argumentis et ordine probatur illam ex quattuor collectionibus inter se diuersis coaluisse. quarum prima ex fidei libellis composita est; breuis sufficiat enumeratio:

I. f. 5^r INCIPIT GREGORII EPISCOPI DE FIDE NICAENA. Est libellus quem quarto sæculo ab homine Occidentali latine scriptum, tamen uel ab Augustino inter Gregorii Nazianzeni orationes a Rufino uersas lectum esse constat [Engelbrecht, Corp. script. eccles. latin. 46 p. XI]; de uariis huius libelli recensionibus cf. A. Wilmart, *Sitzungsber. d. Wien. Akad.* 159, 7 sq., qui etiam codicis Nouariensis rationem habuit [cf. l. c. p. 22^r], et C. H. Turner, *Ecclesiæ Occidentalis monumenta iuris antiquissima* t. I p. 300. in huius libelli textum non foliorum permutatione aut simili casu, sed arte et consilio inculcatæ sunt eclogæ Augustini librorum De trinitate, ne hæc quidem ita ut uno tenore decurrerent, sed duobus aliis libellis interruptæ: f. 10^u enim extat CONFESSIO FIDAEI CATHOLICAE QVAM PAPA DAMASVS MISIT AD PAVLINVM ANTIOCHAENVM EPISCOPVM [inc. *Post concilium nicaenum* — des. *haec sine dubio credamus*], quam f. 11^r sequitur epistula Damasi ad Paulinum [inc. *Dilectissimo fratri paulino damasus. per filium meum* — des. *in suscipiendo tribuat exemplo*]. Damasi et tomum et epistulam ex codice quodam collectionis quam codicis Vaticani appellauit F. Maassen [*Gesch. d. Quell. u. Litt. d. kanon. Rechts* 512], desumpta esse et lectionibus [cf. tomi editionem Turnerianam in *Eccles. Occid. mon. iur. antiqui* I 283 sq.] et ordine [cf. Maassen l. c. 234] probatur; proprium enim est illius collectionis, ut epistula ad Paulinum tomum sequatur. hanc farraginem secuntur f. 16^u EXPOSITIO FIDEI NICAENE, quæ proxime ad eam symboli accedit formam, qualis in collectione Quesneliana inuenitur [cf. *Eccles. Occid. mon. iur. ant.* I 275], et f. 17^r DAMNATIO ARRII EX LIBRO DECIMO HISTORIAE AECCLIASTICAE EVSEBI CAESARIENSIS INITIVM ET EXITVM ARRII IN CONCILIO NICAENO IN QVO SEDERVNT EPISCOPI CCCXVIII: sunt excerpta ex Rufini *Historia ecclesiastica* IO, I. 2 p. 960, I—961, 26. 5 p. 964, 21—965, 16. 12—14 p. 967, 22—980, IO. finem facit huius partis f. 19^r EXPOSITIO FIDEI CATHOLICAE SANCTI AMBROSII EPISCOPI [inc. *Secundum sacramentum sancti symboli dei* — des. *quæ per doctrinam sane aecclisæ catholice docebit*], quo sub nomine latet libellus fidei a Pelagiano quodam oblatus.

II. Longe ab hac rudi indigestaque mole distat altera pars [f. 28^r—34^r]: eadem est collectio constitutionum et gestorum ad concilium Chalcedonense pertinentium, quæ inest codici Vaticano 1322, olim Veronensi atque a fratribus Ballerinis [S. Leonis M. Opp. t. II 1218 sq.] et F. Maassen [l. c. 737] descripta est. utrumque codicem unius archetypi exemplar esse lectionum summa affinitate demonstratur: collectionem et antiquissimam et peculiarem esse olim probauerunt Ballerini.

III. Ab illa collectione prorsus separanda est tertia, quæ non ad ipsum concilium Chalcedonense, sed ad controuersiam spectat de Eutyche ante concilium exortam. continet

I. f. 34^r EXEMPLVM LIBELLI EVSEBII EP̄I DORSLITANI QVI DATVS EST SYNODO A QVODĀ (legas [SYNODO] AB EODEM) SYNODO CONSTANTINOPOLITANO ET SCO FLAVIANO

EPO CONSTANTINOPL VBI EVTICHES DAMNATVS EST. Inc. Domino sc̄o et beatissimo ep̄o flauiano et synodo eusebius ep̄s dorsleorum; optaueram non ita. græce extat L IIII 152.

2. f. 34^r GESTA CONTRA EYTYCHEN PBRM. Inc. *Inter cetera gestorum synodalium sci flauiani quibus in eutythen lata sententia est. Sc̄s flauianus archiep̄s dixit. Dicant religiosi notarii. si diaconus.*

Cf. L IIII 153e; secuntur gesta synodi Constantinopolitanæ a. 448, cum subscriptionibus [L IIII 229 sq.], neque tamen ex Actis Chalcedonensibus excerpta.

3. f. 41^u. INCIPIT RELATIO FLAVIANI EP̄I CONSTANTINOPOLITANI AD PAPAM LEONEM DE DAMNATIONE EYTYCHIS. Inc. *Beatissimo et deo amicissimo patri leoni flauianus in dño salutem. Nulla res diaboli.*

Est uersio illa Rustico antiquior, quam Ballerini inter Leonis epistulas n. 22 [t. I p. 757 sq.] publicauerunt.

4. f. 42^r. INCIPIT ALIA EPISTOLA FLAVIANI EP̄I AD PAPAM LEONEM DE EVTICHEM. Inc. *Sc̄o et beatissimo papæ leoni flauianus. piæ et recte honorare uerbum ueritatis.*

Est uersio Rustico antiquior et huc usque ignota epistolæ quæ inter Leonis epistulas n. 26 a Ballerinis numerata est.

5. f. 43^r. INCIPIT EPISTOLA PAPAE LEONIS AD FLAVIANVM EP̄M CONSTANTINOPOLITANVM DE EYTYCHEM. Inc. *Lectis dilectionis = ep. Leon. 28.*

6. f. 46^r. LIBELLVS APPELLATIONIS EYTYCHES AD PAPAM LEONEM. Inc. *Domino uenerabili et archiep̄o gloriosæ urbis leoni eutyches p̄br. fidei et spei meæ.*

Altera uersio eiusdem epistolæ extat in Collectione codicis Casinensis 2, cf. Amelli p. 86.

7. f. 47^r. HANC SEQVITVR LIBELLVS QVEM DEDIT EVSEBIVS EP̄S IN ACCVSATIONE EYTYCHES FLAVIANO QVI IAM SVpra IN CAPITE RELEVATVS EST CALCHEDONENSIS (CONSTANTINOPOLITANI Amelli) CONCILII. EXEMPLVM LIBELLI QVEM DEDIT EYTYCHES PBR FLAVIANO EPO VEL SYNODO. Inc. *Contestor uos per dñm qui omnia.*

Huius quoque libelli extat altera uersio in Collectione codicis Casin. 2.

8. f. 47^r. EXEMPLVM CONTESTATIONIS CATHOLICO ET AMATORI XPI POPVLO CONSTANTINOPOLITANO EYTYCHES PBR. Inc. *Factionem quidem et calumniam.*

Tam hoc documentum quam quod sequitur atque ab initio contestationi adiunctum fuit, præter collectionem Nouariensem non inueniuntur.

9. f. 47^u. EX PATRVm TESTIMONIIS QVAE PRO SE PROPOSVIT EYTYCHES.

10. f. 51^r. Sub uariis titulis secuntur Theodosii II sacræ et gesta primæ actionis concilii Ephesini alterius, ex ipsis huius synodi actis græcis neque ex actis Chalcedonensibus translata.

11. f. 67^r. INCIPIT LIBELLVS APPELLATIONIS FLAVIANI EP̄I CONST AD PAPAM LEONEM. Inc. *Religiosissimo et beatissimo patri et archiep̄o leoni flauianus in dño salutem. Oportunæ quidem ad psens tempus.*

12. f. 68^u. INCIPIT LIBELLVS APPELLATIONIS AD LEONEM PAPAM EVSEBI DORSLEORVM ACCVSATORIS EYTYCHEN ARCHIMANDRITE. Inc. *Sc̄o et beatissimo patri et archiep̄o leoni eusebius exiguus qui fui desuper.*

Ne hi quidem duo libelli ante codicem Nouariensem innotuerunt.

Accuratius de hac collectione in Actorum Chalcedonensium editione agendum erit; hic breuiter dicere sufficiat collectionem optime ordinatam et ex temporum serie dispositam ortam esse a. 450 ante concilium Chalcedonense, quando Leoni papæ plurimum intererat libellos et gesta græca quæ ad controuersiam Eutythianam pertinebant, latine legere; neque mirum ipsius epistolæ quam a. 449 ante concilium Ephesinum alterum ad Flauianum scripsit, exemplar ex registro petitum ceteris documentis esse inter-

positum. denique notandum est ipsam uersionem minime esseabilem atque elegantem, immo similiter rudem et barbaram atque uersionem collectionis Chalcedonensis quæ præcedit.

Adglutinatae sunt huic collectioni duæ eclogæ ex uersione uulgari Actorum Chalcedonensium:

a. f. 69^u. EXPOSITIO FIDEI SCĪ CALCHEDONENSI CONCILII FACTA A PATRIBVS. Cf. infra p. 138, 1—139, 5. eam exhiberi uersionis uulgaris formam quæ in collectionem Hadrianam recepta est [cf. Maassen p. 144], in Actorum Chalcedonensium editione probabo.

b. f. 70^r. INCIPIT RESPONSIO SIVE ADLOCVTIO SCĪ ET VNIVERSALIS CALCHEDONENSIS CONCILII HABITA APVT MARCIANVM VENERABILEM PRINCIPEM. Inc. *Quod non innouans aliquid.*

De hoc quoque documento in eadem editione disserendum erit.

III. Iam sequitur, nullo rationis uinculo cum eis quæ præcedunt, conexas, ea collectio quæ infra edita est. primo loco extat EPISTOLA SANCTI PROCLI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI DIRECTA VNIFORMIS AD SINGVLOS OCCIDENTIS EPISCOPOS. hanc epistolam encycliam una cum illa epistula secunda ad Armenios destinata, quam affert Innocentius Maronita [25], mihi probasse uideor [*Concilstud.* 2, 47 sq.] a Græco quodam Pelagianorum amico siue sub Iustino siue primis Iustiniani annis falsatam esse, ut formulæ unius ex trinitate passi defensione impugnatio doctrinæ Augustinianæ de prædestinatione tegeretur. uersione latina usus est Iohannes papa II in epistula ad uiros illustres [11] paulo post illam scripta, quam d. 25. Mart. 534 ad Iustinianum destinauit [Coll. Auell. 84].

2. SANCTI INNOCENTI EPISCOPI MARONIAE DE HIS QVI VNVM EX TRINITATE VEL VNAM SVBSISTENTIAM SEV PERSONAM DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM DVBITANT CONFITERI. quod opusculum Græce ab Innocentio conscriptum dubitari nequit; hominem pro summa imperatoris Iustiniani ueneratione [p. 182, 30 sq.] formulæ ab illo postulatae studiosum defensorem fuisse luculenter ex altera illa epistula elucet quam de collatione cum Seuerianis scripsit [p. 183, 6 sq.]. non est epistula; neminem enim alloquitur; neque liber publicæ lectioni destinatus; nam caret præmio: commentarium dixeris, ni fallor, in eum finem scriptum, ut latine uersus Romanis persuaderet ne in illa formula offenderentur. cur enim tantum operæ impenditur ut Procli Leonisque consensus demonstraretur, nisi ut formulam illam a fide ecclesiæ Romanæ non distare probetur? Hypatius episcopus Ephesi Demetriusque Philipporum Iustiniani epistolam d. 6. Iun. 533 datam, qua ab Iohanne postulauit ut formulam unius ex trinitate incarnati acciperet, Romam tulerunt [Coll. Auell. 84, 6. 91, 7, cf. Procop. de bell. Goth. 1, 3]; cum illis Innocentius Constantinopoli collationi cum Seuerianis interfuerat: temerarium minime uidetur conicere illos episcopos una cum imperatoris epistula etiam Innocentii commentarium Romam portasse illumque ibi statim esse translatum. constat enim papam hac uersione usum esse, cum epistolam ad uiros illustres de dogmatibus a Iustiniano propositis scriberet [12]. qua ratione eam postea Liberatus in breuiario compilauerit et correxerit, alio loco exposui [*Concilstud.* 2, 37 sq.].

3. Secuntur centum EXEMPLA SANCTORVM PATRV M QVOD VNVM QVEMLIBET <LICET> ex BEATA TRINITATE DICERE. quod florilegium dogmaticum maxime ex latinis patribus ab homine latino compositum, non ex Græco translatum est, in usum Iohannis papæ, qui haud paucos locos inde desumptos in epistolam ad uiros illustres scriptam recepit. commemoratur a Dionysio in præfatione uersionis tomi Procliani [p. 196. 20]: *post auctoritatem apostolicam id ipsum exsequentem* [est 'dogma' de quo loquitur

Iohannes in epistula 1. 2] *multipliciter uenerabilium quoque patrum testimoniis approbatum est ob distinctionem personarum, cum ratio poposcerit, unum ex tribus fideliter posse prædicari.* in quo loco cauendum est ne *post* de tempore excipiatur; nam florilegium prius compositum est quam Iohannes illam sententiam recepit; sed caute Dionysius florilegii auctoritatem dogmati a papa proclamato postponit.

Omnia tria opuscula in hunc finem apparuit esse siue translata siue composita, ut Iohanni papæ materia pararetur argumentorum et locorum, qua se fidem Romanæ ecclesiæ non uiolasse probaret, cum Iustiniano obsecutus formulam unius ex trinitate incarnati reciperet. simili consilio Dionysius 'exiguus', i. e. monachus Procli tomum ad Armenios transtulit, quo primum formula illa proposita erat; epistolam autem qua uersionem Feliciano et Pastori destinauit, scripsit, postquam Iohannes papa se formulam recipere Iustiniano respondit. iam uero aliquid difficultatis inde oboritur, quod et Dionysii uersione translator Innocentii [24] et hoc ipso Iohannes papa [12] usus est: ita solui potest ut Dionysius uersionem ante sollemnem dogmatis receptionem perfecisse, post illam uero publicasse censeatur. etsi igitur inter eos homines qui materiam illam Iohanni papæ præparabant, et Dionysium conexum quendam fuisse facile concedo, tamen ipsum Dionysium totius huius collectionis auctorem fuisse nego pernegoque. deest in collectione is ipse liber, qui solus se a Dionysio scriptum esse testatur, tomus Procli latine uersus; desunt testimonia ex illo desumpta et in florilegio et in Iohannis epistula. neque uero defuissent, si Dionysius in tota illa materia præparanda principem locum obtinuisset. præterea omnes qui siue olim siue nunc Dionysio has uel illas uersiones uindicare non dubitauerunt, illum accurate et studiose id egisse neglegunt, ut si quæ uerterit, nomen suum silentio non prematur. ecce uersionum Dionysii catalogus, nusquam deest aut epistula dedicatoria aut nominis suscriptio:

1. Codex canonum: extat præfatio Stephano archiepiscopo destinata, cf. Maassen p. 960 sq. Spicil. Casin. I, 197.

2. Codex canonum Græcorum, in quo canones apostolorum, Serdicenses et Africani omissi erant: præcessit epistula ad Hormisdam papam, cf. Maassen p. 964. Spicil. Casin. I, 198.

3. Codex decretalium: destinatus est per epistolam Iuliano presbytero tituli s. Anastasiæ, cf. Maassen p. 963.

4. Epistula Proterii paschalis: adiecta est libro de cyclo decemnouali quem Petronio episcopo destinauit, cf. quæ ipse in huius libri præfatione [Ian, hist. cycli Dionys. p. 73] scribit: *id ipsum uero epistula sancti Proterii Alexandrinæ urbis episcopi ad eundem papam Leonem pro hac eadem paschali quæstione directa testatur; quam ante hos * * [numerus deest] annos transferentes e Græco huic operi annectendam esse prospeximus.* quod supra conieci uersionem tomi Procliani non statim postquam perfecta sit, esse publicatam, hoc de Proterii epistolæ uersione per testimonium ipsius scriptoris constat.

5. Cyrilli epistula synodica ad Nestorium cum XII anathematismis: dedicata est Petro episcopo cf. L III 411. falso Maassen p. 132 hanc uersionem a Dionysio Mario Mercatori subreptam esse censet; immo uersio Dionysii inter Marii Mercatoris opera recepta est quamuis ab illo aliena.

6. Cyrilli epistolæ ad Successum: missæ sunt ad monachos Scythicos Iohannem et Leontium, cf. supra p. XI.

7. Tomus Procli ad Armenios: destinatus est Feliciano et Pastori.

8. Gregorii Nysseni de conditione hominis: extat epistula ad Eugippium presbyterum in Mabillonii Anal. t. 2.

9. Vita Pachomii: dedicata est dominæ cuidam monachæ, cf. Vita Patr. ed. Roswæyde p. III.

10. Marcelli historia inuentionis capitis S. Iohannis Baptistæ: dedicata est Gaudentio, cf. Acta SS. Iun. t. IIII 721.

11. Pænitentia sanctæ Taysi: epistolam qua hanc uersionem Pastori monacho dedicat Dionysius, publicauit Amelli in Spicil. Casin. I, L.

Non is igitur erat Dionysius, qui translatoris munere in obscuro et quasi opifex mercenarius fungeretur, sed scriptorem agebat uersiones et collectiones suas præfationibus epistulisque dedicatoriis in sollemnem libri formam redigentem. una restat uersio quæ procæmio quidem caret, tamen et ipsa ab ipso sibi uindicata est. libello quem dederunt apocrisarii Alexandrinæ ecclesiæ legatis ab urbe Roma Constantinopolim destinatis, subscriptum est in Collectione Auellana [102]: DIONYSIVS EXIGVVS ROMÆ DE GRAECO CONVERTI. hanc propter consuetudinem Dionysii mihi periculosum, ne dicam temerarium uidetur illi alias uersiones adscribere præter eas quibus suum ipse signum notamque impresserit. denique prorsus reicienda est Amelli opinio non eam tantum collectionem Dionysio adscribens, qua de uno ex trinitate incarnato agitur, sed totam codicis Nouariensis partem primam, quam ex quattuor collectionibus diuersissimæ originis conglutinatum esse uel ex ipsa descriptione apparet. talis confusio aliena est a monachi illius non indocti consuetudine; quod collectionem suam decretalium secundum paparum seriem accurate ordinauit, eum non sæculi mori, sed proprio cuidam sensui ac diligentiae obtemperasse statim apparebit, siquis ceteras illius temporis collectiones, e. g. Quesnelianæ rudem indigestamque molem contulerit.

Exempla sanctorum patrum ultimis uerbis carent [cf. p. 96, 22]; deriuatus est enim codex Nouariensis ex archetypo, cui hoc ipso loco inserta erant folia quædam ex codice canonum euulsa. inde accidit ut uerbis *et in uerbo quod et*, quæ ad eclogam Gregorii Nysseni pertinent, adnecteretur pars inscriptionis quæ in collectione Dionysiana altera præposita est canonibus synodi Neocæsariensis¹⁾ [cf. Turner, Eccles. Occid. monum. iur. antiquiss. t. II 117^b): *hæc regulæ post eas quidem probantur esse quæ apud ancyræ uel cæsaream expositæ sunt, sed nicænis anteriores repperiuntur*. neque tamen canones Neocæsarienses secuntur, sed epistolæ et synodi Gangrensis sine canonibus et synodi Antiochenæ ex uersione desumptæ quæ dicitur Isidoriana secundum formam uulgatam. his rudibus a collectione de formula unius ex trinitate incarnati separata sunt quæ iam secuntur PRAECEPTUM PAPAE FELICIS, CONTESTATIO SENATVS, LIBELLVS QVEM DEDERVNT PRESBYTERI LX POST MORTEM DIOSCORI BONIFATIO PAPAE. quæ num coniungenda sint cum illa collectione, quæritur; breuiter sententiam meam significabo iis non repetitis quæ Duchesne Ewald Mommsen [cf. quæ adnotauit p. 96, 23] de his documentis exposuerunt. cum ecclesia Romana summa pecuniæ inopia premeretur, Felix papa paulo ante mortem, quam medio mense Septembri a. 530 accidisse constat, pactum fecit cum Bonifatio archidiacono, magnas diuitias per hereditates adeptus, ut ille in pontificatu succederet, si ecclesiæ angustiis sua pecunia subueniret, atque pallium illi uiuus tradidit. pactionis traditionisque documentum publice in ecclesiis Romanis parochialibus proposuit, cuius exemplar seruatum est in codice Nouariensi adiuncto senatus decreto, quod et ipsum publice propositum erat [cf. Mommsen, *N. Arch.* 10, 583 sq.]. post mortem Felicis schisma exortum est; magna enim pars cleri præcepto Felicis non obtemperabat, sed Dioscorum ordinari iussit. cum uero post xxviii dies, prid. id. Oct. Dioscorus mortem obiret, Bonifatius aduersarios in suam obœdientiam redire libellumque pro satisfactione offerre coegit, qua Dioscorus

¹⁾ Errore factum est ut in adnotatione hæc uerba ad canones Gangrenses referrem.

damnabatur ¹⁾). huius quoque libelli extat exemplar in codice Nouariensi. atqui Dioscorum acerrime sub Hormisda papa formulam unius ex trinitate passi impugnasse constat neque sententiam eum mutasse probabile est, cum a parte cleri Romani ordinaretur. hæc igitur ut formula commendaretur, probabatur et præcepto Felicis et libello presbyterorum Dioscorum uerum et legitimum pontificem Romanum non fuisse. inde etiam sequitur senatus contestatione non Felicem impugnari, sed eos qui contra illius præceptum de alterius, i. e. Dioscori ordinatione tractaturi esse uidebantur. demonstrasse igitur mihi uideor hæc tria documenta artissime cum controuersia de formula illa cohærere. summopere uero errauerunt uiri docti qui Dioscorum imperatori Constantinopolitano studuisse coniecerunt contra Bonifatium Sigibuldi filium Felicisque successorem, quem iussu Theoderici regis ordinatum esse narrat epitome Cononiana Libri pontificalis. immo dubitari nequit Dioscorum propter fidei rationes Iustiniani aduersarium fuisse. denique non tacendum Agapetum papam statim post Iohannem a. 535 Dioscori memoriam restituisse, cf. quæ narrantur in Libro pontificali p. 142 Momms.: *hic ortum episcopatus sui libellos anathematis quos inuidiæ dolo extorserat Bonifatius presbiteris et episcopis contra canones et contra Dioscorum, in medio ecclesiæ, congregatis omnibus, incendio consumpsit et absoluit totam ecclesiam de inuidia perfidorum.* Agapetus enim Constantinopolim profectus inexorabilem se præstitit Seuerianorum aduersarium; qui uero formulam unius ex trinitate passi propagabant, iterum iterumque uituperabantur, quod Acephalis studerent, cf. e. g. quæ scribit Ferrandus ad Anatolium [Gallandi, Bibl. patr. t. XI 351]: *unum de trinitate passum Nestorianis non immerito displicet; introducere enim quartam personam uolunt, cui accidisse æstimant passionem.* Eutylianis autem unum de trinitate passum non recte placet, si tamen placet.

Appendicis loco adnexus est collectioni libellus fidei, qui etiam in collectione Quesneliana seruatus est. inscriptus est in codice Nouariensi QVALES LIBELLOS DEDERVNT EPISCOPI GRAECI PRO EXCESSV ACACI. quacum inscriptione ipsum libelli argumentum non concordat: deest enim quæuis Acacii mentio. constat autem a Felice et Gelasio Acacii damnationem semper esse postulatam, ne Anastasius quidem papa, cum de ecclesiæ unitione tractaret, Acacio pepercit: scripsit enim ad Anastasium imperatorem [p. 617 Th.]: *precamur igitur clementiam uestram, ut specialiter nomen taceatur Acacii, i. e. tollatur e diptychis.* quantopere uero Symmachus in Acacii memoriam sæuerit, luculentum extat documentum epistula Coll. Auell. 104. libelli denique qualis inde ab Hormisda usque ad Agapetum Romanæ ecclesiæ ab episcopis Græcis et ab ipso imperatore Iustiniano offerebatur, multa extant exemplaria, quæ Guentherus enumerat in Coll. Auell. t. II p. 800: nominatim ibi anathematizantur Timotheus Aelurus, Petri Alexandrinus et Antiochenus, Acacius Constantinopolitanus; cf. etiam fidei libellum a Iohanne Maxentio oblatum [27] et quæ Facundus scribit ad Mocianum [Gallandi, Bibl. patr. t. XI p. 812]: *Acacium... qui mortuus quoque per libellos ordinandorum episcoporum nunc usque damnatus est.* qui igitur titulum libello inditurus erat, ei non PRO EXCESSV ACACII erat scribendum, sed ANTE EXCESSUM ACACII, neque tamen de uitii origine quicquam conicere ausim uel tempus accurate definire, quo post concilium Chalcedonense hic libellus statutus sit; incertissima enim coniectura Balle-

¹⁾ Cf. libr. pontific. p. 139 Mommsen: *hic (Bonifatius) cum Dioscoro ordinatur sub intentione, qui Dioscorus ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifatius uero in basilica Iulii; et fuit dissensio in clero et senatu dies XXVIII. eodem tempore defunctus est Dioscorus prid. id. Oct. ipsis diebus Bonifatius zelo et dolo ductus, cum grande amaritudinem sub uinculo anathematis cyrographi reconciliauit clero; quem cyrographum arcibo ecclesiæ retrudit, quasi damnans Dioscorum.*

rini eum ad illam fidei professionem rettulerunt, de qua Leo ad Anatolium papam in ep. 163 scripsit.

In hoc appendice finem posui collectionis; quam enim in lectoris commodum addidi breuiorem libelli formam, ea in codice Nouariensi non extat. ubi quod paginæ reliquum est, catalogo quodam conciliorum breui expletur, secuntur excerpta ex Historia tripartita. quæ omnia ab ipsa collectione aliena esse patet.

5. De codice Parisino 1682

Codici Parisino 1682 [Colb. 4064. Reg. 3989] subscripsit St. Baluzius, præfectus bibliothecæ Colbertinæ: *Codex iste fuit olim doctissimi uiri Nicolai Fabri, qui ex eo descripsit epistolas Constantini, Pelagii II. Papæ, epistolam decem Episcoporum ad Mauritium Imperatorem, Mauriti Imperatoris epistolam ad sanctum Grigorium Papam, collationem cum Seuerianis et ad Baronium misit. Quarum omnium rerum aliud ullum exemplar alibi extare hactenus est incompertum. Quare patet quanti æstimandus sit hic codex, qui præterea continet etiam Vigili Papæ constitutum pro damnatione trium capitulorum hactenus ineditum.*

Exemplar a Nicolao Fabro ad Baronium missum adseruatur in bibliotheca Barberina nr. 498; quoniam satis neglegenter confectum est et extat codex archetypus, sufficit illud commemorasse. ipse codex Parisinus scriptus est s. VIII a librario satis accurato neque indocto, qui postquam codicem perscripsit, cum exemplari contulit præcipue ut locos omissos suppleret. de orthographia hæc collegi:

æ siue e cum uirgula sæpe falso ponitur pro e in aduerbiis: *præcipuæ* [124, 29. 153, 19], *necessariæ* [144, 9], *nefariæ* [149, 7], *contrariæ* [156, 34], *superuacue* [157, 43], *orthodoxe* [178, 7], *multifariæ* [182, 41], *secretæ* [183, 7]. præterea adnoto: *istæ* pro *iste* [103, 5]; *anthiocene* [170, 4. 172, 34. 176, 24], *seleucene* [174, 26]; *edesseni* [142, 15]; *ecclésiis* [176, 25]. *depræhensa* etc. [102, 5. 107, 34. 123, 18. 129, 2. 5. 160, 28. 175, 5], *depræcor* etc. [102, 40. 161, 32], *subpremens* [163, 19] ex compendio *p̄* orta sunt. confusioni debentur *cædere* [141, 18. 164, 43], *questioni* [145, 7], *queritur* [145, 9].

æ pro e raro inuenitur: *cæperat* [103, 19], *pænitus* [154, 42]. semper scribitur *pænitet*, *pænitentia* [119, 25. 27. 28 etc.].

e et i in terminationibus haud raro confunduntur; talia in apparatu critico adnotauit. præterea conferas *demittat* [108, 23. 182, 27], *deuellit* [118, 16], *deindicandi* [128, 12], sed *disperationis* [111, 10], *discendisse* [167, 29]; *delerantes* [140, 15. 156, 1], *adtenuisse* [159, 22], *resedens* [164, 15], *pereclitantis* [166, 13], *recenseto* [176, 21], *apol-lenaris* fere semper [126, 12. 145, 3. 146, 4. 150, 7. 153, 12. 41. 161, 2. 165, 20]. recte scribitur *intelligere* præter paucissimos locos [163, 12 *intelligatur*. 179, 1], sed ea constantia *intelligentia*, ut retinere non dubitauerim. præterea adnoto *alligauit* [151, 38] et nomen græcum *clois* [132, 9] = *Χλόης*, rarissime uero scriptum est *chalcidonensi* [145, 12].

y non inuenitur nisi in uocabulis Græcis; uitiosæ scripturæ exempla sint *bythinæ* [138, 6], *egiptyorum* [170, 15], *eutichyanam* [170, 30], *dyonisi* [173, 13], *dypticis* [180, 5. 26. 34].

o pro u: *iocundum* [111, 35], *incolome* [113, 7. 135, 16], *consoletur* [119, 45], *locatis* [156, 40], *trapezontis* [159, 25]. de *epistula* siue *epistola* non constat, quoniam fere semper compendio [*ēpla*] scribitur; antiqua scriptura per u inuenitur 172, 7. 33; altera per o 172, 8. 175, 32.

b pro *u* raram est: *acerbatim* [176, 22]; *iubenalis* [160, 10; correctum est 160, 13. 24. 161, 3].

h omittitur rarissime in uocabulis latinis: *actenus* [105, 6], *ac* = *hac* [183, 34]; cf. *nihil hominus* [178, 24]; sæpe uero in nominibus uocabulisque Græcis: *armonia* [113, 10], *eptaconco* [169, 25], *ypatius* semper, *enotica* [176, 23. 180, 21].

c = *χ* raro scribitur rariusque correcturam non subiit: *cristiani* [120, 32], *scismata* [108, 16], *polypticis* [109, 19], *dypticis* [180, 5. 26. 34], *clois* [132, 9], *cimiliarca* [170, 2], *anthiocicæ* [180, 32], *anthiocene* [170, 4. 172, 34], *eutices* [170, 38]; neque *ch* = *c* frequens est: *paræchiam* [123, 9], *machedoniani* [180, 17], *nichomedeneæ* [180, 30]. transponuntur *c* et *ch* in *choclio* [183, 42]. scribi solet *Chalcedona*, *Chalcedonensis*, præter paucos locos, quibus siue *calcedonense* [173, 21. 178, 40] siue *calchedonense* [175, 26. 180, 14. 181, 18. 21. 182, 10. 15. 18], *calchedona* [183, 21] extat. *ch* = *θ*: *eustachii* [143, 14. 181, 22]. peccatur in *t* et *th*: *thomus* [106, 17. 124, 3], *galathas* [107, 5], *tharso* [125, 1], *anthiocicæ* [180, 32. 181, 13. 170, 4. 172, 34]; *baratrum* [122, 27]. *ph* pro *f*: *nephariis* [143, 2].

hii pro *hi* raro scribitur: 174, 20. 175, 22.

quur: 119, 14. *urguente* 112, 39. *ungui* 119, 25.

t et *d* finales: *ad* = *at* [115, 26], *inquit* [123, 13. 130, 5; sæpe *d* in *t* correctæ est].

t et *c* confunduntur: *prouintiarum* [118, 14. 133, 16], *acatum* [123, 36], *solatium* [132, 2], *martiani* [134, 24], *martioni* [166, 42]; *bonifacius* [154, 36].

t pro *d*: *dauiticæ* [182, 33].

in priore codicis parte ante *y* semper *k* scribitur: *kyrillus*, *kyprianus* etc. ab Innocentii uero epistula hic usus alienus est; quod enim bis [172, 35. 173, 14] *kyrillus* inuenitur, inde explicandum est, quod librarius prioris codicis partis consuetudinem retinere cœpit, tum uero exemplar secutus est, quod ab illa parte diuersum fuisse ex hac ipsa scripturæ inæqualitate concluditur.

s per *ex* exprimitur: *explendidissime* [108, 37], *exceleratis* [147, 19], *expretis* [159, 38].

consona falso geminatur: *thallassius* [158, 38. 159, 6. 164, 30. 168, 25], *thallassius* [129, 1], *consummamini* [107, 25], *supprema* [112, 4], *reppertus* [158, 18. 166, 45], *appollo* [132, 9], *damassus* [104, 4], *accussantium* [145, 32. 38. 147, 36. 148, 25. 150, 29], *promississe* [145, 41. 134, 4]. retinui *rennuuit* [174, 28]. geminatio omittitur: *amissus* [129, 27], *apellasse* [148, 1. 149, 38], *acusatoribus* [149, 29], *philipensibus* [132, 1.] *gloriosissimus* [170, 9], *conuenisemus* [171, 28]. non mutauit *cotidie* [170, 11] neque *oportunum* [131, 16. 134, 20. 136, 16. 165, 43].

in uocabulis quæ cum præpositionibus uel præfixis *con*, *in*, *ad*, *sub* composita sunt, solet librarius scriptura uti phonetica; inuenitur etiam *quemammodum* [172, 29. 178, 12. 180, 41. 182, 8]. neque tamen rara sunt exempla scripturæ etymologicæ: *conprobatur* [106, 29. 119, 41. 150, 17], *compulsus* [125, 6. 135, 7. 171, 8], *conpunctione* [170, 12. 181, 36. 183, 43], *conposita* [170, 25], *conplectar* [178, 13], *conlaudat* [121, 17. 175, 31. 180, 2], *conlatione* [155, 22], *conlocuti* [183, 6], *conligauit* [184, 3]; *inprimetur* [117, 11], *inputare* [120, 13]; *inpugnantes* [123, 16. 126, 32. 36. 141, 33. 143, 22 et sæpissime], *inponentes* [119, 14. 136, 11. 15. 172, 13. 176, 1], *inpulsi* [148, 9], *inpensius* [163, 32], *inluminet* [105, 8. 109, 18], *inlataæ* [133, 40. 151, 18. 152, 14. 27 et sæpius], *inrogatur* [143, 8. 165, 33. 168, 23], *inmissione* [144, 31. 34. 145, 6. 10. 15. 148, 11. 145, 11], *inlustrium* [182, 7], *inprobis* [101, 21. 114, 23], *inparatum* [103, 7], *inportunitate* [134, 6], *inprudens* [141, 15], *impossibile* [163, 4], *impeccabilem* [166, 32], *impassibilis* [178, 35. 179, 8. 183, 17. 24], *inlassabilem* [102, 6], *inlarsa* [102, 19. 108, 19], *inlibatam* [113, 39. 44. 114, 25. 116, 1. 132, 30. 179, 37], *inlicitas* [127, 26], *inretractabilis* [132, 32. 33], *in-*

rationabiliter [171, 17], *inreprehensibilem* [177, 6], *immortalitas* [102, 7. 24. 142, 21. 147, 15], *inmaculatus* [120, 36. 166, 28. 179, 14], *inmedicabilis* [124, 10], *inmoderatus* [128, 27], *inmanis* [131, 26. 165, 45], *inmutabiliter* [140, 37], *immunem* [181, 24]; *adprobationem* [109, 32. 115, 16. 116, 34. 35. 119, 27. 128, 18. 129, 4. 136, 29 et sæpissime], *adclamatio* [155, 23], *adquieui* [118, 41. 129, 24], *adlegasse* [141, 40], *adlatam* [177, 5], *adlocutum* [147, 39], *adfirmant* [109, 4. 122, 31. 145, 5. 159, 16. 167, 7. 181, 31], *adferri* [117, 22], *admonitionem* [115, 3], *admiramur* [177, 29], *admittitur* [117, 5], *adnexa* [138, 7. 144, 2], *adnotabantur* [180, 9], *adsequebantur* [103, 8], *adsint* [113, 28], *adsociando* [113, 28], *adsumptis* [114, 12. 121, 20. 122, 15. 16. 21. 22. 130, 2. 140, 27. 151, 29 et sæpissime], *adsenserit* [125, 28], *adseuerare* [130, 30], *adsertorem* [131, 15. 141, 38. 145, 23. 147, 23. 153, 32 et sæpius], *adsignat* [178, 18], *adstruit* [117, 1. 23. 130, 28. 145, 40. 148, 18. 149, 12 et sæpissime], *adstricti* [167, 11], *adscribendum* [109, 5. 138, 19], *adtrahit* [113, 10], *adtestante* [113, 10. 128, 4. 131, 19. 39. 153, 11. 165, 4. 6], *adattendatur* [117, 12. 145, 29. 151, 19], *adtenuisse* [159, 22]; *subripuit* [103, 27. 156, 38], *submittere* [109, 12], *submouerunt* [149, 13], *subportantes* [107, 37], *subpliciis* [117, 27], *subposita* [127, 35], *subpremens* [163, 19. 164, 23. 32. 36].

p pro *b* in compositione: *suptiliter* [102, 2. 144, 33], *optinet* [108, 7. 139, 3. 155, 37], *optulit* [123, 30. 130, 9. 133, 38].

uulgaris sermonis uestigium est *mostretur* [110, 36].

magis ad grammaticam quam ad orthographiam spectat *ipsud* [180, 39. 182, 2] et mira quædam uariatio in genetiuo plurali participiorum: *residentum* [148, 41. 149, 26. 153, 31. 154, 18. 159, 15. 161, 13. 165, 31. 168, 22], *sentientum* [158, 36], *iudicantum* [159, 38] et *residentium* [157, 7. 34], *præcedentium* [159, 5], *comprobantium* [159, 7], *adiudicantium* [159, 7]. *eutychen* præter accusatiuum ablatiuum quoque casum significat [147, 20. 152, 29. 153, 33. 170, 31], qui usus etiam in codice Nouariensi inuenitur, cf. Amelli Spicil. Cas. 1, 446.

6. De collectione codicis Parisini 1682

Codici Parisino 1682 insunt hæc:

I. f. I^r. EPISTVLAE CONSTANTINI IMPERATORS A IVSTINIANO AVGVSTO INTERPRETATAE AC VIGILIO PAPAE MISSAE. sunt uersiones duæ litterarum Constantini ad Alexandrinos et ad Nicomedienses, quas ab Iustiniano d. 28. Mai a. 547 ad papam Vigilium directas esse subscriptum est [p. 103, 40]. Vigilius d. 25. Ian. 547 Constantinopolim ingressus¹⁾ rixari cœpit cum Menna patriarcha edicto imperiali de tribus capitulis obsecuto, sed acriter ab Iustiniano pressus atque compulsus die 29. m. Iunii eiusdem anni cum illo pacem fecit²⁾. inter machinas quibus imperator papæ animum frangebat, erant et illæ Constantini quem Iustinianus summopere æmulabatur, litteræ in patrium papæ sermonem uersæ, quarum lectione penes imperatorem esse concilium dirigere, ecclesiam unire, hæreticos persequi doceretur Iustinianumque eum esse qui exemplum quod a præcessore in Ario et Eusebio statutum erat, sine scrupulo imitaretur, intellexeret. quod et ex ipsa re elucet et ex uerbis quæ a. 553 Iustinianus ad concilium œcumenicum direxit [L v 419]: *Semper studium fuit orthodoxis et piis imperatoribus*

¹⁾ Auct. Marcellini [Chron. min. ed. Mommsen t. II 108] a. 547: *papa Vigilius ingressus est Constantinopolim VIII kalendas Februarias*, quod Liber pontificalis [p. 152 Momms.] Vigilium Constantinopolim intrasse narrat *uigiliis domini nostri Iesu Christi*, i. e. d. 24 m. dec. 546, ex confusione mensium Ianuarii et Decembris ortum esse uidetur.

²⁾ Cf. Theophan. p. 225, 13 sq. ep. cleric. ad legat. Franc. in Concil. Gall. ed. Sirmond I p. 294.

patribus nostris pro tempore exortas hæreses per congregationem religiosissimorum episcoporum amputare et recta fide sincere prædicata in pace sanctam dei ecclesiam custodire. quapropter et Constantinus piæ recordationis Ario blasphemante. . . . congregavit Nicææ ex diuersis diocesisibus trecentos decem et octo patres et cum ipse etiam concilio interfuisset et adiuuisset eos qui consubstantialium filium patri confessi sunt, condemnata Ariana impietate studium habuit rectam fidem obtinere.

2. f. 3^r. Excerpto breuissimo ex Actis Chalcedonensibus et exemplo Damasi papæ allato iuris esse probatur ut episcopi consacerdotum consensum subscriptione eliciant. periculosum esse concedo de eiusmodi breuitate aliquid conicere; neque tamen taceam hoc mihi pertinere uideri ad defensionem Vigilii, qui postquam a. 547 Iustiniano cessit, ab episcopis Occidentis qui Constantinopoli erant, postulauit ut uota conscripta sibi de tribus capitulis mitterent; cf. Facund. c. Mocian. p. 813: *gestis de medio sublatis, quibus causa coeperat aperiri, et interrupto suo iudicio a considentibus episcopis flagitauit ut quid eis de causa uideretur, prolata quisque in scriptis responsione signarent.*

3. f. 3^r. EPLAE PELAGII IUNIORIS PAPAE AD EPOS HISTRIAE. episcopus Histriæ duce Paulino Aquileiæ metropolitano damnationi trium capitulorum concilioque uniuersali quinto assensum negando schisma facere queritur Pelagius papa I [556—561] in epistulis ¹⁾. neque per potestatem exteram in obœdientiam reduci poterant, postquam Langobardi totam illam regionem imperio Romano eripuerunt. ubi primum Zmaragdus, exarchus Italiæ, cum Langobardis paululum repressis pacem fecit, inter a. 584 et 589 ²⁾, Pelagius papa II [579—590] ad Heliam Aquileiæ ceterosque Histriæ episcopos direxit epistolam [primam, p. 105 sq.] qua eos ut ad unitatem ecclesiæ redirent, moneret. responsum misere schismatici per legatos, se cedere negando legatosque cum papa tractare uetando: hac de causa papa iterum scripsit [p. 108 sq.] et petiit ut instructæ personæ ad se mitterentur [p. 112, 6]. sed et nouo scripto et per legatos scriptum portantes [p. 131, 17] illi se in sua sententia persistere exposuerunt, locis imprimis ex Leonis epistulis allatis: tum denique totam trium capitulorum causam late papa exposuit in epistula tertia et longissima [p. 112 sq.], quam a Gregorio cum diaconus esset, scriptam esse postea scire sibi uidebantur homines, ni fallor, indocti, quibus fidem tribuit Paulus diaconus scribendo [hist. Langob. 3, 20]: *hic Pelagius Heliae Aquileiensi episcopo, nolenti tria capitula Calchidonensis synodi suspicere, epistolam satis utilem misit; quam beatus Gregorius, cum esset adhuc diaconus, conscripsit.* fabulæ inuectores unam tantum, non tres epistulas nouisse uidentur; quæ tamen adeo inter se et argumentis et orationis similitudine conexæ sunt, ut aut omnes aut nulla ab ipso pontifice abiudicandæ sint.

4. f. 24^u. SVGGERENDVM DOMNO NRO CLEMENTISSIMO AC PISSIMO domno mauricio Tiberio Humiles uenetiaR̄V uel secundæ reticæ Ingenuinus. Maxentius. Agnellus. fonteius.

¹⁾ Cf. Coll. Brit. epp. Pelag. 11 [JK 983 M VIII 730]. 40 [JK 1012 L V 794]. 46 [JK 1018 L V 794]. 47 [JK 1019]. 48 [JK 1020]. 57 [Epp. pont. Roman. ed. Loewenfeld 35 p. 18]. aegre fero me his numeris meliora proferre non posse, sed Pelagii I epistolæ atque historia spissis tenebris obrutæ sunt eruntque, dum Collectionis Britannicæ nihil nisi lacinæ sine ordine et consilio publicatæ sunt, cetera et grauissima fœde iacent neglecta.

²⁾ Accuratus tempus hucusque definiri nequit, die 4. m. Octobr. 584 Pelagius II ad Gregorium apocrisarium Constantinopolim scribit Italiam a Langobardis premi neque Decium exarchum illis resistere posse [cf. Iohann. diac. uit. Gregor. 1, 32]. anno uero 589 die V. Pharmuthi [= 31. Mart.] exarchi munere Iulianum quendam functum esse apparet ex inscriptione [Inscr. Christ. ed. de Rossi II 455]. cf. L. M. Hartmann, *Unters. z. Gesch. d. byzant. Verw. in Ital.* 110 sq. ceterum de pace illa hæc refert Paulus diaconus hist. Langob. 3, 18 *post hæc Authari rex cum Smaracdo patricio, qui tunc Rascennæ præerat, usque in annum tertium pacem fecit.*

Laurentius. Agnellus. Felix. Augustus iunior et horontius epi. ne tertia quidem epistula Pelagius quicquam profecit; cum autem Zmaragdus ui in Heliam usus esset, ille precibus ad imperatorem directis consecutus est [p. 133, 24 sq.], ut exarchus iuberetur nullatenus quemquam sacerdotum pro causa communionis inquietare, . . . quousque compressis gentibus ad libertatem omnes sacerdotes nostri concilii sub sancta re publica peruenirent. tamen Zmaragdus Seuerum Heliae interim mortui successorem non sine uiolentia Rauennam perduxit custodiæque tradidit [p. 133, 39], cf. Paul. hist. Langob. 3, 26: *his diebus defuncto Helia Aquilegensi patriarcha, postquam quindecim annos sacerdotium gesserat, Seuerus huic succedens regendam suscepit ecclesiam. quem Smaracodus patricius ueniens de Rauenna in Gradus, per semet ipsum e basilica extrahens, Rauennam cum iniuria duxit cum aliis tribus ex Histria episcopis, id est Iohanne Parentino et Seuerus¹⁾ atque Vindemio²⁾ nec non etiam Antonio iam sene, ecclesiae defensore. quibus comminans exilia atque uiolentiam inferens, communicare conpulit Iohanni Rauennati episcopo, trium capitulorum damnatori, qui a tempore papae Vigilius uel Pelagii a Romanae ecclesiae descuerat societate [est error Pauli siue eius auctoris]. exempto uero anno e Rauenna ad Grados reuersi sunt. quibus nec plebs communicare uoluit nec ceteri episcopi eos receperunt. Smaracodus patricius a daemone non iniuste correptus, successorem Romanum patricium accipiens³⁾, Constantinopolim remeauit [ante a. 589]. post hæc facta est synodus decem episcoporum in Mariano, ubi receperunt Seuerum patriarcham Aquilegensem dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicat Rauennæ. nomina uero episcoporum qui se ab hoc scismate [sc. eo quod Seuerus fecerat cum trium capitulorum damnatoribus communicando] cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de Altino, Clarissimus⁴⁾, Ingenuinus de Sabione [Seben], Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horontius Vicentinus, Rusticus de Taruisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilo [Asolo], Laurentius Bellunensis, Maxentius Iuliensis [Zuglio] et Adrianus Polensis. cum patriarcha autem communicauerunt isti episcopi: Seuerus, Parentinus Iohannes, Patricius⁵⁾, Vindemius et Iohannes⁶⁾. de his discordiis in schismaticorum epistula ad Mauricium directa non sine causa tacetur. cum uero Gregorius papa, qui d. 3. m. Sept. a. 590 consecratus est, ab imperatore iussionem adeptus esset, qua Seuerus Romam deduci iubebatur [cf. Gregor. ep. I 16, quæ scripta est m. Ianuario 591], decem episcopi ciuitatum et castrorum quos Langobardi tenere dinoscuntur [p. 136, 8], et quorum nomina p. 135, 29 sq. subscripta sunt, hanc epistulam ad Mauricium imperatorem destinauerunt, neque soli, sed alteram Seuerus Aquileiensis misit cum parte sua [p. 136, 9; cf. supra], tertiam Seuerus solus.*

5. f. 27^a. IN NOMINE DNI DĪ NRI IHV XPI IMP CAES FL MAVRICIVS TIBERIVS FIDELIS IN XPO PACIFICVS MANSVETUS MAXIMVS BENEFICVS ALAMANNICVS GREGORIO VIRO SCĪSSIMO. ET BEATISSIMO ARCHIEPŌ ALME VRBIS ROME AC PAPE. precibus episcoporum et Seueri obsecutus Mauricius a. 592 [cf. Gregor. ep. II 45] papam ullam molestiam episcopis istis inferre uetuit, dum pax in Italia restitueretur. timebat enim ne isti id ipsum facerent quod in epistula se facturos esse minati erant, et imitati episcopos Breonensem [Brenner], Tiburniensem [Tebern], Augustanum [Augsburg] a Galliarum

¹⁾ Episcopum Tergestinum dicit chron. patriarch. Grad. [Scriptt. rer. Langob.] p. 393.

²⁾ Episcopus Cessensis [Sissek] dicitur l. c.

³⁾ Hoc falsum esse Iulianumque primo, deinde Romanum illius successorem fuisse inscriptione probatur, quam supra attuli.

⁴⁾ Concordiensis dicitur in chron. patr. Grad. l. c.; uidetur Augusti [135, 33] decessor fuisse, sicut Rusticus Felicis [135, 38] Taruisii.

⁵⁾ Aemonensis dicitur l. c.; sedes transiit ad Citta Nuoua, sicut adnotat Bethmannus.

⁶⁾ Episcopus Celeianæ [Cilly] dicitur l. c.

archiepiscopis ordinationem acciperent, i. e. ex Romano ad Francorum imperium transirent ¹⁾).

6. f. 27^u. Sine inscriptione addita est confessio fidei Gregorii I ex epistula eius synodica excerpta.

7. f. 28^r. Sequitur libellus qui proœmio carens incipit a concilii Chalcedonensis definitione ex uersione uulgari petita, tum trium capitulorum damnationem defendit secundum concilii quinti decreta [cf. 149. 157. 164], imprimis longa et contorta rationatione Hibæ epistolam ad Marim suppositiciam esse euincere conatur. initium truncatum esse apparet ex p. 149, 29, cf. quæ ad initium p. 138 adnotauit; ea de causa nescitur quam fraternitatem p. 147, 27 scriptor alloquatur. truncatæ sunt etiam subscriptiones, feliciter tamen accidit ut temporis notatio [d. 23. Febr. 554] seruata sit. quis libellum scripserit, optime intellexit Stephanus Baluzius [Nou. Coll. conc. I p. 1489]: est epistula Vigilii papæ, cui alii quoque episcopi subscripsere; nemo enim nisi Vigilius talia scribere potuit qualia p. 148, 16 sq. siue p. 168, 10 sq. contra ipsius Constitutum [Coll. Auell. 83] dicuntur. ceterum hæc epistula a nemine commemorata esse uidetur; quos enim locos de consensu a Vigilio per libellum imperatori dato collegit docta Petri de Marca operositas [L v 601 sq.], Euagr. 4, 48, allocutionem synodi sextæ [L vi 1052], Photium de synodis [ep. I, 18¹⁵], canones Arabicos, hi omnes huc non pertinent facileque ex ipsis quintæ synodi actis græcis et integris explicantur.

Hæc omnia quæ numeris 1—7 signauit, tempore Gregorii I propter schisma episcoporum Histriæ ex trium capitulorum causa exortum ab homine quodam orthodoxo collecta esse per se patet, neque tamen ex registris pontificalibus; desunt enim temporis notationes in Pelagii epistulis. magis syllogen in ipsa Italia superiore ortam esse crediderim. neque sine ratione proœmium epistolæ Vigilii recisum esse uidetur, ne nomen odiosum causæ orthodoxæ noceret, quæ ratio curiæ quidem Romanæ contraria, ab orthodoxia tamen prouinciali minime aliena erat. quæ iam secuntur, aliunde addita sunt:

f. 54^u. INCIPIT SERMO SCI AVGVSTINI DE ADAM ET FRVCTV ARBORIS. Inc. *In ueteri testamento id est in Genesi legimus — des. absentiam procuret.* SERMO SCI AVGVSTINI DE ADAM ET FRVCTV ARBORIS EXPLICIT.

f. 56^r. INCIPIT ALIVS DE QVO SVpra. Inc. *Debitum curo persoluere sermonem* — des. SERMONES SCI AVGVSTINI DE ADAM ET FRVCTV ARBORIS EXPLNT: uterque sermo in unum coniunctus inuenitur in editionis Benedictinæ t. v appendice inter spurios cl. I I.

f. 58^r. DO AMABILI THOMATI PRBO INNOCENTIVS EPS MARONIAE CIVITATIS IN DNO SALVTEM. est uersio latina epistolæ græcæ quam Innocentius episcopus Maroneæ scripsit ad Thomam presbyterum Thessalonicensem de collatione quam Iustiniani imperatoris iussu episcopi Hypatius Ephesi, Iohannes Bizyæ, Stephanus Seleuciæ, Anthimus Trapczuntis, tum nondum Seueri assecla, Innocentius Maroneæ (Demetrius enim Philipporum propter ægritudinem adesse non poterat) cum episcopis partis Seuerianæ Sergio Cyrri, Thoma Germaniciæ, Philoxeno Dolichæ, Petro Theodosiupoleo

¹⁾ Lepido casu accidit Monumentorum Germaniæ editoribus, ut Pelagii epistulas tres ex codice 1682 loco inepto recenserent, in Gregorii epistularum appendice, nullam aliam ob causam nisi propter fabulam illam de tertia epistula, quam supra refutaui, decem uero episcoporum ad Mauricium Mauriciique ad Gregorium epistulas, quas non minus inepte Gregorii registro inculcauere, ex Baronii editione repeterent, quoniam codex inueniri non potuisset. sed in ipso codice 1682 secuntur Pelagii epistulas. luculento exemplo demonstratur quam sit peruersum propter ficticium quendam ordinem chronologicum codicum collectiones traditas negligere atque perturbare. altera res est editio philologicè instituenda, altera regesta in historicorum usum confecta.

[Resainæ], Iohanne Constantinæ [= Tellæ], Nonno Circesii habuerunt. de eadem collatione referunt etiam qui fertur Zacharias 9, 15 [= Land, Anecd. Syr. 3, 273 sq.], apud quem syriace uersa extat chartula illa de fide, quam allegant Orientales p. 170, 25, et Elias Darensis in Vita Iohannis Tellensis syriace conscripta p. 38 sq. Kleyn., qui errore non sex, sed octo episcopos ab imperatore uocatos esse narrat; quædam ex argumentis quæ Seueriani protulerunt, in catena syriaca codicis Add. Mus. Britann. 12155 f. 110^u—111^u seruata esse notauit Kleyn [*Het leven van Iohannes van Tella door Elias* p. xi]. ipsum collationis tempus nusquam traditum est, tamen computatione satis probabiliter definiri potest. antecessit Seueri itineri Constantinopolitano quod ind. XIII = 534/5 factum esse dicit Zacharias l. c. [p. 279 Land], secuta est uero seditionem Hypatii et Pompei a. 532, sicut ex ordine narrationis apud Zachariam sequitur atque ex ipsa re elucet; inde ab illa enim Iustinianus Theodoræ, quæ tunc imperium seruauit, consilia in rebus ecclesiasticis secutus est, dum post Seueri profectum et Agapeti aduentum a. 536 rationes mutauit, maxime ne ecclesiæ Romanæ fauore in bello contra Gothos gerendo priuaretur. accedit quod Hypatius et Demetrius Iustiniani litteras ad Iohannem papam 11 d. 6. Iun. 533 datas Romam pertulerunt [cf. supra p. viii] ibique commorati sunt, dum papæ responsionem d. 25. m. Mart. 534 reportauerunt [Coll. Auell. 84, 29]. quoniam Hypatius Ephesi erat, quando ad collationem uocabatur [p. 169, 8], apparet iter Romanum Constantinopolitano esse posterius, proclius uero est coniectura Hypatium et Demetrium ex ægritudine restitutum post collationem ab imperatore Constantinopoli Romam missos esse. ex his omnibus sequitur collationem aut sub finem a. 532 aut priore parte a. 533 esse habitam. edidi Innocentii epistolam hoc loco propter argumenti affinitatem et quia eodem codice seruata est quo septem illa scripta; neque uero eidem collectioni eam tribui uelim. nam uel ex re orthographica potest concludi eam ex alio codice esse desumptam; ante y non sicut illic k, sed c scribitur. præterea ipsa argumenta ab Hypatio contra Seuerianos prolata Cyrillo parum nimisque Hibæ fauent quam ut huius epistolæ lectione damnatio trium capitulorum commendetur. unde tamen epistula in hunc codicem delata sit, prorsus incertum est.

Post hanc interruptionem continuatur materies Augustiniana:

f. 73^r. INCIPIVNT RESPONSIONES AD EXCERPTA QVAE DE GENVENSI CIVITATE SVNT MISSA. CAMELLO ET THEODVLO VENERABILIBVS PRAESBITERIS PROSPER. IN LIBRIS BEATAE MEMORIAE AVGVSTINI EPI QVORVM TITVLVS EST DE PRAEDESTINATIONE SCORVM quædam scitatem uram.

f. 82^r. EPISTOLA GENERALIS SEV APOLOGETICVS CONTRA IOHANNEM RAVENNATEM EPM. Inc. *Magister gentium beatus Paulus*; in fine ab ipso libelli scriptore excerpta ex Gregorio magno adnexa sunt. de libello, ni fallor, inedito et satis memorabili, ab his tamen rebus alieno et ad tempora recentiora pertinenti, spero Gerardum filium aliquando acturum esse.

7. De tomi a Proclo ad Armenios destinati codicibus et uersionibus

Appendicis loco adiunxi Procli tomum ad Armenios ¹⁾ Iohannisque papæ 11 epistolam ad Auienum, Cassiodorium, quem secundum æqualium consuetudinem nomine proprio Senatorem appellat, aliosque, quia hae scriptiones argumento artissime cum Maxentii libellis et collectione Nouariensi conexæ sunt neque ita certis collectionibus inhærent, ut

¹⁾ De huius libelli historia latius egi in opusculo *Concilstud. II* [*Schrift. d. Straßb. Wiss. Gesellsch. XX*]. scriptum esse a. 435 auctor est Dionysius in uersione.

in illarum editione aptiorem locum teneant. concedo tomum Procli in duobus Actorum Ephesinorum codicibus inueniri, Atheniensi [A] et Vindobonensi theol. gr. 40 [C], de quibus in illorum editione accuratius agendum erit. sed præterea seruatus est et in codice monophysitico Vat. 1431 [V] f. 233^u—241^u, quem accurate descripsit Lietzmann [*Apollinaris v. Laodicea* I, 98], et in duobus codicibus miscellaneis, qui ex nulla possunt deriuari collectione, Parisino 1335 [P] et Bodleiano Auct. E 4 18 [O], qui partem alteram libelli omittit¹⁾. iam si in ipsum libelli textum inquisueris, facile inuenies codices non ita distribuendos esse ut AC, codices Actorum Ephesinorum, altera parte stent, altera ceteri, sed O peculiarem locum obtinere quippe qui pessime descriptus sit ex optimo exemplari, cuius lectiones sæpe uersionibus latina et syriaca confirmantur, ceteros uero, ACPV, artissime inter se cognatos alteram præbere recensionem sæpe, quamuis non semper, codicis O archetypo inferiorem. unde mihi quidem sequi uidetur tomum antiquitus collectionibus Actorum Ephesinorum non infuisse, sicut ne Vaticanæ quidem uel Seguierianæ inest, sed postea in hanc uel illam ex ista recensione ACPV esse intrusam. ex codice editus est bis, primo a. 1528 a Sichardo in Antidoto contra diuersas fere omnium sæculorum hæreses, deinde a Vincentio Riccardo Romæ 1630. hic Vaticanum codicem adhibuit, ille gemellum codicis Atheniensis. eius enim plurimæ lectiones singulares in Sichardi editione redeunt: p. 190, 31 ἄλλος: ἄλλοσ θ̄ CPV; p. 191, 21: λόγου: θ̄ λόγου CPV; ibid. ἐνὸς δὲ ὄντος τοῦ: ἐνός τε ὄντος τοῦ τε PV ἐνός ὄντος τοῦ τε C; p. 192, 20 ἀμαρτημάτων τὸν κόσμον: τὸν κόσμον ἀμαρτημάτων CPV; p. 192, 24 τῆς γῆς: γῆσ CPV; p. 192, 24/25 ἀνθρώποις: τοῖσ ἀνοῖσ CPV; p. 192, 34 ὁ χριστός: χ̄σ CPV; p. 193, 19 δὲ τόκου: τε τόκου CPV. sunt tamen paucæ codicis A lectiones quæ in Sichardi editione non inueniuntur: p. 192, 13 ἡ ἀκρόπολις A: ἀκρόπολις CPV Sich.; p. 192, 15 αὐτὸν A: ἐαυτὸν Sich. ἐαυτὸν CPV; p. 193, 16 τεκούση A: τικτούσι Sich. τικτούση CPV; p. 193, 32 φριπτέσθωσαν A: φριπτέτωσαν CPV Sich.

Dionysium monachum tomi Procli uersionem latinam euulgasse, postquam Iohannes papa II fidei formulas ab Iustiniano propositas litteris recepit d. 25. Mart. a. 534 datis, supra [p. xvii] exposui. uersionis codices sunt nr. 341 bibliothecæ Parisinæ Armamentarii pars tertia, quam descripsi in appendice libelli *Concilstud. II* [*Schrift. d. Strassb. Wiss. Gesellsch. XX*], nr. 16331 bibliothecæ Parisinæ Nationalis, quem accurate me alio loco descripturum esse promitto — ipsum enim non uidi phototypis tantum foliorum quibus uersio Dionysii continetur, usus atque notationes inuentarii parcissimæ sunt —, denique codex a Sichardo adhibitus.

Versionem syriacam [S] ex codice Mus. Brit. Add. 14557 Bedjan publicauit in appendice editionis libri Heraclidæ; ibi [p. 594—596] præmissus est libellus Armeniorum cui Proclus tomo respondit. quem, quoniam nusquam alibi seruatus est, hoc loco propono a me Græce uersum:

Ἀντίγραφον λιβέλλου δοθέντος παρὰ ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ὄντων ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ Πρόκλῳ ἐπισκόπῳ πιστῶι Κωνσταντινουπόλεως περὶ τῶν Θεοδώρου Μοψουεστίας βιβλίῳ

Τῶι ἀγιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας Πρόκλῳ παρὰ Λεοντίου καὶ Ἀβελ²⁾ πρεσβυτέρων τῆς Μεγάλῃς Ἀρμενίας καὶ τῶν μετ' ἡμῶν ἀδελφῶν. Ἡμεῖς μὲν, ὦ ἀγιώτατε, κατὰ τὴν τῶν πατέρων παράδοσιν τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν Νικαίᾳ πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθὴν ὁμολογίαν· ἐπεὶ δὲ τινὲς τῶν Ἀνατολικῶν πρὸς ἡμᾶς παραγενόμενοι ἠβουλήθησαν ἡμᾶς ταράξαι ὡς ἀνθρώπους ἀπλοῦς, φέροντες μετ' αὐτῶν Θεοδώρου συγγράμματα τοῦ γενομένου Μοψουεστίας

¹⁾ De hoc codice egit J. Remy in *Rev. de l'instr. publ. en Belgique* 55.

²⁾ Cf. Innocent. Maron. ep. p. 68, 19.

ἐπισκόπου, ὃς καθὰ ἐμάθομεν παρὰ γραμμάτων τοῦ ἀγιωτάτου Ῥαββούλα ἐπισκόπου Ἐδέσσης καὶ Ἀκακίου Μελιτηνῆς ἀκριβῶς διδασκάντων διαφθείρας ἦν καὶ συγχέας τὴν ἀσύγχυτον πίστιν, ἔνιοι δὲ ἀπὸ Κιλικίας πρὸς ἡμᾶς ἐλθόντες ἐμέμψαντο τῷ ἀγιωτάτῳ Ἀκακίῳ ἐπισκόπῳ Μελιτηνῆς καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ Ῥαββούλῳ ἐπισκόπῳ Ἐδέσσης λέγοντες δι' ἔχθραν καὶ μῖσος αὐτοὺς παραιτῆσαι τὰ Θεοδώρου βιβλία, διὰ τοῦτο ἅπασιν τοῖς ἀγιωτάτοις ἐπισκόποις ἔδοξε παρὰ τῆς θεοφιλείας σου μετὰ πολλῆς βουλεύσεως καὶ φροντίδος ἡμᾶς ἐνθάδε πεμφθέντας ἀκριβῶς πυθέσθαι εἰ ἐκεῖνα τὰ συγγράμματα καὶ τὰ ἐκ τῶν συνταγμάτων ὄντως εἶη διεστραμμένα¹⁾. δεόμεθα τοίνυν σου ἵν' ἡμᾶς ἀξιώσης γραμμάτων ἐξ ὧν ἡμεῖς καὶ οἱ πέμψαντες μαθησόμεθα εἰ συγκαταθέσθαι χρή τοῖς ἀπὸ Κιλικίας παραγενομένοις καὶ ἐνεγκοῦσι τὰ Θεοδώρου συγγράμματα ἢ τοῖς τῶν ἀγιωτάτων Ῥαββούλα καὶ Ἀκακίου ἐπισκόπων γράμμασι προσέχειν τὸν νοῦν. προσέτι δὲ καὶ ἀντίγραφον τῶν Θεοδώρου συνταγμάτων ἔχομεν μετὰ χεῖρας, ὃ δεόμεθα σου ἵν' ἴδης εἰ ἀρέσκει τὸ ἐν αὐτῷ γεγραμμένον, ἵνα κατὰ τὸ δόξαν τῆι ἀγιότητί σου ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ παιδιά τὰ ἐν Μεγάλῃ Ἀρμενίᾳ, πᾶς ὁ τῆς ἀγίας ἐκκλησίας λαός, κατηχηθῶσι τὴν πίστιν τὴν ἐκ παραδόσεως βεβαίως παρὰ Ῥωμαίοις ἐκτεθείσαν καὶ ἔτι χάριτι θεοῦ καὶ οἱ ἐλθόντες πρὸς τὸ πλανῆσαι ἡμᾶς ἐκ Κιλικίας διὰ τῶν τῆς πίστεώς σου γραμμάτων ἐπανορθωθέντες ἀπὸ ἐκείνου τοῦ ἀνατροπέως ἀποστρέψωνται καὶ τῆι ἀποστολικῇ πίστει τῆι διωρισμένῃ παρὰ τῶν τριακοσίων καὶ δέκα ὀκτῶ πατέρων μετὰ κρίσεως προστεθῶσι καὶ αὐτοί' ἦν καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν, ἵν' ἐκείνην ἔχοντες ἐν μιᾷ διανοίᾳ καὶ μιᾷ ὁμοφροσύνῃ ὡς ἀληθῶς ἀδελφοὶ καὶ μέλη σώματος πολιτευσώμεθα μετὰ πάσης εἰρήνης μετ' ἀλλήλων καὶ μήτε διαταρασσώμεθα καὶ (μετὰ) τῶν ἐναντίων δοκούντων ἐν ὁμονοίᾳ γενώμεθα ὁμολογοῦντες ἓνα κύριον καὶ μίαν πίστιν ἀληθῆ βεβαιωθείσαν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν. μεμνήμεθα τῆς θεοσεβείας σου.

Præclare hoc documento Tillemontii coniectura confirmatur qua illum libellum qui in Actis synodi quintæ loco ex tomo excerpto præmittitur, eum esse negavit, cui Proclus responderet; cf. *Mémoires* 14, 791 et *Concilstud.* 2, 27.

Hanc tomi uersionem syriacam, non ipsum exemplar Græcum fœde Acephali interpolauerunt [Σ], quorum ut rationes paterent, grauissimas mutationes Græce uersas textui supposui: talia enim Græce rectius uerti quam Latine non negant nisi et rerum et linguarum imperiti. quam practerea in codice Add. Mus. Brit. 12156 uersionem extare a Σ diuersam testatur Wrightii catalogus p. 644, ea nondum in lucem emissa est.

8. De Iohannis papæ II epistulæ codicibus

Finem facit epistula quam Iohannes papa II paulo postquam litteras [Coll. Auell. 84] d. 25. m. Mart. 534 ad Iustinianum dedit, ad uiros illustres destinauit, quos senatores Romanos et in comitatu regis Athalarici Rauennæ fuisse docte Usener [Comment. in honorem Mommseni p. 765 sq. = *Kl. Schr.* IIII 151 sq.] demonstrauit. illi enim cum ægre ferrent quod papa et rege et se ipsis insciis cum imperatore tractauisset, ab illo postularunt ut quæ ad Iustinianum scripsisset, secum communicaret. qui uerbis et argumentis admodum contortis se excusauit; se olim paginale alloquium ad illos dirigere uoluisse, ubi primum dogma a cuncta ecclesia acceptum esset, sed dogmatis exemplar nondum omnibus locis scripturarum munitum esse et exemplaria epistulæ ad imperatorem destinatæ prius transcribi non potuisse. iam uero postquam se epistulam et dogma mittere iussissent, se non ea quidem ipsa, tamen breuiarium quoddam eorum ad illos destinare.

Epistulam præter Sichardi editionem in duobus codicibus inueni, nr. 351 bibliothecæ Parisinæ Armamentarii inter Augustini et Ambrosii scripta et altero satis antiquo,

¹⁾ Cf. *Innoc.* p. 68, 13sq.

Montepessulano 308, quem quoniam uiri qui bibliothecæ celeberrimæ illius ordinis medicorum præsent, qua solent liberalitate Friburgiam miserunt, accurate describere possum. quod eo libentius faciam, quo codex ex eo genere librorum est parum noto, quo collectiones libellorum fidei siue excerptorum ad fidem pertinentium continentur.

Codex olim fuit monasterii cuiusdam oppidi Lingonum [*Langres*], tum in bibliothecam Buherianam Diuionem translatus, inde sicut plurimi codices a Buheriis collecti ad ordinem medicorum Montepessulanum perucnit. continet post primam paginam difficilem lectu et excerptis quibusdam impletam ab ipsa codicis collectione alienis

f. 1^u. sine titulo Ambrosii ad Gratianum de fide libros II priores, inc. *Regina austri uenit audire sapientiam.* des. *fidei suæ tropea mereatur.*

f. 28^r. INCIPIT DE INCARNATIONE DNI. LIBER SCI AMBROSII. Inc. *Debitum curo soluendum.* des. *per omnia penetrans spirituum intellegibilium.* EXPLICIT LIBER SCI AMBROSII DE INCARNATIONE DNI.

f. 41^u. SENTENTIAE SCI AMBROSII EPI DE FIDE. SVMPTAE EX LIBRIS EXPLANATIONIS EVGLII SECVNDVM LVCAM. Inc. *Nec quisquam putet nos potestatis.* des. *in xpo utique honoratur et caro.*

f. 69^u. OMELIA SCI AVG DE SYMBOLO ET DITATE ET OMNIPOTENTIA PATRIS. Inc. *Ostendimus fratres dilectissimi ut ur̄a certe dilectio recordatur.* des. *studium perficere dignetur cui est honor etc.* est t. V editionis Maurinæ appendicis sermo 237.

f. 70^u. ITEM EIVSDEM DE DNO NRO IHV XPO QVOD ABSQVE INITIO SIT CV PATRE SECVNDV DITATE QVI SCDM HOMINE NOBIS A CERTO INITIO NATVS EX VIRGINE EST. Inc. *Huc usque fratres dilectissimi de dō patre in quem creditis.* des. *gratia sua adiutos dignetur adducere. cui est gloria etc.* ibid. sermo 238.

f. 72^u. ITEM EIVSDEM DE SYMBOLO ET DE SPV SCO QVOD EIVSDEM SIT SVBSTANTIAE ATQVE DITATIS CVIVS E PAT ET FILIUS. Inc. *Ordinem symboli fr̄s dilectissimi in quo totius fidei.* des. *unum dñm esse dicamus. cui est honor etc.* ibid. sermo 239.

f. 74^r. ITEM EIVSDEM DE EO QVOD NEOFYTIS EX OLEO SCO AVRES A SACERDOTIBVS ET NARES INLINIVTVR. Inc. *Omnis quidem dī sermo fr̄s k̄r̄m̄.* des. *ex ur̄a uita sc̄itate conscendat per dñm etc.* t. VI p. 1207 Migne.

f. 76^r. ITEM EIVSDEM DE MYSTERIO ET SCITATE BAPTISMATIS. Inc. *Promisimus primo tractatu.* des. *non uult mundatos iterum sordidari. huic gloria etc.* t. VI p. 1209 Migne.

f. 78^r. ITEM EIVSDEM DE VNCTIONE CAPITIS ET DE PEDIBVS LAVANDIS. Inc. *Huc usque de mysteriis locuti sumus.* des. *dō adiuuante uos in sc̄is operibus ipsius dñi nri ihu xpi gratia cui ē gloria etc.* t. VI p. 1211 Migne.

f. 80^r. SCI AVGVSTINI AMMONITIO AD INFANTES AD ALTARE DE SACRAMENTO. Inc. *Hoc quod uidetis in altare dī.* des. *non mysterium accipit pro se sed testimonium contra se.* Augustin. sermo 272, qui adfertur a Fulgentio in ep. ad Ferrandum I [12] = Gallandi, bibl. patr. t. XI 325.

f. 80^u. HIC SVBIVNGVNTUR VERBA SCI FVLGENTII AD CONSVLTA FERRANDI DIACONI. Inc. *Arbitror sc̄e frater disputationem nostram* des. *sacramentum significat inuenitur. ora pro nobis semper uegetatus fortis sc̄e in xpo et uenris fr.* Fulgent. l. c. p. 326.

TRACTATVS SCI AVGVSTINI EPISCOPI DE SIMBOLO. Inc. *Pro modulo etatis rudimentorumque nostrorum* des. *eius confessione tamquam signo dato xpianus fidelis agnoscitur.* Augustini sermo 214.

f. 85^r. INCIPIVNT FIDEI CATHOLICAE INSTRVMENTA EXCERPTA DE LIBRIS SCI FVLGENTII EPI ET CONFESSORIS CONTRA GESTA QVAE ADVERSVS EVM FABIANVS HERETICVS FALSA CONFIXIT. Inc. *Mirror autem cum ex illis nominibus.* des. *hacc igitur et his*

similia si recte cogitaueris rectam fidem de sc̄o sp̄u mox habebis. edidit ex hoc ipso codice P. F. Chifflet in libro *Scriptores v ueteres de Fide Catholica* a. 1656.

f. 138^r. *Leo ep̄s flauiano ep̄o constantinopolitano. lectis dilectionis tuæ = ep. 28.*

f. 142^r. ITEM EPLA PAPAE LEONIS AD IULIANVM EP̄M COENSEM. *Dilectissimo fr̄i iuliano leo. Licet per nostros = ep. 35.*

f. 143^u. EPLA SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS AD FAVSTVM MARTIANVM ET RELICOS ARCHIMANDRITAS CONSTANTINOPOLIS. *Dilectissimis filiis fausto et marciano et reliquis archimandritis leo ep̄s. Cum propter causam fidei = ep. 32.*

f. 144^r. SCISSIMI ARCHIEPI ROMAE LEONIS EPLA SCRIPTA AD SECVNDVM CONCILIŪ EPHESENŪ CONTRA EVTHYCN; QVAE PERDVCTA QVIDEM EST, OCCVLTA VERO PRO EO QVOD NON FVERIT CCESSA PVBLICARI EP̄S A DIOSCORO. *Religiosa clementissimi principis fides = ep. 33.*

f. 145^r. EPLA PETRI EPI RAVENNATIS AD EVTHYCN PRBM SCRIPTA. *Dilectissimo et honore digno filio euthyci pr̄bo petrus ep̄s rauennæ. Tristes litteras tuas = nr. 25 inter epistulas Leonis.*

f. 145^u. RESCRIPTVM DE FIDE FACTŪ MANV PROPRIA FLAVIANI ARCHIEPI CONSTANTINOPOLITANI DATŪ AB EO POSCENTI IMP. *Flavianus ep̄s constantinopolitanus piissimo et amatori xpi imp̄ri nro theodosio salutē. Nihil ita conuenit. L IIII 15.*

f. 146^r. DEFINITIO FIDEI CATHOLICE SYNODI CALCHEDONENSIS DCXXX PATRV. *Sc̄a et magna et uniuersalis synodus — subter annexa. Dñs n̄bt et saluator ihs xp̄s notitiam fidei. est uersio Rustici.*

f. 148^r. ITEM EIVSDEM CONCILII. Inc. *Dixit fides credo in unū d̄m patrē omp̄m et in ihm xp̄m filiū dī. des. gregorii ad cledonium epistulā ubique proferimus; et quid oportet plura dicere. excerptum ex allocutione synodi Chalcedonensis ad imperatorem Marcianum. L IIII 821—825.*

f. 149^u. ITEM. Inc. *Dolose proposuit eutyches synodum sc̄orū patrū quæ in nichæa facta est. des. sc̄i patres autem qui post ipsos fuerunt explanauer dicentes de sp̄u sc̄o et maria uirgine. excerptum est ex prima actione synodi Chalcedonensis L IIII 135.*

f. 150^r. EX EODEM CONCILIO. Inc. *Exemplar expositionis symboli quam eos qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia aut ex aliquo uolunt heretico errore ad ueritatem conuerti doceri et confiteri oportet. credimus in unum deum patrem sempiternum. des. resuscitans eum a mortuis. hæc est ecclesiasticorum dogmatum doctrina et omnis qui his contraria sapit. anathema sit; omnis qui salutarem penitentiam non suscipit. anathema sit; omnis qui non celebrat sc̄m diem paschæ secundum sc̄æ catholicæ ecclesiæ statuta. anathema sit. hanc doctrinam a gestis Chalcedonensibus alienam esse constat; unde tamen desumpta sit, nondum inueni.*

f. 150^u—152^u. 161^r—162^u. SYNODVS CCRVM EPISCOPORVM *habita aduersus nestorium constantinopolitanum episcopum; Qui purū hominem ex sc̄a uirgine maria natum asseruit, ut aliā personam faceret carnis. aliam dītatis; Nec unum xp̄m in uerbo dī et carne sentiret. sed separatim atque seiunctim. alterum filium dī. alterum hominis prædicaret. Conuenit autem hæc synodus theodosio iuniore ter decies et ualentiniano ter consulibus era ccccxviii; Cui synodo præsedit beatissimus quondam cyrillus alexandriæ ep̄s qui cum omni concilio ad eundem nestorium hæc synodalia decreta transmisit. Credimus in unum d̄m, sequitur symbolum Nicænum. Sequentes itaque per omnia sc̄orum patrum confessiones. est Cyrilli epistulæ synodalis ad Nestorium et xii capitulorum uersio quæ falso dicitur Marii Mercatoris [p. 360 sq. Baluze] ex collectione Hispana siue Hadriana desumpta; subscripta est EXPLICIT EPLA CYRILLI EPISCOPI DIRECTA AD NESTORIVM CVM CAPITVLIS XII SVBDITIS.*

f. 162^u. ITEM EX EPLA EIVSDEM AD SVCESSVM EPM ISAVRIAE DIOCAESARIENSIS. Inc. *Quia uero in ipso commonitorio tuo. des. neque scorū patrum quisquam sensit aut docuit neque nos ita sentimus.* est excerptum ex Dionysii exigui uersione epistolae prioris Cyrilli ad Successum [Antidot. adu. hæres. Basileæ 1528 f. 171^u sq.].

f. 163^u. EX EPLA SCISSIMI IULII QVONDĀ EPI ROMANI AD PROSDICIVM. *Prædicatur uero ad supplementum* etc.

EX EPLA FELICIS EPI ROMANI ET MARTIRIS AD MAXIMIANVM EPM ET CLERICOS ALEXANDRIAE. *De incarnatione uero uerbi* etc.

SCISSIMI GREGORII MAIORIS EPI NANZANZENI EX EPLA AD CLEDONIVM. *Nec decipiant homines neque decipiantur.* sunt excerpta ex testimoniis aduersum Nestorium in prima synodi Ephesinæ actione prolatis, desumpta ex uersione Actorum Chalcedonensium L IIII 287. 288. 289.

f. 164^r. EX CONCILIO CALCHID. *Hilarus diac romanus interpretante eum florentio epo lyddæ d(ixit): Gloriosissimi et xpianissimi nr̄i im̄pr — quas suscipere et recenseri præcipite.* est excerptum ex synodi Ephesinæ alterius gestis, ex uersione Actorum Chalcedonensium desumptum. L IIII 122.

f. 164^u. *Agatho papa ex rogatu constantini heraclii et tiberii principium [sic] piissimorum — sexta hæc de qua in presenti diximus.* est præmium historicum de sexta synodo nescio unde desumptum.

f. 165^r—168^u. 153^r—154^u. DEFINITIO ORTHODOXAE FIDEI QVAE CONSTIVTA EST IN SCĀ ET VNIVERSALI SEXTA SYNODO CONSTANTINOPOLI IN PALATIO QVI APPELLATVR TRVLLVS. Inc. *Scā magna et uniuersalis synodus — decreuit quæ habentur in subditis. Vnigenitus dī patrisque filius et uerbum qui per omnia similis nobis — si autem monachi fuerunt uel layci, etiam anathematizari eos. Credimus in patrem et filium et sp̄m sc̄m trinitatem in unitate.* des. *et quos refutarunt atque anathematizār anathematizamus.* excerpta sunt ex sextæ synodi definitione [L VI 1020—1028] et ex edicto Constantini imperatoris de hac ipsa synodo [L VI 1088—1096].

f. 154^u—160^u. 169^r—169^u. INCIPIT DE DVABVS NATVRIS VNVS DN̄I NR̄I IHV XPI SCI GELASI PAPAE ROMANI CONTRA EVTHICIANISTAS ET NESTORIANISTAS. Inc. *Necessarium fuit ut quia multos.* des. *recensita testantur in subditis.* EXPLICIT LIBER DE DVABVS NATVRIS DN̄I NR̄I IHV XPI. est tractatus Gelasii de duabus naturis [Epist. pontt. ed. Thiel p. 530 sq.], quem primus edidit Sichardus in Antidot. adu. hær. f. 230^u sq. desunt in codice testimonia quæ Gelasius libro subiunxit.

f. 169^u. *Presbyteris diaconibus archimandritis et cuncto ordini et plebi per illiricum et dardaniam et utramque daciam constitutis. symmachus eps urbis romæ. Quod plebi cupimus fieri.* des. *custodiat fr̄s krm̄i.* EXPLICIT = Coll. Auell. 104. codicem non nouerat Guentherus.

f. 171^r. INCIPIT EPLA PAPAE SYMMACHI AD ANASTASIVM IMPERATOREM. Inc. *Ad augustæ memoriæ gratianum.* des. *persequi qui est prauitatis immunis.* EXPLICIT. est ep. Symmachi 10 [p. 700 Thiel].

f. 174^r. INCIPIT EPISTOLA CONSOLATORIA DATA AB ANTONINO EPO CONSTANTINENSI AD ARCADIVM PRO FIDE ORTHODOXA IN EXILIVM TRVSVM A GENSIRICO REGE VANDALORVM. Inc. *Perge fidelis anima perge.* des. *quæcūque cōmittere potuisti peccata.* epistolam primus edidit Sichardus in Antid. adu. hær. f. 241^r sq.

f. 176^r. Inscriptio detrita est; sequitur epistula Iohannis papæ quam edidi.

f. 177^u. Inscriptio præter EPLA detrita est. Inc. *Gregorius quirico epo et ceteris in hiberia [sic] catholicis epis. Quos diuidunt loca.* des. DAT DIE. . KL IVL INDICT. . . Gregor. ep. xi 52 [JK 1844]. plurima detrita et lectu difficilia sunt.

f. 178^u. FIDES $\overline{\text{SCI}}$ PELAGII PAPAE. Inc. *Credimus in unum $\overline{\text{dm}}$ patrē.* des. *$\overline{\text{sca}}$ et uni $\overline{\text{uersalis}}$ ecclā $\overline{\text{di}}$.* edidit hanc confessionem Pitra in Spicileg. Solesm. 4 p. XII sq. ex codice Vossiano q. 122; quam ineptis ampullis demonstrabat coniecturam hæc a Vigilio conscripta esse et infeliciter probarunt editores regestorum Jaffeanorum [nr. 908], ea coicis Montepessulani inscriptione refutatur. continuatio quæ illic extat [p. xv], inde a uerbis *Secundum igitur ipsius domini doctrinam* deest in Montepessulano. composita est hæc confessio ex Pelagii I epistulis XVI [JK 946] et VII [938].

f. 180^r. EXEMPLAR PRECVM [litteris detritis fere totis]. Inc. *imperator* ex do *aug* et *principi iustino xpianissimo* — *prouinciæ siricæ. haurite aquas.* des. *et. .publice disciplina.* Coll. Auell. 232^a. codicis a Guenthero non adhibiti usus non magnus est; fere omnia enim perierunt.

fol. 181^r. HORMISDA IVSTINO AVG [litteris detritis fere totis]. Inc. *quæ ad unitatem ecclē pertinentia.* finis periit. Coll. Auell. 236.

Restat ut omnibus bibliothecarum præfectis hoc loco debitas gratias agam, qui me uel ipsis codicibus uel phototypis missis liberaliter adiuuerunt, præcipue uero Aemilio Iacobs amico Friburgensi cuius doctrinæ operæque plurimum me debere libenti animo profiteor.

Argentorati, mense Iunio a. XIII h. s.

E. Schwartz

IOHANNIS MAXENTII LIBELLI

L = Codex Laudianus miscell. 580 bibliothecae Bodleianae s. VIII.

f. 2^r INCIPIT LIBELLVS FIDEI OBLATVS LEGATIS APOSTOLICAE SEDIS CONSTANTINOPOLIM
 QVEM ACCIPERE NOLVERVNT SVSCEPTVS EST VERO ROMAE A BEATO PAPA HORMISDA ET
 IN CONVENTV EPISCOPORVM SIVE TOTIVS ECCLESIAE NEC NON ETIAM OMNIVM SENATORVM
 LECTVS CATHOLICVS EST PER OMNIA ADPROBATVS

Migne PG
 86,75

1 Dominis uiris beatissimis Germano et Iohanni episcopis, Felici et Dioscoro dia- 5
 conis, Blando presbytero et universae legationi apostolicae sedis libellus ab exiguo
 Maxentio et omnium qui mecum sunt. Quoniam nonnulli uidentes nos contra eos
 76 qui inimico proposito uenerabilis Chalcedonensis concilii fidem nituntur euertere, patrum
 proferre sententias et nouis prauorum argumentationibus uerbis catholicis obuiare,
 augmentum aliquod nos in fide facere iudicant aut certe contra statuta uenire concilii, 10
 necessario credidimus probabilibus documentis hanc inconuenientem ab eorum animis
 77 expurgare opinionem, docentes nullatenus esse contrarium, si ex eorum patrum sen-
 tentiis quos ipsa recepit synodus, falsam docuerimus hæreticorum esse sententiam, qua
 eam quasi contraria atque inconuenientia docere his quæ ante se fuerunt conciliis temp-
 tant adstruere. 15

2 Et primo quidem catholicam fidem augmentum aliquod posse recipere inprobum
 est credere, quia cum sit perfecta et plena in omnibus, augmentum recipere non potest;
 hoc enim sine dubio augmentum recipit, quod imperfectum est. si autem non de intelle-
 gentia fidei, sed de uerbis agitur, hoc non est semper contrarium, quia aliquando ex-
 planationem fidei uerborum facit adiectio, aliquando corruptionem, quod non augmen- 20
 f. 24 tum, | sed detrimentum est potius fidei. quapropter tunc adiectio uerborum uerenda
 est, quando non explanationem, sed corruptionem aut contrarietatem fidei operatur.
 3 quod si omnis adiectio uerborum catholicæ fidei noxia creditur, cur beatus Cyrillus,
 ad destruendam Nestorii impiam interpretationem sancti symboli in concilio Efeseno
 tam multas sanctorum patrum sententias proferens, nullum reprehensionis dignum 25
 4 fecisse augmentum creditur? quod si ideo augmentum fecisse non creditur, quia
 non in ipso sancti symboli mathemate ipsas sanctorum patrum sententias inseruit,
 sed eas extrinsecus proferens sincerissimum sensum eiusdem sancti symboli reddidit
 manifestum, æque ergo eos et de nostra paruitate conuenit iudicare, qui non in ipso
 termino uenerabilis Chalcedonensis concilii inserimus patrum sententias, sed eas ex- 30
 trinsecus contra inimicos pro ipsius defensione proferimus. sic denique beatus papa
 Leo etiam (post) definitionem eiusdem concilii coactus est, diuersorum patrum sen-
 tentiis per illa quæ dicuntur ENCYCLIA, contradicentium ora obstruere et prauorum
 nouas adinventiones atque calumnias dissipare. quorum etiam nos exempla sequentes,

L III 507 sq. =
 M III 1184 sq.

Primus edidit Iohannes Cochlaeus post Fulgentii aliqua scripta Hagenuisae a. 1520

1 LEGATVS L 3 seruatorum L 5 iohanne L 6 brō L 8 nitur L
 14 his qui L 21 fides L 25 multa L 26 fecisse¹] fecis L 32 post add. Cochlaeus

his qui errorem propriæ impietatis quasi ex auctoritate synodi confirmare nituntur et uerba simpliciter atque integre a sanctis patribus edita ad suam prauitatem conantur retorquere, compulsi sumus sanctorum uirorum probatissimorumque doctorum sententiis armati occurrere et impias assertiones eorum per dei gratiam refutare, euidenter argu-
 5 entes eos a fide sanctorum patrum eiusdemque concilii esse penitus alienos. quid enim? contra synodum et non magis pro synodo est, si contra inimicos Chalcedonensis f. 37
 concilii, qui eam contra sanctorum patrum fidem uenisse calumniantur, sanctorum uirorum, qui ante ipsam in ecclesia claruerunt, sententias proferentes docuerimus nihil nouum aut sanctorum patrum fidei contrarium a memorato fuisse concilio statutum? præsertim cum incipientes beatissimi patres qui in ipsa synodo conuenerunt, sensum
 L IIII 566^c = M VII 116^a 6 propriæ fidei explanare, ita de se manifesta uoce testentur, dicentes: »Sequentes igitur 78
 et nos sanctissimos patres, confitemur« et cetera. qui autem retractationem concilii esse iudicant contra hæreticorum nouas adinventiones quippiam ex libris proferre sanctorum (uirorum) aut id quod conuenienti ratione collectum fuerit, primo arguant beatum Cyrillum, qui, sicut superius edocuimus, perfecto et firmo sanctorum patrum manente
 15 symbolo ad destruendam impiam interpretationem Nestorii diuersorum patrum sententias protulit, et beatum Leonem, qui similiter sanctorum patrum testimoniis statuta uenerabilis Chalcedonensis synodi cum fide patrum conuenire docuit, et tum demum nos quasi retractatores concilii arguere poterunt, qui per sanctorum patrum bene pro-
 7 latas sententias refellimus hæreticorum fallaciam. nemo enim recte reprehenditur 20 retractare synodum, nisi qui de ipsius statutis iudicans, non pro ipsa, sed contra ipsam patrum proferre temptat sententias, sicut hæretici faciunt. qui autem non contra ipsam, sed pro ipsa patrum sententias proferunt, defensores sunt, non retractatores concilii. frustra ergo omnino nos synodum retractare arguunt, quos uident non
 L IIII 567^c = M VII 116^d 21 contra ipsam sed pro ipsa patrum proferre sententias, quia synodus alteram fidem | aut 25 f. 39
 mathema præter sanctorum patrum tradere his qui ad catholicam fidem confugiunt, prohibuit, non autem hæreticorum prauitati aut eis qui sensum eius moliuntur corrum-
 8 pere, rationabilibus documentis uetuit obuiare. unde superfluum est etiam illud quod nobis obicitur quia quod synodus non dicit, nullatenus dici debere, quia multa sunt quæ non dicuntur a synodo nec in ulla scriptura canonica, et tamen cum ratio 30
 postulauerit, ea nullatenus proferre ambigimus, sicut est trinitas aut cum de patre dicimus quia ingenitus est, et alia plura. nec enim in rebus considerandum est,
 de trin. 5, 7 sicut dicit beatissimus Augustinus, quid uel sinat uel non sinat dici usus sermonis
 9 nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat.

His ita se habentibus, beatissimi, ad expurgandam et auferendam ab omnium 35
 animis suspicionem, sicut iam superius præfati sumus, nunc iam qualiter de incarnatione tantum dominica sentiamus siue quid de gratia dei, non qua creamur, sed de ea qua recreamur, sapiamus, necessario uobis credidimus facere manifestum, quia nulla nobis est nunc de filii dei diuinitate, qua constat et unitus est patri et spiritui sancto, dubietas. si quid ergo in hac satisfactione fidei nostra contrarium catholicæ fidei 40
 aut sanctorum patrum traditionibus uestra sanctitas iudicauerit, instruere et emendare
 10 dignetur; si autem conuenientem, propria auctoritate firmare.

Igitur sequentes in omnibus fidem sanctorum patrum, confitemur unum eun- 79
 demque filium dei dominum nostrum Iesum Christum, perfectum eundem in diuinitate,

43—3,11 desumpta sunt ex symbolo Chalcedonensi

11 dicentur L

14 uirorum add. Schw

24 synodo L

35 hantibus L

expurgandam Schw expugnandam I.

perfectum eundem in humanitate, deum uerum et hominem uerum eundem ex anima
 f. 4^r rationali et corpore, omousion | patri secundum diuinitatem, omousion nobis eundem
 secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante sæcula quidem
 a patre natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos
 et nostram salutem ex Maria uirgine (dei) genetrice secundum humanitatem, unum 5
 eundemque Christum filium dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse in-
 commutabiliter indiuisse inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturarum diuersitate
 propter unitatem perimenda, sed salua potius proprietate utriusque naturæ in una
 persona unaque subsistentia concurrente, non in duabus personis partiendum aut diui-
 dendum, sed unum eundemque filium unigenitum deum uerbum, dominum Iesum, sicut 10
 ab initio nobis prophetæ de eo et ipse nos Christus erudiuit et patrum tradidit symbolum.

11 Has igitur duas naturas dei uerbi domini nostri Iesu Christi, hoc est diuinitatis
 et humanitatis, naturaliter siue substantialiter secundum traditionem patrum credimus
 et confitemur unitas, eo quod natura inuiolabilis dei uerbi naturæ est unita passibili,
 beato Athanasio dicente: »uerbum caro, non caro uerbum factum est. uerbum 15 c. Apollin.
 autem caro factum dicitur, quia uerbi facta est caro et non alicuius hominis; hoc est,
 1, 10
 deus homo factus est et dicitur caro, ne prætereatis carnis nomen. cur ergo non
 80 sufficit uobis naturalis unio uerbi ad propriam carnem et quia deus homo factus est? «
 his congrue beatus Cyrillus ad Nestorium: »non enim«, inquit, »dicimus quod dei natura L III p. 318^d =
 conuersa aut inmutata facta sit caro, uel quod in totum hominem, qui est ex anima et 20 M III 888^c
 corpore, transformata sit, sed illud magis quod (cum) carnem animatam anima rationali sibi
 f. 4^u copulauerit uerbum substantialiter, ineffabiliter inconprehensibiliter | factus sit homo
 et nuncupatus sit filius hominis, nec nuda tantum uoluntate nec assumptione personæ,
 sed quod diuersæ quidem naturæ in unum conuenerint, unus tamen ex utraque Christus
 et filius, non euacuata aut sublata naturarum diuersitate propter unitionem.« 25

12 Horum igitur sanctorum patrum doctrinam sequentes, abominamur omnia eorum
 deliramenta qui filium filio copulatum aut dominum domino aut alterum inhabitantem
 in altero aut alterum alteri confitentur unitum secundum affectum aut gratiam aut
 dignitatem aut æqualem honorem siue auctoritatem aut secundum conuincationem
 aut concordiam aut inlustrationem, siue secundum inoperationem aut personalem 30
 factam credunt unitionem, beato Cyrillo in capitulo tertio contra Nestorium dicente: L III 407^d =
 »Si quis in uno Christo diuidit substantias post unitatem, sola eas societate conectens M III 108^{1c}
 secundum dignitatem aut auctoritatem aut potentiam, et non magis conuento ad
 unitatem naturalem, anathema sit.« similiter beatus Gregorius in epistola ad
 Clidonium: »Si quis«, inquit, »sicut in propheta secundum gratiam dicit inoperasse 35 ep. 101 p. 86
 deum uerbum et non substantialiter factam confitetur unitionem, sit uacuuus melioris
 13 inoperationis, magis autem et plenus deterioris.« unam uero duarum naturarum
 81 subsistentiam siue personam, quam nobis ueneranda Chalcedonensis synodus tradidit,
 nullius alterius nisi dei uerbi incarnati et hominis facti confitemur; propter quod
 nec illam sententiam quam quasi contrariam quidam synodo æstimant, id est unam 40
 naturam dei uerbi incarnatam auertimur, quia nihil aliud nisi unam subsistentiam
 siue personam in duabus naturis docet unitis. unde et beatus Flauianus huius
 f. 5^r urbis episcopus | in libello quod de fide sua Theodosio dedit imperatori, ad ex-
 cludendos eos qui sicut duas naturas, ita duas prædicant subsistentias, unam dei
 uerbi naturam incarnatam confiteri non dubitauit, dicens: »etenim ex duabus naturis 45 L III 164 =
 M VI 541^b

2 rationale L	5 dei add. Cochlaeus	genetricem L	7/8 diuersitatem — per-
imendam L	10 eundem L	21 cum add. Schw	rationale L
bitatem L	39 incarnatio L	40 synode L	27 inha-
		45 ex L Coll. c. Seuer.	34 év textus Graecus

Christum post incarnationem ex uirgine sancta siue post adsumptam naturam humanam in una subsistentia siue persona unum Christum, unum filium, unum dominum con-
14 fitemur, et unam quidem naturam dei uerbi incarnatam non rennuimus confiteri. « qua-
 propter impie quidam personam quidem homini, subsistentiam uero deo uerbo credunt
 a synodo deputatam, non quo nesciant apud synodum id ipsum esse subsistentiam **5**
 quod et personam, sed ne aperte uideantur duas subsistentias aut duas personas intro-
 ducere, hoc pessimo abutuntur argumento. nos autem unum et idem sentientes
 subsistentiam esse quod et personam, non dicimus trinitatem in Christo inhabitare,
 sicut Theodori Mampsuesteni et Nestorii sectatores, quasi quod extra trinitatem sit
 Christus; sed deum uerbum unigenitum filium patris, dominum nostrum Iesum Christum, **10**
 qui pro nobis passus est carne, unum de tribus subsistentiis unius deitatis credimus
15 esse. nec enim uerendi sunt hi qui nos reprehendere temptant, dicentes eo quod
 trinitatem diuidere est Christum dicere unum de trinitate, cum et ex trinitate et, quod
 amplius est, unus trium a beato dictum sit Augustino. denique in libro Enchiridii,
 dum ageret de id quod dictum est »natum deum uerbum ex spiritu sancto et Maria **15**
38 p. 211^f uirgine«, inter cetera ait: »sed cum illam creaturam quam uirgo concepit et peperit,
 quamuis ad solam filii personam pertinentem tota trinitas fecerit (neque enim separabilia
 sunt opera trinitatis), cur in ea facienda solus spiritus nominatus est? an et quando
16 unus trium in aliquo opere nominatur, uniuersa opera intellegitur trinitatis?« rursus f. **5^u**
2,16 p. 781^d in libro secundo De trinitate: »utrum«, inquit, »indiscrete deus apparuerit patribus **20**
 nostris, antequam Christus ueniret in carne, an aliqua ex trinitate persona an singillatim
2,19 p. 783^d quasi per uices appareat?« et iterum post pauca: »neque hic ergo«, inquit, »euidenter
 apparet utrum aliqua ex trinitate persona an dominus ipse trinitas, de quo dictum
 Mt. 4, **10** est: d o m i n u m d e u m t u u m a d o r a b i s, e t i l l i s o l i s e r u i e s, u i s u s e s t
 Abrahæ.« **25**

Sed his paulo manifestius beatus Proclus huius urbis episcopus, quem etiam **82**
 L IIII 826^c = ueneranda recepit synodus Chalcedonensis, ad Armenios, cum contra Theodori blas-
 M VII 464^d phemias, qui quaternitatem pro trinitate impie dogmatizauit, petitus ab ipsa gente
 scriberet eiusdemque blasphemias refutaret, de hac sententia est loquutus, dicens:
 »sed sciscitaris me fortassis illum nouicium uanumque sensum seu uaniloquium, dicens **80**
 quia qui confitetur eum qui crucifixus est, Christum deum, et patrem et spiritum sanctum
17 crucifixum confitetur, si una est trinitatis natura. ego autem e contrario obicio tibi
 et quæro: unus ex trinitate est qui crucifixus est, an alius aliquis extra trinitatem? et
 si quidem unus, solutum est iurgium; si autem alius aliquis, præter trinitatem quartus
 Ies. 6, **2. 3** est sine dubio gloriæ dominus et ab illa glorificatione qua Serafin glorificant, existit **85**
 extraneus. illa autem animalia trinitatem laudant et unitatem confitentur. hoc
 autem si non mendaciter docet uox illa, quomodo quartus quos non plasmauit, saluauit
 aut chirographum peccatorum destruxit in cruce, qui non habet potestatem peccata
18 dimittere, si non est secundum te deus?« et iterum post aliquanta: »si autem pro-

30—39 non extant in tomo graeco Procli ad Armenios, sed ex alia uersione afferuntur ab Innocentio Maronita in libello qui infra editur 26, ubi excerpto inscribitur EX LIBRO TERTIO DE FIDE

39—7,10. 7,11—16 ne haec quidem in tomo ad Armenios extant, sed habet ex alia uersione idem Innocentius [27], inscripta SANCTI PROCLI DE FIDE

3 incarnata L	4 quidam Cochlaeus quidem L	9 theothoriani psesteni L	trinitate L
18 spiritus sanctus Aug.	19 operari trinitas intellegitur Augustinus	22 appareat L om. Augustinus	
23 dominus L deus Augustinus	quo L quo uno deo Augustinus	24 est ² L fuerit Augustinus	
28 impie Cochlaeus pie L	33 extra trinitatem Cochlaeus cf. infra Innocent. 26, ex trinitate L		
33/34 et si — trinitatem in mg. add. L			

Christum post incarnationem ex uirgine sancta siue post adsumptam naturam humanam in una subsistentia siue persona unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur, et unam quidem naturam dei uerbi incarnatam non rennuimus confiteri. « quapropter impie quidam personam quidem homini, subsistentiam uero deo uerbo credunt a synodo deputatam, non quo nesciant apud synodum id ipsum esse subsistentiam quod et personam, sed ne aperte uideantur duas subsistentias aut duas personas introducere, hoc pessimo abutuntur argumento. nos autem unum et idem sentientes subsistentiam esse quod et personam, non dicimus trinitatem in Christo inhabitare, sicut Theodori Mampsuesteni et Nestorii sectatores, quasi quod extra trinitatem sit Christus; sed deum uerbum unigenitum filium patris, dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis passus est carne, unum de tribus subsistentiis unius deitatis credimus esse. nec enim uerendi sunt hi qui nos reprehendere temptant, dicentes eo quod trinitatem diuidere est Christum dicere unum de trinitate, cum et ex trinitate et, quod amplius est, unus trium a beato dictum sit Augustino. denique in libro Enchiridii, dum ageret de id quod dictum est »natum deum uerbum ex spiritu sancto et Maria uirgine«, inter cetera ait: »sed cum illam creaturam quam uirgo concepit et peperit, quamuis ad solam filii personam pertinentem tota trinitas fecerit (neque enim separabilia sunt opera trinitatis), cur in ea facienda solus spiritus nominatus est? an et quando unus trium in aliquo opere nominatur, uniuersa opera intellegitur trinitatis?« rursus f. 5^u in libro secundo De trinitate: »utrum«, inquit, »indiscrete deus apparuerit patribus nostris, antequam Christus ueniret in carne, an aliqua ex trinitate persona an singillatim quasi per uices appareat?« et iterum post pauca: »neque hic ergo«, inquit, »euidenter apparet utrum aliqua ex trinitate persona an dominus ipse trinitas, de quo dictum Mt. 4, 10 est: d o m i n u m d e u m t u u m a d o r a b i s, e t i l l i s o l i s e r u i e s, u i s u s e s t A b r a h a e.«

Sed his paulo manifestius beatus Proclus huius urbis episcopus, quem etiam ueneranda recepit synodus Chalcedonensis, ad Armenios, cum contra Theodori blasphemias, qui quaternitatem pro trinitate impie dogmatizauit, petitus ab ipsa gente scriberet eiusdemque blasphemias refutaret, de hac sententia est loquutus, dicens: »sed sciscitaris me fortassis illum nouicium uanumque sensum seu uaniloquium, dicens quia qui confitetur eum qui crucifixus est, Christum deum, et patrem et spiritum sanctum crucifixum confitetur, si una est trinitatis natura. ego autem e contrario obicio tibi et quaero: unus ex trinitate est qui crucifixus est, an alius aliquis extra trinitatem? et si quidem unus, solutum est iurgium; si autem alius aliquis, praeter trinitatem quartus est sine dubio gloriae dominus et ab illa glorificatione qua Serafin glorificant, existit extraneus. illa autem animalia trinitatem laudant et unitatem confitentur. hoc autem si non mendaciter docet uox illa, quomodo quartus quos non plasmauit, saluauit aut chirographum peccatorum destruxit in cruce, qui non habet potestatem peccata dimittere, si non est secundum te deus?« et iterum post aliquanta: »si autem pro-

30—39 non extant in tomo graeco Procli ad Armenios, sed ex alia uersione afferuntur ab Innocentio Maronita in libello qui infra editur 26, ubi excerpto inscribitur EX LIBRO TERTIO DE FIDE

39—7, 10. 7, 11—16 ne haec quidem in tomo ad Armenios extant, sed habet ex alia uersione idem Innocentius [27], inscripta SANCTI PROCLI DE FIDE

3 incarnata L	4 quidam Cochlaeus quidem L	9 theothoriani psesteni L	trinitate L
18 spiritus sanctus Aug.	19 operari trinitas intellegitur Augustinus	22 appareat L om. Augustinus	
23 dominus L deus Augustinus	quo L quo uno deo Augustinus	24 est ² L fuerit Augustinus	
28 impie Cochlaeus pie L	33 extra trinitatem Cochlaeus cf. infra Innocent. 26, ex trinitate L		
33/34 et si — trinitatem in mg. add. L			

f. 6^r *feras mihi*, inquit, »dicens quia qui confitetur crucifixum | deum filium, et patrem et spiritum crucifixum confitetur, super aquam scribis et super harenam ædificas. adtende igitur catholicæ fidei neruos et ablue inpudentiam tuam. quid enim est quod nos sapimus? in hac ipsa essentia qua constat et unicus est filius patri et spiritui, non dicimus eum passum, sed carne qua ex nobis et pro nobis est factus. non autem 5 alius est factus nisi unus de trinitate, et crucifixus est carne qua factus est, et non est passus diuinitate qua unicus est patri et spiritui, ut et ipsos concrucifixos dicamus. si autem diceremus eum diuinitate crucifixum, reuera in trinitate passionem induceremus. si autem dicimus quod in carne sua passiones uerbum suscepit, confitemur quia et 19 unus est de trinitate qui passus est, et trinitatis natura impassibilis mansit. « et iterum: 10 »si autem incarnatus«, inquit, »non esset passus, haberet fortassis rationem uersutissima obiectio; si autem incarnatus passus est, euidenter, quoniam causa incarnationis est crux, hoc crucifixum est quod incarnatum est. si autem quod incarnatum est, crucifixum est, pater autem et spiritus non est crucifixus, unus ergo de trinitate est crucifixus; diuinitatem uero, qua communicat patri et spiritui, seruauit impassibilem, carne autem, 15 20 qua ipse solus est factus, ipsa et solus idem ipse est passus.« quapropter, si quis hanc huius beatissimi patris super splendorem solis lucentem sententiam reprehendere audet, unam totius trinitatis subsistentiam, id est patris et filii et spiritus sancti, manifeste cum Sabellio credere deprehenditur, quia si secundum ipsos quicumque dixerit unum ex trinitate Christum, qui pro nobis est carne passus, diuisionem facere depre- 20 henditur trinitatis, ergo et quicumque deum ex deo dixerit, diuisionem efficit deitatis.

f. 6^v quod si deum ex deo dicere diuisionem non facit deitatis, | præsertim cum una sit deitas trinitatis, multo magis unum ex trinitate dicere diuisionem non facit trinitatis, quia non secundum id quod unus est deus et una deitas est trinitatis, sed secundum id quod 21 tres sunt, id est pater et Christus et spiritus sanctus, unus est Christus de trinitate, 25 qui pro nobis passus est carne. uerum, si uellent aduertere hi qui hanc totius ecclesiæ uocem et apostolicis traditionibus conuenientem temere audent reicere, quomodo unus deus trinitas, et quomodo deus ex deo et unus ex uno, nullatenus dubitarent dicere unum ex trinitate Christum, qui pro nobis passus est carne, quia si non trinitatem, quæ unus est deus, sed deum, qui substantialiter ex deo est, genuit secundum carnem 30 uirgo Maria, sine dubio unus ex trinitate est qui secundum carnem ex ipsa natus est. aut ergo confiteantur hi qui hanc uocem putant catholicæ fidei esse contrariam, deum qui est trinitas, natum ex femina; aut si hoc non audent dicere, dicant unde est deus qui de uirgine natus est, si non est de trinitate, cum præter trinitatem nullum alium deum agnoscant catholici. sed si eam uere et proprie dei crederent genetricem, utique 35 deum uerbum unum esse crederent de trinitate, quia non ex ea deus qui est trinitas, natus est. nam, cum apostolus Christum testetur super omnia deum, trinitas autem Rom 9, 5 unus est deus, non incongrue ab eis quæritur utrum trinitas Christus sit aut alter præter trinitatem deus Christus sit; aut forte etiam super trinitatem deus est Christus, quia super omnia eum deum testatur apostolus. quod si horum trium quodlibet dicere 40 est impium, restat ut unus de trinitate sit deus uerbum, qui de uirgine secundum carnem 22 natus est et, homo factus, passus est carne pro nobis. hinc est quod beatam uirginem

f. 7^r Mariam propter honorem tantum | hominis illius qui ex ipsa natus est, quem gratia, non natura deum confitentur, dei adserunt genetricem; nos autem uere et proprie eam dei genetricem credimus et confitemur, quia puerum illum quem ipsa peperit, natura 45 deum agnoscimus et per ipsum facta omnia, secundum beatum Cyrillum dicentem:

2 scribes L
25 est ² Schw dñ L

13/14 crucifixus L
27 reicere Schw resistere L

19 scabellio L
31 carne L

24 deitas est Schw deitatis L
41 testat L carne L

- Cyrril. Schol. 4 »homo nominatus est, cum sit natura deus dei patris uerbum, quia similiter ut nos
 Hebr. 2, 14 sanguini communicauit et carni. sic enim terrenis apparuit, non amittens quod erat,
 sed adsumendo humanitatis naturam in sua ratione perfectam.« et iterum in primo
 L III 407^d = capitulo contra Nestorium: »Si quis«, inquit, »non confitetur deum esse secundum
 M III 108^d ueritatem eum qui est Emmanuhel, et ob hoc ipsum dei genetricem sanctam uirginem; 5 84
 peperit enim carnaliter uerbum, quod ex deo est carne factum, secundum quod scriptum
 Ioh. 1, 14 est: uerbum caro factum est, anathema sit.«
- 23 Quapropter duas etiam natiuitates dei uerbi, unam ante sæcula a patre secundum
 diuinitatem, alteram uero in nouissimis temporibus secundum humanitatem a uirgine
 sancta confitemur, quia non alium matris, alium patris filium credimus, sed unum 10
 eundemque naturalem filium patris, naturalem filium matris agnoscimus, beato papa
 ep. 28 p. 805 Leone ad Flauianum dicente: »cum enim deus et omnipotens et pater creditur, con-
 sempiternus eidem filius demonstratur, in nullo a patre differens, quia de deo deus,
 de omnipotente omnipotens, de æterno natus est cœternus, non posterior tempore,
 non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia. idem uero sempi- 15
 terni genitoris unigenitus sempiternus natus est de spiritu sancto et Maria uirgine, quæ
 natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ | et sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed f. 7^u
 24 totum se reparando homini, qui erat deceptus, inpendit«. secundum huius beati patris
 sententiam deus factus Christus, non autem Christus deus factus docetur, sicut dicunt
 sectatores Theodori Mampsuesteni magistri Nestorii, qui per profectum Christum deum 20
 2 Cor. 8, 9 factum credunt, quia non cum esset pauper, diues factus est, sed cum diues esset, pauper
 Ps. 44, 7. 8 factus est, ut nos diuites faceret, sicut et psalmista testatur dicens: *sedes tua,*
deus, in sæculum sæculi, uirga æquitatis uirga regni tui.
dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit
te deus, deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. quo- 25
 modo autem deus ungi potuit aut habere consortes, nisi fieret homo? et ideo recte
 unius eiusdemque dei uerbi incarnati et hominis facti creduntur esse mirabilia et pas-
 siones, quia non est alter deus, alter homo, sed idem deus, idem homo, secundum illam
 ep. 28 p. 817 beati papæ Leonis sententiam dicentis quia »inpassibilis deus non est dedignatus fieri homo
 passibilis et immortalis mortis legibus subiacere«. his congruenter etiam beatus Cy- 30
 rillus contra Nestorium: »Si quis«, inquit, »non confitetur deum uerbum passum carne,
 M III 108^d crucifixum carne et mortem carne gustasse factumque primogenitum ex mortuis secun-
 dum quod est uita et uiuificat nos tamquam deus, anathema sit.«
- 26 Secundum horum igitur hunc omnium sanctorum patrum catholicum sensum
 suscipimus quattuor synodos, id est trecentorum decem et octo, et centum quinq- 35
 uaginta qui in hac urbe regia conuenerunt, et eam quæ in Efeso congregata est, cui præ-
 fuerunt Cælestinus et Cyrillus beatissimi patriarchæ, cum (secundum) omnia quæ ibi
 contra Nestorium siue contra quamlibet hæresim acta sunt, nec non etiam eam quam
 sequimur | et amplectimur, uenerandam synodum Chalcedonensem omniaque scripta f. 8^r 85
 patrum sanctorum, qui unum et idem secundum horum conciliorum definitiones sen- 40
 27 tierunt, anathematizamus omnes, si quis dubitat aut retractat aut imperfecta iudicat,
 aut qui ea a fide sanctorum patrum æstimat aliena. similiter igitur anathematizamus
 omnia scripta Theodori Mampsuesteni et Nestorii discipuli eius et omnes qui similiter
 illis sapiunt, his adicientes Eutychem, Dioscorum, Timotheum Aelurum, Petrum

1—3 locum inuenit E. Weigl Monacensis

1 nominatus *Cyrrillus* natus L 3 natura — perfecta L 29 dedignatus est homo esse *Leo*
 30 congruenter etiam *Schw* congruentiam L 33 uiuificat nos *Cochlæus* uiuificatos L 37 secundum
 add. *Schw* 44 ellurum L

Alexandrinum et Petrum Antiochenum et Acacium Constantinopolitanum cum omnibus sectatoribus eorum, successoribus, communicatoribus et complicibus, aut qui quacumque sorte eorum maculantur contagione aut memorias eorum celebrant qui in ipsa damnatione defuncti sunt, aut (ut) innocentes defendunt.

28 His ita se habentibus, beatissimi, nunc iam quid de gratia dei, non qua creamur, 5
sed de ea qua recreamur et renouamur, sentiamus, breuiter exponentes, sanctitati
uestrae necessario credidimus facere manifestum, eo quod etiam in hac parte inimici
gratiae dei, id est Pelagii et Cælestii sectatores nimium nobis infesti esse uidentur.
igitur confitemur rectum in omnibus a deo creatum Adam, non mortalem nec immor-
talem, sed utriusque capacem, habentem in proprii facultate arbitrii et uelle et posse 10
ad omnia, hoc est et ad bonum et ad malum; hunc callidi serpentis deceptum astutia,
propria sponte præuaricatorem extitisse diuini præcepti atque ob hoc iusto iudicio dei
non solum morte corporis, uerum etiam animæ effectum obnoxium et pristino honore
nudatum, iumentis similem factum, non quo inrationabilis sit effectus, sed quia ratio-
f. 8^u nalis | uigor eius carnali delectatione est obligatus; sensit denique mox inobædientiæ 15
merito legem contrariam in propriis membris, repugnantem legi mentis suæ et capti-
uantem se in lege peccati. quod malum et pœnam mali in uniuersum credimus
29 transisse genus humanum. nec enim mortem corporis tantum, quæ pœna peccati
est, sicut quidam dicere uolunt, sed et aculeum mortis, hoc est peccatum ingressum
dicimus mundo, quia non istis, sed apostolo potius adquiescimus, qui et peccatum et 20
mortem in omnes homines pertransisse testatur, dicens: per unum hominem Rom. 5, 12
peccatum intrauit in mundum, et per peccatum mors, et
36 ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes pecca-
30 uerunt. propterea et recentes ab utero paruulos non tantum ut adoptionem
mereantur filiorum, aut propter regnum cælorum, sicut Pelagii et Cælestii siue Theodori 25
Mampsuesteni discipuli, qui unum et idem naturale et originale peccatum esse adfirmare
conantur, sed et in remissionem peccatorum eos credimus baptizari, ne pereant in æter-
31 num. infirmatus igitur naturæ uigor per malum præuaricationis, nullatenus ualuit
per semet ipsum inde adsurgere, unde per propriam uoluntatem incurrit. quapropter
nullum ab Adam nunc usque per naturæ uigorem credimus esse saluatum, nisi dono 30
gratiæ spiritus sancti in fide nominis Iesu, quia non est aliud nomen datum Act. 4, 12
hominibus sub cælo, in quo oporteat eos saluos fieri, nisi
32 in nomine Iesu Christi. liberum autem naturale arbitrium ad nihil aliud ualere credimus,
nisi ad discernenda tantum et desideranda carnalia siue sæcularia, quæ non apud deum,
f. 9^r sed apud homines possunt fortassis uideri gloriosa; [ad] ea uero quæ ad uitam | æternam 35
pertinent, nec cogitare nec uelle nec desiderare nec perficere posse nisi per infusionem
et inoperationem intrinsecus spiritus sancti, qui est etiam spiritus Christi. spiritum Rom. 8, 9
enim Christi qui non habet, hic non eius est. quod si qui credit in Christo, iam Christi
est, sicut et uerum est, non utique per donum naturæ, sed per spiritum sanctum Christi
est, qui iam credit in eum qui iustificat impium, ut confiteatur quia dominus est Iesus, 40 1 Cor. 12, 3
33 quod nemo potest dicere nisi in spiritu sancto. quapropter anathematizamus eos
qui naturale aut substantiam aliquam dicunt esse peccatum, abominantes etiam eos
qui contra uocem apostoli audent dicere: «nostrum est uelle, dei uero perficere», cum
idem doctor et uelle et perficere donum testetur esse diuinum, ipso dicente: deus Phil. 2, 13
enim est qui operatur in uobis et uelle et perficere pro
bona uoluntate, credentes etiam omnes ab Abel usque ad Christum, si qui

2 communicatores et complices L 4 ut *suppt.* Schw 10 facultatem I. 27 remissione L.
baptizare L 32 hominis L 35 ad *del.* Schw 42 dicunt L

Acta 15, 10. 11 saluati sunt, ea gratia qua et nos, esse saluatos, secundum uocem beati apostoli Petri dicentis: quid temptatis deum, inponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum et illi. 6

INCIPIVNT CAPITVLA MAXENTI IOHANNIS EDITA CONTRA NESTORIANOS ET PELAGIANOS
AD SATISFACTIONEM FRATRVM

- A Si quis non confitetur in domino nostro Iesu Christo duas naturas unitas, hoc 87
est diuinitatis et humanitatis, ac si unam naturam dei uerbi incarnatam, et unam
naturam dei uerbi incarnatam sicut duas unitas in una subsistentia atque persona, secun- 10
dum quod nobis tradidit ueneranda synodus Chalcedonensis, anathema sit.
- B Si quis non confitetur proprie et uere sanctam Mariam dei genetricem, | sed propter f. 94
honorem tantum hoc ei nomen tribuit, quia peperit hominem qui secundum gratiam
dicitur deus, non autem quia peperit deum incarnatum et hominem factum, anathema sit.
- Γ Si quis non confitetur substantialem siue naturalem unitatem secundum id quod 15
manens natura deus uerbum naturæ est unitus humanæ, sed subsistentialem siue per-
sonalem dicit unitatem aut secundum inlustrationem siue secundum dilectionem aut
secundum affectionem, anathema sit.
- Δ Si quis non adquiescit confiteri Christum unum de trinitate etiam cum carne
propria, qui pro nobis passus est carne, quamuis secundum carnem non sit de sub- 20
stantia trinitatis, sed sit idem ex nobis, anathema sit.
- E Si quis puerum illum quem sancta uirgo Maria genuit, non confitetur natura
deum et per ipsum facta omnia uisibilia et inuisibilia, cælestia et terrestria, conditorem-
que omnium, deum fortem, principem pacis, patrem futuri sæculi, anathema sit.
- Ϟ Si quis dicit Christum passum carne, deum uero passum carne dicere non ad- 25 88
quiescit, quod id ipsum intellegitur Christum passum carne, anathema sit.
- Z Si quis dicit: deus non est factus Christus, Christus autem deus factus est, ana-
thema sit.
- H Si quis non confitetur duas natiuitates in uno filio dei, deo uerbo, ante sæcula
quidem nato de patre, in nouissimis autem temporibus eodem de matre genito, ana- 30
thema sit.
- Θ Si quis non confitetur compositum Christum post incarnationem, anathema sit.
- I Si quis dicit naturale esse peccatum, peccati causam naturarum conditori dementer
adscribens, anathema sit.
- IA Si quis non confitetur originale peccatum per præuaricationem | Adæ ingressum 35 f. 107
Rom. 5, 12 mundo secundum apostoli uocem dicentis: per unum hominem peccatum
intrauit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes
homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, anathema sit.
- IB Item anathematizamus omnem sensum Pelagii et Cælestii et omnium qui illis
similia sapiunt, suscipientes omnia quæ in diuersis locis contra ipsos acta sunt et scripta 40
a præsulibus apostolicæ sedis, id est Innocentio, Bonifatio, Zosimo, Cælestino et Leone,
Attico etiam Constantinopolitano et Augustino Africanæ prouinciæ episcopis [ana-
thema sit]. EXPLICIUNT CAPITVLA DVODECIM

ITEM INCIPIT EIVSDEM PROFESSIO BREVISSIMA CATHOLICAE FIDEI

89 1 Est deus pater, (deus) filius, deus etiam spiritus sanctus, non tres sed unus deus, una substantia siue natura, una sapientia, una uirtus, una dominatio, unum regnum, una omnipotentia, una gloria, tres tamen subsistentiæ siue personæ, unaquæque persona incommutabiliter semper optinens quod proprium est, ita ut nec pater sit filius aut 5 spiritus sanctus, nec filius sit pater aut spiritus sanctus, nec spiritus sanctus pater sit 2 aut filius. filius autem, id est uerbum dei, unigenitus deus, consubstantialis patri, manens in propria subsistentia deus, in nouissimis diebus ex uisceribus beatæ uirginis Mariæ naturam suscepit humanam et, sibi carnem coadunans, homo factus est, habens 3 animam rationalem uel intellectualem. quamobrem fatendum est deum natum ex 10 femina, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem; deum in cunis iacuisse f. 10 4 pannorum sordibus | inuolutum, creuisse et profecisse ætate et sapientia secundum humanitatem, non secundum diuinitatem; deum esurisse, sitisse, lassum ex itinere quieuisse, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem; deum comprehensum manibus impiorum, iudicatum, damnatum, crucifixum, latus lancea perforatum, non 15 secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem; deum mortuum, sepultum, resurrexisset, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem; deum cum ipsa carne ascendisse in cælum, sedisse ad dexteram patris, inde rursum cum ipsa carne in gloria 90 4 uenturum iudicare uiuos et mortuos. rursus profitendum est Iesum Christum, filium hominis siue hominem, ante sæcula de patre natum, unum ex trinitate, et per eum 20 facta omnia uisibilia et inuisibilia, et sine ipso factum esse nihil, non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem; hunc eundem hominem esse uitam æternam, sapientiam et uirtutem patris, non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem; hunc eundem hominem esse figuram substantiæ siue imaginem patris et emanationem claritatis dei, non tamen secundum humanitatem, sed secundum diuini- 25 5 tatem. rursus dicendum est eum qui est uita æterna, sapientia et uirtus patris, natum secundum carnem ex femina, uitam æternam, sapientiam et uirtutem patris, pannis inuolutum (in) cunis iacuisse; uitam æternam, sapientiam et uirtutem patris passum, 6 crucifixum, mortuum secundum carnem. quæ cum ita sint, nemo potest esse catholici- cus, nisi qui in uerbo dei filio unigenito duas fuerit professus post adunationem semper 30 f. 11 7 indissolubiliter manere naturas, id est uerbi et carnis, dei et hominis, | diuinitatis et humanitatis, quia sicut unus de trinitate est et in principio uerbum deus est, ita etiam 7 idem ipse ex nobis est, homo perfectus et uerus. qui enim ex lumbis Abrahæ et ex semine Dauid puer datus est nobis, deus cæli est et princeps pacis, et ideo non duæ, sed una Christi persona est, quia nemo ascendit in cælum, nisi qui de 35 Ioh. 3, 13 cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo, et Iesus Hebr. 13, 8 Christus heri et hodie ipse et in sæcula.

ITEM INCIPIT EIVSDEM BREVISSIMA ADVNATIONIS RATIO VERBI DEI AD PROPRIAM CARNEM

89 Filius dei uerbum patris, unus ex trinitate, consubstantialis patri, natus de eo ante sæcula, subsistens in propria persona deus, in nouissimis temporibus mox inter 40 euangelizantis angeli uerba et adcommodantis uirginis fidem propria potentiæ uirtute ex uisceribus eiusdem uirginis sine semine uiri carnem sibi coadunans, manens in propria

2 deus *suppl. Cochlaeus* 4 subsistentia L 12 profecisse L 13 deus L extinere L
15 perforatam L 28 in *suppl. Cochlaeus* 29 ista L 39 patris L

natura deus, homo factus est habens (animam) rationalem siue intellectualem, et ita 90
 completo tempore secundum legem humanæ naturæ processit de thalamo uirginali.
 hac de causa naturalis, non socialis adunatio siue unio in Christo rectissime dicitur,
 quia non carni formatæ aut animatæ, quod iam hominis cuiuslibet potest demonstrare
 personam, semet persona (uerbi) uniuert in utero uirginis, sed ex ipsis eius uisceribus 5
 Prou. 9, 1 sapientia ædificauit sibi domum. alioqui si formatæ aut animatæ
 carni semet uerbum dei inseruit in utero uirginali, non iam naturalis, sed socialis hæc
 potius unio siue adunatio dicenda est nec persona uerbi ad naturam carnis, sed ad
 personam alicuius hominis concurrisse credenda est. sed hoc qui dicunt, errore 91
 Nestorii traducuntur, catholica autem fides non personam uerbi ad personam alicuius 10
 iam formati hominis, sed ad naturam carnis conuenisse credit et prædicat, et ideo
 non socialem, sed naturalem factam docet esse unionem.

ITEM INCIPIT EIVSDEM RESPONSIO CONTRA ACEFALOS QVI POST ADVNATIONEM STVLTE f. 110
 VNAM PROFITENTUR IN CHRISTO NATVRAM

- 1 Exposita breuiter catholicæ fidei professione, pergimus nunc illorum respondere 15 111
 definitionibus, qui, lapsu miserabili corruentes, nouis et exquisitis argumentationibus
 nefarium dogma Christi ecclesiis moliuntur inferre et, deum et hominem uerbum et
 carnem confitentcs, unam post adunationem in Christo naturam stulte nimis impru-
 denterque conantur adstruere, »quia«, inquit, »non esse naturam sine persona«.
- 2 quibus respondetur: si una post adunationem in Christo natura est, ergo nec adunatio 20 112
 carnis facta est. quodsi adunatio carnis facta non est, cur adunationis fit mentio?
 si uero adunatio carnis facta est, iam non tantum diuina, sed et carnis natura in Christo
- 3 est: duæ igitur naturæ sine ulla dubitatione post adunationem in Christo sunt. si
 autem, et adunatione facta, una et sola manet in Christo diuinitas, ergo nec simplex,
 sed composita passibilisque est eadem uerbi diuinitas, quia quidquid ex adunatione 23 113
 subsistere creditur, nullatenus secundum ueritatem proprie simplex est, sed omnino
 compositum intellegitur. hoc autem de sola diuinitate Christi sentire probatur esse
 sacrilegum; restat ergo ut adunatio, quæ compositionem facit, refugiat simplicitatem
 susceptionemque procul dubio a filio dei humanæ naturæ significet, et ideo constat duas,
 id est diuinitatis et humanitatis, in filio dei post adunationem esse naturas, ex quibus 30
 et in quibus subsistit una et singularis Christi persona.
- 4 Rursus, si post adunationem una natura in filio dei profitenda est, aut humanitas
 sola in Christo est aut certe sola diuinitas.
- 5 Item si non est sine persona natura, | multo magis persona non potest esse sine f. 12 r
 natura. si ergo non est natura sine persona et persona non est sine natura, tres ergo 35
 sunt naturæ diuinitatis, non una, quia tres sunt sine dubio subsistentiæ siue personæ
 patris et filii et spiritus sancti. sed hoc qui dicunt, Arrianis omnino sociantur et
 pari cautela cauendi sunt, quia similiter ut illi blasphemare noscuntur.
- 6 Quæramus tamen quid sibi uult adiectio illa significare, cum dicunt »post aduna-
 tionem«. utrum quia ante adunationem duæ in Christo naturæ fuerint, et ideo dicunt 40
 »post adunationem«, an et ante adunationem unam [fuisse dicunt] profitentur fuisse
 in Christo naturam? quod si ante adunationem unam fuisse dicunt, superfluum
 omnino est »post adunationem« dicere, quia semper una secundum ipsos constat fuisse
 et esse in Christo natura. uerum si ita est, omnino fallaciter ab eis etiam mentio

t animam *suppl. Cochlaeus*
 11 composita L

5 uerbi *suppl. Cochlaeus*
 41 fuisse dicunt *del. Cochlaeus*

24 ne L

26 ueritate L

adunationis affertur, quia, si una et ante et post mansit in Christo natura, nulla omnino facta est adunatio, quia adunationem ex diuersarum rerum naturis fieri nemo (est) qui nesciat. si autem duas ante adunationem fuisse naturas in Christo dixerint, duas etiam sine dubio ante adunationem dicere conuincuntur in Christo fuisse personas, quia secundum ipsos non est natura sine persona. quod cum dicunt, quis eos nesciat 5 Nestorianæ perfidiæ, quod fugiunt, laqueis compediri, qui hominem plenum deo, non deum hominem factum prædicare conuincitur?

7 Item si non est natura sine persona, quæramus ab eis, utrum post adunationem uerbi et carnis in Christo dicant duas esse naturas an denegent. quod si uel uerbi f. 12^u uel carnis essentiam in Christo negauerint, aut Iudæorum impietati omnino | iungendi 10 sunt, qui Christum purum hominem fuisse asserunt, aut Manichæorum sacrilegiis coæquandi, qui carnis in Christo negant essentiam uel naturam. si uero et uerbum et carnem esse in Christo dixerint, duas utique essentias inuiti diuersarum naturarum ipsorum nominum testimonio profitentur, quia non eadem sunt nomina uerbi et carnis; nam uerbum uerbum est et caro caro est. uerum quia nolunt esse naturam sine 15 persona, procul dubio etiam sic secundum hanc stultam et impiam definitionem suam 114 ipsi potius duas inuenientur in Christo adseuerare personas, quia uerbum et carnem etiam post adunationem in Christo negare non possunt, quorum diuersas esse naturas nullus ignorat.

8 »Sed duas«, inquiunt, »ideo non debere dici in Christo post adunationem fatemur 20 esse naturas, quia duo numerus esse non potest indiuisus, cum secundum ueritatem omnis numerus diuisioni subiaceat«. hæc et huiusmodi solet eorum impudentissima 9 contra catholicam ueritatem argumentari uanitas. et primum quidem non per se ipsum, sed in rerum naturis omnem subsistere numerum euentissima ratione docemur; deinde, si nullatenus ea quæ secundum aliquid discernuntur et numerantur, possunt in 25 unitate subsistere, quæro, pater et filius et spiritus sanctus, qui non re ipsa, sed cognitione tantum ab inuicem discernuntur, quomodo non in diuisione, sed in naturæ unitate subsistant? quod si hi tres unum sunt et personarum suarum proprietates integras et perfectas inconfuse custodiunt nec in diuisione, sed in unitate subsistunt, restat ut iam non omnia quæ secundum cognitionem numerantes discernimus, etiam 30 rebus ipsis nefarie diuidamus, | quia nec cum carnis et animæ duas pronuntiamus diuersasque naturas, unum hominem in duo diuidimus, quem non rebus, sed sola cognitione discernimus. alioquin diuidant primo, si possunt, non solum intellectu, sed etiam f. 13^r rebus a splendore colorem et calorem a sole, et tunc eorum poterit hæc stulta sententia stabiliri. quod si hoc facere nequeunt, cedant ueritati et duas nobiscum in Christo 35 profiteantur esse naturas, qui eas non rebus ipsis diuidimus, sed cognitione tantum discernimus et probamus.

10 Si uero dixerint: »sicut ex anima et carne una humana natura conficitur, quæ singulari, non plurali numero pronuntiat, ita ex diuinitate et humanitate una facta est Christi natura«, primo quidem hoc exemplum filio dei minime existimo conuenire, 40 cui subsistendi causa caro non fuit, quippe qui ante sæcula a patre natus in propria persona incommutabiliter subsistit, sed ut uerbum caro fieret, misericordiæ fuit. animam autem humanam ante carnem alicubi subsistere et postmodum carni inseri nemo ausus est adfirmare.

11 Sane quia nulla res siue natura est quæ non proprio appelletur nomine, unius 45 naturæ quam ex diuinitate et humanitate factam esse contendunt, nomen doceant.

2 est qui *Cochlaeus* quis *L*
colorem *L*. 40 exemplo *L*

18 quarum *L*

22 diuisionis *L*

34 calorem *Cochlaeus*

at si uoluerint dicere uerbum incarnatum siue unam naturam dei uerbi incarnatam, eo ipso quo hoc dicunt, duas procul dubio dicere conuincuntur in Christo naturas duarumque, non unius nomina naturarum, eius uidelicet qui incarnatus est, id est uerbi dei, et eius quæ ab ipso assumpta est, id est carnis. non ergo hoc unius rei nomen est, quæ sic expressam significationem duarum diuersarumque unitarum doceat naturarum, | quemadmodum cum dicitur humana natura, quam ex duabus seu potius in f. 13^u duabus diuersisque naturis, id est carnis et animæ, subsistere nemo dubitat, sed quemadmodum si dicatur anima incarnata siue una natura animæ incarnatæ; et ideo nomen 115 naturæ unius quæ diuinitatis et humanitatis expressam possit habere significationem, 12 docere coguntur. uerum si in tantum desipuerint, quo dicant eam Christi esse naturam, 10 rursus ab eis quæritur qualis illa sit, quia Christus non naturæ, sed operationis siue efficientiæ, id est unctionis, nomen est, et ideo adhuc coartantur, ut illius naturæ singularis quam post adunationem in Christo esse uolunt, nomen doceant, quia nulla rei natura est, quæ non proprio et singulari nomine secundum specialem uidelicet appel- 116 letur significationem. Christum autem non esse naturæ nomen, sed unctionis, et ex 13 hoc quod multi Christi dicti sunt in uetere testamento, manifestum est. quapropter aut nomen illius naturæ unius, quod ab eis rectissime quæritur, doceant, aut si hoc facere minime possunt, quia omnino est impossibile, duas non ante, sed post adunationem et deinceps semper indissolubiliter manentes naturas in una Christi persona, sprete erroris sui caligine, profiteri non metuant, ne, aut humanam tantum cum Iudæis aut 20 diuinam tantum cum Manichæis confitentes, ab unica et catholica damnati matre ecclesia, in perpetuo crucientur. EXPLICIT.

Dilectissimo fratri Flauiano Leo. Lectis dilectionis tuæ litteris etc. = *Leo ep.* 28

INCIPIIT PRAEFATIO DIALOGI MAXENTI IOHANNIS SERUI DEI CONTRA NESTORIANOS f. 18^u

Si in hoc sæculo posset finis esse mendacii, maneret utique quieta Christi ecclesia; 25 f. 19^r sed quia inextricabile quodammodo malum numquam desinit humana corda pulsare atque inopinatis argumentis fidem inquietare catholicam, necesse est sectatoribus ueritatis prudenter captiosas eius sententias præuidere sapienterque detegere prolatasque in medium malleo ueritatis conterere et usque ad effusionem sanguinis contra eas pro Sir. 4, 28 ueritate certare, præsertim cum scriptura diuina moneat et dicat: ne confundaris 30 loqui uerbum pro anima tua, et pro ueritate certa usque Hebr. 12, 4 ad mortem. similiter et apostolus quorundam denotans timiditatem: nondum, inquit, usque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum certantes. resistendum igitur nec omnino est parcendum hæreticis, confidentes in tali negotio sermonis copiam minime defuturam. nam si ad confutandam 35 Num. 22, 28 prophetæ insipientiam os asinæ deus aperuit, quanto magis cor fidelis reserare dignabitur, ut perfidorum dementia confutetur? quapropter quoniam olim in radice prauitas Nestoriana damnata, nunc rursus uiuacior adsurgit quodammodo callidisque syllogismorum argumentis aduersus ipsa catholicæ fidei fundamenta dimicans, sub religiosa pronuntiatione uerborum religionem profanare contendit, necessario credidi, mi Theophile, 40

6 natura natura L
Cochlaeus quæ et ἀπὸ L
ueritate L

29/30 et usque — certare in mg. L

15 significationem Cochlaeus sc̄ificationem L

27 inquietare Cochlaeus inequitare L

31 certe L

25 quieta Christi
rectatoribus L

29 mallei
35 confidentes Cochlaeus

tuis adiutus precibus, occultum et sub uerbis catholicis latentem eorum impium prodere intellectum, quatenus detectus et denotatus fiat cunctis ubique perspicuus, agens simul etiam contra eos qui licet Christum deum confiteantur, tamen nescio qua rursus inducti f. 19^a peruersitate, declinant eum | unum confiteri ex sancta et indiuidua trinitate. quod nolentes asserere, quis eos non intellegat aliis uerbis id ipsum negare quod dicunt, 5 nihilque aliud Christum nisi extraneum a trinitate et iuxta Arrianos credere impie creaturam? si enim uerus est deus, sicut et est, aut trinitas est aut unus ex trinitate. sed quia totam trinitatem Christum credere sacrilegum est, restat ut unus sit deus Christus ex trinitate, nisi forte alium eum deum præter trinitatem esse contendunt, quod non catholicorum, sed Manichæorum est proprium, qui duos deos sibi contrarios 10 introducunt. placuit igitur sub persona interrogantis hæretici et catholici respondentis explicare huius nostræ disputationis opusculum, quo facilius obiectionum absolutio legentibus elucescat. EXPLICIT PROLOGVS

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI

- I De modo appellationis theotocæ, hoc est dei genetricis: — 15
- II Quod theotocon hæretici beatam uirginem ita fateantur, non quia deum secundum carnem, sed quia hominem deo unitum genuerit: —
- 117 III Quod nullatenus dicant uere et proprie beatam uirginem theotocon: —
- IIII Quod initium dari deo uerbo ex femina stulte calumnientur (ab) his qui uere et proprie deum secundum carnem natum ex femina confitentur: — 20
- v Quod callide et peruerse eam matrem humanitatis adfirment: —
- VI Quod ex illis euangelicis uocibus quæ ad Ioseph sponsum sanctæ uirginis factæ leguntur, non deum fortem secundum prophetam, sed puerum tantum, qui propter Ies. 9, 6 eum, cui uniri meruit, deus fortis dicatur, de femina natum conentur adstruere: —
- f. 20^r | VII De eo quod scriptum est: quod natum est de carne, caro 25 Ioh. 3, 6 est; quod natum est de spiritu, spiritus est: —
- VIII De eo quod non deum factum Christum, sed Christum deum factum callide fateantur: —
- VIII Quod non natura, sed dignitate et unitione deum stulte asserant Christum ob id quod scriptum est in Actibus apostolorum, Petro ad Cornelium dicente: q u i a 30 Act. 10, 38 deus erat cum illo: —
- 118 x Quod hoc tantum distare a prophetis Christum impie fateantur, quia non sit natus ex semine uiri, et, quamuis non post conformationem, sed in ipsa conformatione, Christo tamen deum uerbum unitum inique contendunt: —
- XI Quod sicut duas naturas, ita et subsistentias siue personas in Christo fate- 35 antur: —
- XII Quod assumptum a deo, non deum factum hominem peruerse asserant, et quod id ipsum definiant naturam esse quod persona est: —
- XIII Quod alia sint propria nomina naturarum et personæ, quæ nullam faciant quæstionem, alia communia quæ in quæstionem ueniant: — 40
- XIII Quid inter naturam distet atque personam et quod non omnis sit natura persona: —
- xv Quod et deum factum hominem et secundam natiuitatem dei uerbi iuxta carnem hæretici credere detestentur: — EXPLICIUNT CAPITVLA LIBRI PRIMI FELICITER: —

8 totum L 19 ab *add. Schw* 27 sed *Cochlaeus* se L 33 post *Cochlaeus* potest L 39 alia sint *Cochlaeus* alias inter L

INCIPIT DIALOGI LIBER PRIMVS

NESTORIANVS. Olim te nostrorum dictorum audiens infamatorem, sæpius in- 117
citabatur animus tecum de diuinæ dispensationis conquirere sacramento; nunc uero
oportet no loco et tempore, tua nobis a deo donata præsentia, ualde desidero ut præsens
arguas, cui absenti non quiescis detrahere. CATHOLICVS. Qui se non mendacii, 6
sed ueritatis exhibet sectatorem, nullis mouetur mussitationibus querulorum; cuius
autem animus de sua est falsitate conscius, licet nemo de eo queratur, suspicionum
tamen | stimulis inquietatur assidue. nihil autem prudentibus aufert, immo potius f. 20⁴
confert mendax infamatio maliuolorum. si enim ueraciter qui de talibus reprehenditur,
corrigendum est, ne ulterius reprehendant; si mendaciter, contemnendi sunt potius 10
et dolendi. quapropter si, ut ipse æstimas, tuarum sum ego infamator assertionum,
age nunc sicut desiderasti, et te sectatorem ueritatis ostendens, me tuum falsissimum
nota accusatorem. NESTORIANVS. Relinquentes, si placet, ista, ea proferamus
discutienda in medium, quæ unusquisque nostrum simplici mente catholicis iudicat
conuenire dogmatibus, ne in his quæ ad rem non pertinent, tempus uideamur expendere. 15
CATH. Optimum quidem mihi et nimis gratum est, semotis conuiciis semper de ueritate
conquirere. NEST. Solent iniuriæ illis præstare suffragium, quibus studium est
non de ueritate, sed de propria gloriari uictoria; in his autem, qui tota intentione cupiunt
de comperta ueritate gaudere, locum hæc penitus non habent. CATH. Facile solet
Sap. 6, 17 in disputationum semitis se, sicut scriptum est, hilariter ipsa ueritas intimare, cum 20 118
ad inuestigationem sui disputantium mentes simplici uiderit intentione pertendere.
erit igitur procul dubio nostræ disputationis fructuosus finis, si modo furiosa contentio
submoueat e medio. NEST. Mea certe hæc est omnino intentio, si tamen et tu
placido animo meis interrogationibus dignum duxeris respondere. CATH. Moue
quod uis, ut iam uideamus ea quæ a me scire desideras. 25

NEST. Volo igitur, ut mihi planum facias quonam modo a uobis beata uirgo 1
appelletur | theotocos, hoc est dei genetrix, quam constat genuisse Emmanuhelem. f. 21⁷
CATH. Ipsa prorsus interrogationis tuæ principia duos te filios credere manifestant.
NEST. Noli, quæso te, antequam meorum dictorum rationem diligenter discutias,
calumniosis me impetere uocibus. CATH. Nemo recte sibi inferri calumniam queritur, 30
quem non aliena, sed sua potius dicta redarguunt. uerum si ego interrogationis tuæ
sententiam minime intellegere potui, deputa hoc inperitiæ, dummodo tu lucidius explices,
qui modum theotocæ appellationis planum tibi fieri flagitans, subiecisti »quam constat
genuisse Emmanuhelem«. si enim modum appellationis theotocæ perquirens, etiam
Emmanuhelem, quem natum dixisti ex uirgine, dei filium crederes, sufficeret dicere 35
»quonam modo theotocos beata uirgo appelletur a uobis«; adiiciendo autem »quam
constat genuisse Emmanuhelem«, docuisti, sicut datur intellegi, Emmanuhelem non te
filium dei credere.

NEST. Numquam ego, ut tu asseris, Emmanuhelem nisi filium dei credidi, sed 119
scire cupio modum qualiter theotocos beata uirgo appelletur a uobis. CATH. Si 40
Emmanuhel, quem natum a beata uirgine confiteris, filius (dei) a te semper est creditus,
filius autem dei non est nisi deus, recte omnino a nobis beata uirgo creditur theotocos.
NEST. Cito propositæ quæstionis rationem te æstimas explicasse, quasi non sint ulterius
quæ de hac quæstione quærantur. CATH. Dic age, quod uis, nec ulla dilationis
patiaris angustias. 45

1 præsens L præsentem Cochlaeus
119. schw appellatione L.

12 ueritati L
41 dei uel Cochlaeus

21 uestigationem L.

33 appella-

- II NEST. Quamuis theotocon beatam uirginem confiteri nec ego refugiam, non
f. 21^u tamen quod deum, sed quia hominem genuerit | deo unitum, idcirco eam confiteor
theotocon. CATH. Patuit omnino quod hactenus tegebatur. si enim non deum,
sed hominem deo unitum genuit sancta uirgo Maria, est sine dubio iuxta te anthro-
potocos, hoc est hominis genetrix, non theotocos. quo ergo modo theotocon eandem 5
uirginem profiteris, quam non deum, sed hominem tantummodo prædicas genuisse?
NEST. Vnitione factum est ut is qui ex ea natus est, deus appelletur, propter deum
uidelicet cui uniri unamque cum eo dignitatem et auctoritatem habere promeruit.
CATH. Appellatione ergo tantum et dignitate siue honore, non uere et proprie beata
uirgo est secundum uos theotocos, quæ non uere et proprie genuit secundum carnem 10
deum uerbum, sed hominem, cui præstitum est ab eo cui uniri meruit, ut deus dicatur,
quod non est.
- III NEST. Quoniam hoc est quod nos ualde permouet, eo quod uere et proprie
deum natum ex femina prædicetis atque ob hoc uere et proprie beatam uirginem dei
fateamini genetricem, quæro, qui uere et proprie generat utrum eiusdem cuius ipse 15
est, an alterius cuiuslibet substantiæ generet? CATH. Inepta nimis et fatua inter-
rogatio. quis enim aliquando alienæ generator creditur esse substantiæ? NEST. Si
fatuum et ineptum iudicas credere quemquam alienæ generatorem esse substantiæ,
constat ergo deum uerbum non de matre, sed de patre uere et proprie generatum, cum
quo illi est una eademque substantia. alioquin erit procul dubio consubstantialis 20
mater domini non solum deo uerbo, quem uere et proprie iuxta uos creditur genuisse,
uerum etiam deo patri, cui idem deus uerbum consubstantialis existit. CATH. Con-
f. 22^r substantialem uirgini deum uerbum non secundum deitatem, | quæ illi una eademque
cum patre est, sed secundum carnem qui non credit, alienus a fide est. sane quia
non hominem quemlibet, qui non sit natura deus, sed deum uerbum incarnatum et 25
120 ex se hominem factum genuit, hac de causa uere et proprie esse creditur theotocos.
NEST. Si deum natura genuit beata uirgo Maria, iam non carnis, sed est genetrix
deitatis, et quomodo non deum uerbum secundum deitatem, quæ illi cum patre com-
munis est, sed secundum carnem eum natum ex uirgine prædicatis? CATH. Non
est deitatis genetrix, sicut tu nos credere autumas, quamuis uere et proprie sit (dei) 30
genetrix, quia non deitatem dei uerbi, sed deum uerbum ex se hominem factum, sicut
superius dictum est, genuit.
- III NEST. Si uere et proprie deum natum ex uirgine dederimus, uereor ne sine
initio deus uerbum initium habere intellegatur ex femina. CATH. Et cur non demus
ei ex femina secundum carnem initium, qui est secundum diuinitatem a patre sine 35
initio? NEST. Quomodo secundum (carnem) habere initium a te dicitur is qui est
a patre sine initio? non intellego utrum quia is qui a patre est sine initio, ex deitate
in carnem uersus dicatur accepisse initium, an quia qui erat sine initio, accepta carne
dicitur habere initium. CATH. In carnem conuerti inconuertibilis deus omnino
non potest, sed manens deus in propria deitate perfectus, carni et animæ rationali se 40
uniens, cœpit esse homo, quod antea non erat, et hac ratione secundum carnem dicitur
habere initium is qui est a patre sine ullo initio.
- V NEST. Quoniam de summis et præcipuis rebus quæstio uertitur, quæso ut
f. 22^u patienter de his quæ a te quærentur, respondeas | nec te moueant ea quæ tibi fortassis,
antequam intellegas, uidentur esse contraria. CATH. Sic me de patientia communes 45
quasi quod hactenus inpatienter tuis responderim interrogationibus. NEST. Non
utique, sed ut in cœpta te lenitate contineas, moneo. CATH. Dei hoc donum est.

30 dei *add. Cochlaeus*36 carnem *add. Cochlaeus*

NEST. Dominum nostrum Iesum Christum in una an in duabus substantiis confiteris? CATH. In duabus procul dubio, sed naturali, non personali conuentione unitis. NEST. Necdum absoluta, de qua agitur, quæstione, præpropere in aliam prorupisti; sed dilata interim inquisitione de naturali unitione, absolute, quæso, respondeas utrum Christum, quem in duabus naturis confessus es, ex patre tantum an etiam [et] ex matre natum asseras? CATH. Et ex patre et ex matre unum eundemque Christum natum esse confiteor. NEST. Alio modo ex matre, alio ex patre? an unc eodemque modo ex patre et ex matre? CATH. Alio procul dubio ex patre, alio modo ex matre. NEST. Secundum quem modum ex patre siue ex matre eum asseris natum? CATH. Secundum diuinitatem quidem ex patre, eundem secundum humanitatem ex matre. NEST. Cur ergo uere et proprie dei genetrix a uobis mater domini prædicatur, et non magis illius naturæ cuius et mater est, cui dei uerbi unitio diuinitatis suæ contulit uocabulum et dignitatem? CATH. Cuiusnam credis naturam hanc esse humanitatis, quam uere et proprie uis esse ex uirgine? NEST. Procul dubio domini Christi. CATH. Christum quid esse definis? NEST. Deum et hominem. CATH. Dei ergo et hominis facta est natura illa humanitatis, quam uere et proprie dicis esse ex uirgine? NEST. Quis hoc dubitet? CATH. | Et quomodo non est absurdum credere deum et hominem ex uirgine naturam assumpsisse humanam? quod si deus et homo ex uirgine creditur iuxta uos naturam assumpsisse humanam, unde antequam ex uirgine deus assumat naturam humanam, factus homo credendus est, ut sic deus et homo credatur assumpsisse ex uirgine naturam humanam? NEST. Miror te tam temere ridere de ueritate. CATH. Nullatenus ego ueritatem inrideo, sed responsionis tuæ absurditatem uerissima ratione coarguo. NEST. Offenderis, ut mihi uidetur, cum Christum deum audis et hominem. CATH. Non me offendit Christum deum audire et hominem, sed te offendit, qui Christum deum hominem factum non credis. nam cum ego unum eundemque genitum et ex patre secundum diuinitatem et ex matre secundum humanitatem simpliciter tuis interrogationibus respondissem, tu deum ex patre, hominem uero ex matre uolens ostendere, quasi ex consequenti ratione concludis et docere niteris non debere uere et proprie beatam uirginem dei credere geneticem, sed naturæ humanæ cuius et mater est. si igitur deus uerbum, ex maternis uisceribus carnem assumens, semet ipsum formauit hominem, non alterius sine dubio natura humanitatis assumpta ex uirgine nisi illius facta est, qui se ex ipsa formauit hominem, et idcirco [uero] uere et proprie secundum carnem sancta uirgo dei genetrix creditur, quia non deus in carnis naturam conuersus est, ut non esset deus qui natus est, sed manens deus, homo factus et natus est.

NEST. Sursum ac deorsum nihil aliud moliris, ut uideo, nisi ut deum natura doceas eum quem uirgo enixa est; | sed tibi pro me uoces obuiant euangelicæ, quæ te nullatenus permittunt deum prædicare eum qui ex uirgine natus est. CATH. Et quænam illæ uoces sunt, quæ me prohibent deum prædicare natum ex uirgine? NEST. Illæ nimirum quæ ad Ioseph in somnis factæ leguntur. CATH. Et quid tale dictum ad eum legitur? NEST. Tolle, inquit, puerum et matrem eius, et fuge in Ægyptum: futurum est enim, ut Herodes quærat perdere puerum. et rursus: defuncti sunt omnes qui quærebant animam pueri. numquidnam dictum est defuncti sunt qui quærebant animam dei aut: tolle deum et fuge in Ægyptum uel certe futurum est ut Herodes quærat deum perdere? quo quid potest esse iniquius quam ut credatur deus propter hominem fugisse in Ægyptum? unde manifestum est uanis te argumentationibus contra diuino-

rum eloquiorum sententias laborare, quæ puerum, id est hominem, docent eum quem tu deum natura conaris adstruere. CATH. Dum nimis intentus es in his scripturæ diuinæ uocibus quas tuis putas competere partibus, ceteras penitus despicias. an forte uilis tibi et contemnenda uidetur ueteris testamenti auctoritas, quæ puerum quem tu deum denegas, deum fortem, dominatorem prædicat? nonne clamabat ille prophetarum eximius Esaias dicens: P u e r n a t u s e s t n o b i s , e t f i l i u s d a t u s e s t nobis, cuius potestas in umeris eius, et uocatur magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, deus fortis, dominator, princeps pacis, pater futuri sæculi? Numquid hæc te nescire credibile est? nisi forte contrariam illis a te prolatis euangelicis testimoniis hanc prophetæ sententiam iudicas. NEST. Non ego contrariam iudico euangelicis testimoniis prophetæ sententiam, | sed tibi hoc uidetur, qui necdum eorum intellectum assequi potuisti. adtende igitur, si uis, propheticæ sententiæ a te prolatae purissimum intellectum et uide quam non sit nostris contraria assertionibus. denique puerum natum et filium datum propheta uocari quidem deum, non autem esse testatur: et uocatur, inquit, magni consilii angelus, ammirabilis, consiliarius, deus fortis. neque enim omnia quæ uocantur, continuo etiam uocationis suæ optinent proprietatem. denique deus uocatus est Moyses, sed nullatenus uocationis huius optinere creditur ueritatem. hinc docemur non esse puerum natura deum, sed propter deum qui ei unitus est, deum a propheta uocari. CATH. Impietas manifesta. secundum hunc namque expositionis tuæ sensum ** ergo et quod dicitur p u e r n a t u s nullatenus substantialiter intellegendus est natus; quia si deus fortis idem puer, quod a propheta uocatur, iuxta te substantialiter non est, quia et Moses uocatur, ut ais, deus, quod substantialiter non est, ergo et quod dicitur, p u e r n a t u s , non est substantialiter natus, quia multi dicuntur nasci, qui tamen substantialiter non nascuntur, sicut habes: p o p u l u s q u i n a s c e t u r , q u e m f e c i t d o m i - n u s , e t a p o s t o l u s a d e o s q u i i a m s u b s t a n t i a l i t e r e x i s t e b a n t : n a m s i d e c e m m i l i a , i n q u i t , p æ d a g o g o r u m h a b e a t i s i n C h r i s t o , s e d n o n m u l t o s p a t r e s . n a m i n C h r i s t o I e s u p e r e u a n g e l i u m e g o u o s g e n u i . c o n t e n d i t d e n i q u e h æ c u e s t r a i n t e r p r e t a t i o e t i a m i l l u d q u o d o m n i s c a t h o l i c a e c c l e s i a c o n f i t e t u r , f i l i u m d e i d e u m n a t u m d e p a t r e s u b s t a n t i a l i t e r , f a l s u m d o c e r e e t c u m A r r i a n i s n a t u m q u i d e m d e p a t r e d i c e r e f i l i u m s e d n o n s u b s t a n t i a l i t e r d e e o n a t u m . e t u n d e i a m s u b s t a n t i a l i t e r n a t u s c r e d a t u r d e u s p u e r , q u i n e c d e m a t r e n e c d e p a t r e s e c u n d u m u o s i n t e l l e g i t u r s u b s t a n t i a l i t e r n a t u s ? NEST. Noli, quæso te, in superuacuis tempus expendere. | nos enim deum filium, abominantes impietatem Arrii, substantialiter natum ex deo patre credimus et prædicamus, et puerum natum ex uirgine substantialiter sine dubio confitemur, quem etiam propter eum qui ei unitus est, sequentes prophetam, dicimus deum. CATH. Est ergo puer non natura deus, sed uocatione sicut Moyses? NEST. Si non uocatione et dignitate, sed natura deus est puer, aut consubstantiali deo patri credis carnem aut puerum natum de uirgine incorporeum confiteris. CATH. Tu puerum incorporeum nos credere autumas, nos e contra deum tibi carnem factum iuxta euangelii sententiam prædicamus, cuius carnem non deo patri, sed matri consubstantiali credimus, deitatem uero non matri, sed deo patri consubstantiali fatemur. NEST. Varium quendam et diuersum assertionis tuæ sensum, modo confundentem, modo discernentem naturas, prorsus intellegere non possum. si igitur deitatem patri, carnem uero consubstantiali prædicas matri,

3 qua L 7 umeros L 19 hinc Schw hic L 21 lacunam statuit Schw, exempli gratia
supplendo (quod quis uocatur, nullatenus substantialiter id esse intellegendus est)

quomodo sanam hanc naturarum confundens discretionem, rursus deum carnem factum
 Ioh. 4, 24 asseris, cum sit deus non corpus, sed spiritus, domino dicente: deus spiritus
 est? CATH. Veram naturarum conuentionem dei uerbi et carnis fatentes, non
 confundimus, sed unimus, quia non deum in carnem uersum, sed carni unitum factum
 hominem prædicamus. 5

Ioh. 3, 6 NEST. Cum dominus dicat, quod de carne natum est, caro est, VII
 quod autem natum est de spiritu, spiritus est, quomodo
 puerum natum ex femina non unitione, sed natura deum asseris? CATH. Quia
 non est alter natus de carne carnaliter caro nisi ille qui de spiritu spiritaliter natus
 est spiritus, idcirco denique ex duabus et in duabus naturis unitis et inconfusis deum 10
 dei filium prædicamus.

NEST. Sed harum naturarum diuersitatem confundis, | deum natura prædi- (VIII) f. 25
 cans eum qui unitione dei uerbi deus dicitur. nam si non unitione, sed natura
 deus est qui de uirgine natus est, procul dubio deus est unctus et non puer Iesus Christus, 124
 sicque iam non Christus factus creditur deus, sed deus iuxta uos factus intellegitur 15
 Christus, et mentiuntur discipuli in Actibus apostolorum, non deum, sed puerum Iesum

Act. 4, 27 unctum testificantes atque dicentes: conuenerunt enim uere in ciuitate
 ista aduersum sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti,
 Herodes et Pontius Pilatus. CATH. Non confundimus naturarum
 diuersitatem, sicut iam superius tibi responsum est, quia nec deitatem uerbi in naturam 20
 credimus conuersam humanam nec rursus humanam in deitatis transfusam essentiam
 prædicamus, uerumtamen Christum non, ut tu asseris, deum factum, sed deum factum
 Christum, quod tibi displicet, confitemur, quia non cum pauper esset, diues factus est,

2 Cor. 8, 9 sed cum diues esset, pauper factus est, ut nos diuites faceret. nec enim cum esset

Phil. 2, 6, 7 in forma serui, formam dei accepit, sed cum esset in forma dei, formam serui accepit. 25

Ioh. 1, 14 similiter etiam nec cum esset caro, uerbum est factum, sed cum esset uerbum, caro
 factum est. quod autem dicis: »si natura est deus puer natus de uirgine, fallunt
 discipuli, in Actibus apostolorum non deum, sed puerum Iesum unctum testificantes«,
 non illi fallunt, sed tu potius falleris, qui deum secundum carnem unctum non intellegis.
 nam si non contrario, sed uno spiritu discipulos et prophetam credis loquutos, audi 30

Ps. 44, 7, 8 prophetam deum unctum manifeste docentem atque dicentem: sedes tua, deus,
 in sæculum sæculi, uirga æquitatis uirga regni tui. dilexisti
 iustitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te deus,
 deus tuus, | oleo lætitiæ præ participibus tuis. hinc euidenter f. 25^u
 apparet non alium esse unctum puerum Iesum, nisi deum, nec esse alium deum unctum, 35
 nisi puerum Iesum, si tamen non duos, sed unum Christum prophetas et apostolos
 prædicasse non dubitas.

NEST. Duos Christos prædicantes omnino abominor, quia uno spiritu prophe- (VIII) f. 25
 tam et discipulos Christi loquutos esse non ambigo, sed te contraria sentientem
 refuto, qui quasi ex prophetæ sententia, eum quem ipse unctum prædicat, deum natura 40
 conaris astruere. nam cum propheta eum deum a deo unctum prædicet, quem et
 participes docet habere, tu natura deum, qui nullum habet secundum naturam suam
 participem, unctum docere contendis, cum deus non habeat omnino participes, sicut

Hebr. 2, 14 non habet fratres. sed ille docetur habere participes, de quo ait apostolus: quia
 ergo pueri communicauerunt carni et sanguini, et ipse 45

Ps. 21, 23 communicauit isdem. et qui dixit: narrabo nomen tuum fratri-

4 unimus Cochlaeus unius L
 lacus uero L

6 abhinc deficiunt numeri marginales in L

9 caro Coch-

34 oleum L

bus meis, in medio ecclesiae laudabo te. unde euidenter apparet non natura, sed unitione deum esse eum quem prae participibus unctum propheta
 125 testatur. CATH. Quomodo eos qui duos Christos praedicant, abominari te asseris, cum tu duos filios manifeste praedicare conuinceris? NEST. Et ubi audisti me duos filios praedicare? CATH. In eo cum dicis non eum unctum qui natura est deus, sed
 5 eum qui a propheta docetur habere participes, qui unitione dei dicitur deus. NEST. Non duos, ut tu autumas, sed unum praedico filium, quia et eius qui natura deus est, et eius qui unitione dei deus est, unam filii appellationem unamque profiteor dignitatem. quod autem is qui unctus est, non natura, sed unitione dei deus est, audi beatum
 f. 26^r | Petrum apostolum ad Cornelium dicentem: uerbum, inquit, misit filiis 10 Act. 10, 36-38
 Israhel, annuntians pacem per Iesum Christum; hic est omnium dominus. uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam Iudaeam, incipiens a Galilaea post baptismum quod praedicauit Iohannes, Iesum a Nazareth, quomodo unxit eum deus spiritu sancto et uirtute, qui pertransiit 15
 benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabulo, quoniam deus erat cum illo. sine dubio non cum deo, sed cum Iesu a Nazareth, uncto spiritu sancto et uirtute, deus esse cognoscitur. nam quomodo non est impium unctum credere natura deum, cui sine dubio nulla ualet natura resistere? sed ille ungitur, qui erat proeliaturus contra diabulum. CATH. 20
 Versuta quidem fraude argumentaris, sed nullatenus a duorum filiorum praedicatione discedis. nam si Iesus a Nazareth, quem unxit deus spiritu sancto et uirtute, non est deus, ut asseris, quem deum praedicat propheta uenientem a Libano, dicens: deus Hab. 3, 3
 a Libano ueniet, et sanctus de monte umbroso et condenso? Nazareth enim ad istius montis radicem in partibus Galilaeae hodieque monstratur, ubi 25
 deus Iesus Christus, quem propheta uenisse a Libano praedixit, secundum carnem nutriri dignatus est. quod autem niteris approbare non esse natura deum Iesum Christum, sed unione dei et dignitate, ex eo quod dictum est: deus erat cum illo, miror te eundem dominum non audire dicentem: et non sum solus, sed pater Iob. 16, 32
 mecum est. est ergo natura deus Iesus Christus a Nazareth, sicut a propheta 30
 didicimus, et est deus cum illo, sine dubio pater. idcirco denique omnium dominus ipsius apostoli uoce monstratur. alioquin si ob id quod dictum est erat deus cum illo, non pater cum filio, sed deus filius cum Iesu Christo esse intellegendus est,
 f. 26^u | erit procul dubio omnibus prophetis aequalis uel certe Ioseph filio Iacob, quia et de eo scriptum erat: et erat deus cum illo. ipsi quoque Iacob proficiscenti 35 Gen. 39, 23
 in Charram, dicit deus: ero tecum sicut et cum patre tuo. et ideo Gen. 28, 15
 nimis (est) impium saluatorem omnium aequare saluatis.

126 (x) NEST. Aequalem neque prophetis neque Iacob aut Ioseph credimus omnium saluatorem, sed incomparabiliter excellentiorem, quia quamuis fuerit deus cum illis, non tamen sine uiri semine, sed nati sunt lege naturae, Christus autem dominus nouo 40
 natiuitatis modo ex spiritu sancto et Maria uirgine natus est atque in ipsa prorsus formatione Christus est factus. CATH. Si non est Christus aequalis prophetis aut Ioseph aut cuilibet sanctorum, erit certe iuxta uos aequalis Iohanni baptistae uel Hieremiae, qui in ipsa formatione sanctificati sunt, sicut dicit deus ad Hieremiam: priusquam te Hier. 1, 5
 formarem in utero, noui te, et priusquam exires de uulua, 45
 sanctificaui te. NEST. Non est Christus aequalis in uulua sanctificatis,

24 contenso L
 39 quauis L

26 nutri L
 43 certa L

37 est add. Cochlaeus

saluatis Cochlaeus salutis L

xviii Quod Christum, non carnem Christi a sancta trinitate creatum et resuscitatum asserant, quod dum docere conantur, iuxta Arrianos Christum creaturam credere deprehenduntur: —

xviii De eo quod dicunt »omousion diuidere est Christum dicere unum ex trinitate«: —

xx De eo quod aiunt: »quidquid ex aliquo esse dicitur, alterum ostendit ex altero, et ideo Christum non oportere unum ex trinitate fateri, sed unum in trinitate« et qua peruersitate hoc idem ab ipsis hæreticis memoretur: —

xxi Quod unam quidem personam Christum ex trinitate fateantur, Christum autem unum ex trinitate stulte denegent, et quod non ex duabus naturis, sed ex duabus personis unam personam propter unum filii uocabulum et dignitatem et auctoritatem Christum esse impie machinentur: —

xxii De eo quod asserant nihil nos adfirmare debere, quod non in scripturis canonicis continetur, et de (eo) quod dolose dicant sine Christo trinitatem non esse, et quod inuicte contra omnes pæne eorum uersutias opponatur illud quod scriptum Gen. 3, 22 est: ecce Adam factus est quasi unus ex nobis: —

xxiii De eo quod ipsum quidem dolose deum natum ex femina dicere uideantur, Christum uero unum ex trinitate nullatenus asseuerent, et de eo quod dicunt: »sufficit nobis hoc confiteri, uestris autem nolumus uti sermonibus«: —

xxiiii Quod callide dicatur ab eis: »si id ipsum iudicatis esse quod a uobis et a nobis dicitur, quomodo nos ut hæreticos æstimatis, quia uestris nolumus uti sermonibus, ne occasionem aliis hæreticis præbeamus«: —

xxv De eo quod dicunt nihil amplius oportere nisi quod uerbis synodi continetur, asserere, et quod hæreticos iudicent eos qui similiter ut ipsi respondent: »duas quidem naturas uerbis aliis dicimus; | uestris uero nolumus uti sermonibus, ne aliis hæreticis occasionem dare uideamur«: — EXPLICIUNT CAPITVLA: —

NESTORIANVS. Memini te et in superiori sermone, cum quæsitum fuisset (1) 18, 2 utrum in duabus naturis Christum crederes, respondisse: »in duabus, sed naturali conuentione unitis.« quod quia subito inter alterius quæstionis prorupit indaginem, dilatatum est ibi de eo aliquid quærere; nunc uero quoniam nimis impium et catholicis dogmatibus, quantum arbitror, creditur alienum deum uerbum naturaliter humanæ naturæ unitum credere, quonam modo hoc recte possit intellegi, si placet, primitus inquiratur. CATH. Multa quidem in superiore sermone disserentes, nullum apud te prouectum habere potuimus, quia mens non sanari sed uincere cupiens, auersa ab his quæ dicuntur, ad nihil aliud intenta est nisi ut inueniat quod pro suis partibus eloquatur. quapropter oportebat quidem nihil ulterius tecum de re summa disquirere; sed ne nos hoc defectu potius rationis quam modestia facere æstimes, cogimur contra propositum tuis obiectionibus respondere. itaque dixisti, ni fallor, deum uerbum naturaliter humanæ naturæ unitum credere impium esse et catholicis dogmatibus alienum; quapropter cur hoc arbitratus es, planius te conuenit explicare. NEST. Quidquid fit naturaliter, non uoluntate, sed necessitate fieri intellegitur, et ideo, si naturaliter deus uerbum propriæ carni unitus est, non iam misericorditer, sed impulsu naturæ hoc fecisse credendus est. CATH. Definis ergo uniuersa quæ naturaliter fieri dicuntur, necessitate fieri, non uoluntate? NEST. Hoc arbitror; denique | esuriem, sitim, somnum non uoluntate, sed naturaliter patimur. quod autem non fit uoluntarie,

13 eo suppl. Schw
ipsis quidam Cochlaeus

dolosi L
20 uolumus L

15 es L

27 crederes Cochlaeus credere L

16 ipsum quidem Schw ipsis quidam L ex
38/39 elienum L

geritur sine dubio necessitate naturæ. CATH. Hæc quæ dicis, compositæ et passibilis naturæ sunt propria; impassibili autem et incompositæ non est aliud naturaliter, aliud uoluntarie quippiam facere. prorsus unum atque id ipsum est, quia ibi non aliud est natura, aliud uoluntas, sed natura uoluntas est et uoluntas natura. idcirco deus uerbum, cui nulla uoluntas est accidens aut natura passibilis, cum dicitur naturaliter 5
carni unitus, non necessitate, sed uoluntate creditur hoc fecisse. alioquin quæro, utrum naturaliter deum credas esse an uoluntarie? si enim uoluntarie dixeris, sequitur ut non sit naturaliter deus; si autem naturaliter pergis asserere, erit ergo iuxta uos deus necessitate, non uoluntate, quod de deo credere magna dementia est. et ideo non est impium nec catholicis dogmatibus alienum deum uerbum naturaliter propriæ 10
carni unitum credere, ad excludendos eos qui naturam inuiolabilem non credunt naturaliter unitam naturæ passibili, sed personæ nescio cuius iam formatæ in utero hominis deum secundum gratiam siue secundum inlustrationem uel certe dilectionem fatentur unitum.

- (II) NEST. Compositionem quandam et confusionem mihi uideris introducere naturarum, dicens naturaliter naturas unitas. CATH. Quamuis ex diuinitate 15
et humanitate deum nostrum Iesum Christum compositum siue unitum esse fateamur, confusionem tamen naturarum penitus refugimus, quia utrasque naturas credimus manere perfectas. NEST. Conpositio contraria intellegitur unitati, quia aut con-
f. 32^u fusionem efficit aut non caret diuisione; ædificia | denique omnia, quæ compositione constant, nullo dubitante soluuntur, ea uero quæ a pigmentariis e diuersis rebus [naturis] 20
conponuntur, confusa in se sunt nec ulla res prorsus in eis optinet proprietatem. quo-
134 modo ergo uos indiuisas aut inconfusas naturas in Christo potestis dicere, qui Christum compositum prædicatis? CATH. Omne compositum passibile an impassibile asseris? NEST. Omnino passibile. CATH. De non composito quid opinaris? NEST. Profecto (in) impassibilitate subsistere. CATH. Christum passibilem an impassibilem 25
asseris? NEST. Post incarnationem prorsus passibilem. CATH. Cur ergo Christum filium dei uiui refugis compositum confiteri, quem sine dubio dicis esse passibilem? NEST. Secundum humanitatem uidelicet Christum compositum fateor, quia et secundum humanitatem eum passibilem credo, secundum diuinitatem autem incompositum, quia et impassibilem. CATH. Quid igitur? unum eundemque fateris ex diuinitate 30
et humanitate post incarnationem compositum, quem ante incarnationem constat fuisse incompositum? NEST. Non equidem, sed assumptum hominem compositum dico, eum uero a quo assumptus est, incompositum. CATH. Duos filios procul dubio credere deprehenderis; unum compositum, alterum incompositum. NEST. Negas ergo tu diuinitatis naturam esse simplicem et incompositam? CATH. Nullo modo 35
ego hoc denego. NEST. Compositum fateris hominem an incompositum? CATH. Compositum prorsus. NEST. Quomodo ergo negas Christum compositum esse et incompositum, quem sine dubio deum et hominem confiteris? CATH. Deum quidem et hominem filium dei confiteor, eos autem qui non unum eundemque Christum filium dei et incompositum ante incarnationem et post incarnationem compositum con- 40
f. 33^r fitentur, ualde refugio. NEST. | Contractionem quandam diuinæ naturæ prædicare cognosceris, eundem dicens et ante incarnationem incompositum et post incarnationem compositum. quomodo autem potest incircumscrip-
ta et ubique diffusa natura circumscrip-
tæ et in paruo loco constitutæ naturæ secundum compositionem uniri, nisi forte, ut dixi, aut deitatis contractionem aut carnis extensionem factam 45

19 diuisionem L 20 c Cochlaeus et L naturis del. Schw 25 in suppl. Schw
27 dici L 31 incarnatione I. 35 incompositum L 43 potest Cochlaeus post te L
45 deitas L ut L

impie fateris? CATH. Opinor corpoream te credere diuinam essentiam, quam modo contrahi ad carnem æstimas, modo extendi cum carne pronuntias. NEST. Absit hoc ab animo Christiano. CATH. Quid ergo sentis diuinam esse naturam? NEST. Virtutem procul dubio magnam et ubique totam. CATH. Totam ubique secundum totum eam dicis existere? NEST. Non utique secundum totum ubique est, sed aliter ab ea rationabilia, aliter inrationabilia, aliter autem omni sensu carentia continentur. CATH. Tota secundum totum in unoquoque rationali animali an particulariter esse cognoscitur? NEST. Particulariter certe inest, non secundum totum, quia singuli quique de plenitudine eius accipiunt. CATH. Quomodo ergo ubique tota est, quæ non est in unoquoque rationali animali tota, sed particulariter? et quomodo particulariter, quæ non est corpus, sed spiritus? NEST. Ipsa quidem ad se ipsam tota et secundum totum ubique est; quantum autem ad creaturam pertinet, non efficit, ut eam rationale animal sibimet adesse aut inesse sentiat nisi quantum ipsa iudicauerit. CATH. Deum uerbum in nullo dissimilem patri te credere opinor. NEST. Arrianorum et Eunomianorum, non catholicorum hoc dogma est, dissimilem patri filium in parte aliqua credere. CATH. Perfectum eum, sicut est patri æqualis, propriæ carni dicis unitum, an secundum aliquid unitum et secundum aliquid non unitum? Col. 2, 3 NEST. Paulus docuit: in quo sunt omnes | thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. CATH. Tota ergo et secundum totum, ut est perfecta dei uerbi diuinitas æqualis patri, carni unita est? NEST. Nullus hoc dubitat Christianus. CATH. Quid igitur? contractionem diuinitatis an extensionem carnis factam asseris, quia »non potest«, ut dicis, »incircumscripta et ubique diffusa natura circumscriptæ et in paruo loco constitutæ naturæ secundum compositionem uniri?« NEST. Neque diuinæ naturæ contractionem neque extensionem humanæ factam assero, quia hoc proprie corporum est, non autem spiritus et uirtutis, quæ carni uniri secundum compositionem non potest, præsertim incircumscripta, ut dixi, uerbi diuinitas et omnia continens. CATH. Compositum dicis subsistere hominem an incompositum? NEST. Compositum. CATH. Ex quibus rebus? NEST. Ex anima utique et carne. CATH. Animam consubstantiali carnem asseris an diuersæ naturæ? NEST. Diuersæ omnino. CATH. Vtrum quia non sit caro et sit corpus, quia, quamuis omnis caro corpus, non tamen omne corpus caro est? NEST. Nullo modo ego corpus dico animam esse. CATH. Quid ergo dicis? NEST. Spiritum sine dubio, sed non incircumscriptum. CATH. Totam fateris eam diffusam per singula membra an maiorem quidem partem eius in maiore membro, minorem uero in minore? NEST. Totam in unoquoque membro corporis sui eam esse credo, quia, licet sit circumscripta, partibus tamen eam constare nullo modo opinor, quia, truncatis membris corporis, ipsa integra perseueret. CATH. Si ergo anima, quæ non est corpus sed spiritus, carni secundum compositionem unita, nullam contractionem in minore, nullam extensionem in maiore patitur membro, sed sine sui confusione tota in maiore, tota esse creditur in minore, quo pacto diuinitas dei uerbi, secundum compositionem propriæ carni unita, contractionem aut extensionem siue confusionem sustinuisse credenda est? exemplo enim animæ ad carnem factæ unitionis, quam secundum compositionem fieri non negasti, omnes doctores ecclesiæ et illustres uiri | dei uerbi ad propriam carnem unitionem factam docere monstrantur. NEST. f. 34 Omne compositum partibus constare nulli est dubium, pars autem minus est quam totum; est ergo deus uerbum pars Christi, quem ex diuinitate et humanitate compositum asseris; et si deus uerbum pars est Christi, et deus uerbum iuxta uos minor Christo, cuius

6 eo L 7 unaqq L 14 te credere Cochlaeus decredere L 39 tota esse — minore in mg. add. L

33 feteris L 37 carnis L

et pars est. quod si pars Christi deus est, quomodo deus, si imperfectus est? CATH. Non est imperfectus deus uerbum, quia non ut perficeretur, assumptione carnis indiguit, sed ut caro perficeretur in melius commutata, carni se uniens compositus factus est, qui ante erat sine dubio summe simplex et incompositus perfectusque per omnia, utpote deus. scriptum enim de eo est quia bonorum nostrorum 5 Ps. 15, 2 non egeat. nihil enim illi contulit aut detraxit assumpta pro nostra salute humana natura, quam unitione sua ipse potius ineffabiliter glorificauit. neque minor est deus uerbum Christo, quia ipse est Christus, nec se ipso minor esse potest qui et adsumpta carne idem mansit deus, sine dubitatione perfectus. alioquin si et post incarnationem negatur Christus esse compositus, mansit ergo, ut erat antea, simplex et incompositus, 10 et quia res summe simplex et incomposita nullam omnino in se recipit passionem, sicut superius etiam ipse professus es, non est ergo iuxta uos Christus pro humana salute perpassus. si autem, simplex manens et incompositus, passus est, iam non simplex et incomposita natura est impassibilis. quod si simplex et incomposita natura impassibilis non est, ergo passibilis est Christi diuinitas. si autem Christi diuinitas impassibilis 15 permanet, sicut et uerum est, restat ut natura simplex et incomposita non sit passibilis, quia, quamuis Christus diuinitatis suæ simplicitatem et impassibilitatem etiam post unionem compositionemque conseruet, | tamen propter unitam sibi carnem iuste ad ipsam compositus esse credendus est. quapropter, dum non uis post incarnationem Christum fateri compositum, aut diuinitatis eius naturam compositam et passibilem conuinceris 20 credere, aut certe Christum, quem etiam post incarnationem simplicem et incompositum, ut erat antea, asseris, nullatenus passum pro humana salute testeris. NEST. Nec diuinam naturam passibilem credo, quam summe simplicem et incompositam dico, et Christum pro humana salute passum confiteor, quia non deum tantum, sed et hominem eum cognosco. quæro autem utrum compositionem hanc in uulua uirginis factam 25 asseras, an postquam peperit filium suum primogenitum. CATH. In uulua prorsus. nam quomodo deum natura crederem, quem secundum compositionem carni unitum fateor, si post partum compositionem naturarum adsererem? hæc enim nec compositio nec unio creditur, sed alterius in altero habitatio. NEST. Docuisti certe, quod multis hactenus uerborum ambagibus tegere uidebaris, compositionem nullatenus naturarum seruare proprietatem. CATH. Quonam modo compositionem docui naturarum 30 non seruare proprietatem?

(III) NEST. In eo quod inhabitationi eam contrariam iudicas. CATH. Sicut non confundit naturas unio, ita nec compositio, quia nec animæ aut carnis naturæ, quæ secundum compositionem unitæ sunt, confunduntur in sese. alterius autem 35 in altero inhabitatio prorsus duorum est; deus autem et homo non alter in altero est, sed idem deus, idem homo est.

(IIII) NEST. Quamuis secundum unionem unus idemque sit deus et homo, secundum naturas tamen alter deus est, alter homo. nam si ipse deus homo est etiam secundum naturas, quomodo non dicit: »soluite me«, sed soluite templum hoc, 40 Ioh. 2, 19 et in triduo suscitabo illud? | CATH. Miror te uoces euangelicas quas tuis credis assertionibus conuenire, memoria retinere, eas uero quas tuis partibus agnoscis esse contrarias, quasi numquam audieris, præterire. an uero qui dixit soluite templum hoc, non ipse post infusum a muliere super caput suum unguentum dixisse fertur: sinite eam, bonum opus operata est in me; 45 Mt. 26, 10. 12 mittens namque hæc unguentum hoc in corpus meum, ad

4 uniens *Cochlaeus* ueniens L erant L 11 recepit L 16 uerum *Cochlaeus* uerbum L
19 compositum L 23 summam L 30 ullatenus L

- sepeliendum me fecit? cernis non alium esse sepultum nisi eum cuius et templum est? NEST. Si ille sepultus est, cuius et templum est, restat ut templum nec solutum sit nec sepultum. CATH. Quoniam sub nomine templi alium sepultum, alium insepultum mihi uideris asserere, templum quid intellegis, si placet, lucidius manifesta. NEST. Mca expositione non indiget quod ab euangelista constat expressum; denique post illam domini uocem expositam dicente soluite templum Ioh. 2, 21 hoc, et in triduo resuscitabo illud, mox secutus adiunxit: hoc autem dicebat de templo corporis sui. CATH. Corpus hoc dei an hominis esse dicis? NEST. Hominis sine dubio assumpti. CATH. Si hominis assumpti hoc corpus est, corpus ergo hoc assumpti hominis templum est? NEST. Non est templum hominis assumpti, sed eius qui in ipso habitat inuisibiliter. CATH. Et quis est inuisibilis templo inhabitans? NEST. Deus procul dubio. CATH. Est ergo corpus non hominis assumpti, ut asseris, sed dei, cuius et templum est. NEST. Si corpus esset exanime, in quo inuisibilis deus habitaret, esset utique corpus dei, non hominis assumpti; uerum quia corpus animatum est, in quo habitat deus, est corpus non dei, sed hominis assumpti. CATH. Non ergo corpus, sed homo templum est dei, quia in corpore animato, quod est | sine dubio homo, asseris habitare inuisibilem f. 35^u deum. NEST. Num tibi hoc non uidetur? CATH. Absit; hoc enim omnino contrarium est euangelistæ expositioni, qui non dixit »hoc autem dicebat de templo hominis sui«, sed de templo corporis sui. NEST. Vt mihi uidetur, animam non 20 credis habuisse Christum? CATH. Procul a me omnino sit ista calumnia. NEST. Quomodo ergo quasi contrarium respuis, quod a nobis deus dicitur habitare in homine, si corpus et animam habere Christum fateris? CATH. Quia corpus non hominis assumpti, ut tu asseris, sed dei confiteor, cuius et animam esse credo, et ideo non deum in homine, sed deum in corpore prædico. alioquin nihil est aliud dicere deum in 25 homine, nisi hominem dei, sicque iam non deus homo, sed homo dei intellegitur Christus, quod de omnibus qui deo fideliter seruiunt, dici potest.
- Ioh. 6, 53 NEST. Si corpus dei est, non assumpti hominis, cur non est dictum: nisi (v) manducaueritis carnem dei, sed carnem filii hominis, non habebitis uitam in uobis? CATH. Quamuis caro sit filii hominis, ipsa 30 tamen caro filii hominis caro dei est. nam si caro dei non est, quomodo potest uitam æternam præstare credentibus? NEST. Quia hoc illi a deo sibi unito est præstitum. CATH. Si deo unita est caro, quomodo non est caro dei? NEST. Quia contra manifestam euangelii uocem inuerecunde contendis, quæro: quis est qui ad 139 passionem properans, dicit discipulis suis: accipite et edite ex hoc omnes; 35 cf. 27. 28 hoc est enim corpus meum, quod pro uobis frangetur in remissionem peccatorum? CATH. Ille est nimirum qui dixit: ego sum uia, ueritas et uita.
- Act. 3, 14, 15 NEST. Vita ergo manibus comprehenditur impiorum, uita crucifigitur, postremo moritur uita? et si uita est mortua, quis uitam mortuis præstare credendus 40 est? CATH. Si is qui uita est, non est crucifixus et mortuus, sperare uitam mortui nullatenus debent. uerum quia crucifixus est et mortuus is qui est uita, non me, sed beatum Petrum ad Iudæos audi clamantem: petistis, inquit, uirum homi- | cidam donari uobis, auctorem uero uitæ interemistis. f. 36^r NEST. Quamuis auctor uitæ proprie deus esse credatur, tamen quia et homines auctores 45 uitæ possumus appellare, qui disciplinam tradunt bene uiuendi, manifestius doce, si uales, crucifixam uel mortuam uitam. CATH. Quamquam non homines qui disci-

plinam tradunt bene uiuendi, sed deus solus auctor uitæ recte credatur, tamen etsi eum qui est uita, mortuum et crucifixum ex scripturis docuero, rursus ad alia te conuertens, dum non uis credere ueritati, superfluas quæstiones mouere non desinis. NEST. Si nollem cedere ueritati, numquam ea quæ me mouent, in medium discutienda proferrem; tu uero, dum non uales respondere obiectis, nobis quasi superflua quærentibus 5 insultas. CATH. Verum hoc omnino est quod non ego, sed ipse de quo agitur, tuis pro me respondit obiectionibus, teque suum aduersarium notans loquitur in Deuteronomio ad populum Israhel: et uidebitis, inquit, uitam uestram Deut. 28, 66 pendentem in ligno, et non credetis ei.

(VII) NEST. Et quomodo potest uita per se pendere in ligno? CATH. Illo 10 modo quo deus, qui est uera uita, factus homo creditur. NEST. Deus ergo a Iudæis est crucifixus? CATH. Non mihi, sed prophetæ crede dicenti: si affigit homo Malach. 3, 8 deum, quia uos configitis me gens tota. NEST. Falsum est omnino, numquam hoc in ecclesiasticis libris legitur, quamuis scriptum sit in Malachia propheta: si supplantat homo deum, quia supplantatis me uos 15 gens tota. CATH. Non est dubium, ita ut dicis, in antiqua contineri editione, in nouella uero illud quod a nobis est positum. uerum si tibi recens contemnenda uidetur editionis auctoritas, audi apostolum clamantem: dominum gloriæ 1 Cor. 2, 8 crucifixum.

140 (VIII) NEST. Si dominus gloriæ crucifixus deus credendus est crucifixus, est ergo et 20 f. 36^a Iacobus frater dei, quia et frater domini dicitur? | CATH. Non est alter deus, alter dominus, sed dominus ipse est deus, propheta dicente: scitote quod do- Ps. 99, 3 minus ipse est deus, et ideo recte omnino deus gloriæ a Iudæis creditur crucifixus nec est secundum hanc profetæ uocem contrarium ueritati Iacobum, fratrem domini, fratrem dei dicere secundum carnem. 25

(VIII) NEST. Noua quædam et intolerabilis doctrina hæc uestra est, quæ deum passibilem prædicat, cum de eo qui a Iudæis est crucifixus, Petrus apostolus in Actibus apostolorum manifeste testificetur, dicens: notum sit omnibus uobis Act. 4, 10 et omni plebi Israhel quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem uos crucifixistis, quem deus suscitauit a mortuis, in 30 hoc iste adstat coram uobis sanus, et iterum: certissime, Act. 2, 36 inquit, sciat omnis domus Israhel, quia dominum eum et Christum deus fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis. cum ergo a deo eum quem Iudæi crucifixerunt, dominum et Christum factum testetur apostolus, non in occulto est qui sit dominus gloriæ intellegendus, uel certe qui a Iudæis creden- 35 dus est crucifixus; neque enim in tantum erroris abruptum credo uos deuenisse, ut filium dei deum a deo factum dominum esse credatis. unde docemur per hanc apostoli sententiam et illam a te prolatam prophetæ uocem domini nomen non semper deum significare, sed aliquando tantum deum, aliquando hominem tantum, aliquando uero deum et hominem, et ideo non cogimur deum intellegere crucifixum, eo quod ab apostolo 40 dominus gloriæ dicitur crucifixus, nec quia Iacobus frater domini dicitur, fratrem eum credimus dei. CATH. De Iesu Nazareno, quod deus sit, arbitror me sufficienter tam ratione quam etiam testimoniis in superiore sermone docuisse, sed infidelibus totum nihil est; de eo autem quod magnum errorem esse iudicas deum factum dominum a deo credere, quia dictum est a Petro de Iesu crucifixo quia dominum eum et Christum 45

17 nouellam dicit Maxentius uersionem Hieronymi, cf. Hieronym. l. VI 976 Vall.

7/8 deuteronomium L. 9 creditis L. 21 dei Cochlaeus domini L. 36 abruptum L.
45 quia²] qua L.

deus fecit, | quæro: utrum, cum esset Iesus et tamen non esset dominus, factus est a deo dominus, an cum esset dominus, factus est a deo dominus? NEST. Quomodo, si esset dominus, a deo fieret dominus, cum fiat nemo quod est? sed quia non erat dominus, ideo a deo factus dicitur dominus. CATH. Erat ergo quando non erat Iesus dominus? NEST. Non erat, antequam fieret dominus. CATH. Quomodo ergo dixisti: »si esset dominus, non fieret a deo dominus, sed quia non erat dominus, ideo a deo factus est dominus?« NEST. Quia, antequam nasceretur, non erat qui fieret dominus, nec posteaquam natus est, factus est dominus, sed in ipsa prorsus uulua unitione filii dei factus est dominus. CATH. Alter ergo est filius dei, alter Iesus qui unitione filii dei fit dominus? NEST. Idem ipse est, sicut superius iam dixi, dignitate et auctoritate, non autem secundum naturas. CATH. Secundum naturas ergo duo sunt, sed dignitate et potentia unus est filius, et quis ex his formam serui accepisse credendus est? NEST. Non sunt duo filii, ut tu somnias, sed unus est filius dei, quem tamen Phil. 2, 6, 7 in duabus naturis unitis credimus, qui etiam, cum esset in forma dei, formam serui accepit. CATH. Accepit ergo filius dei, cum esset deus et dominus, formam serui et factus est seruus in forma serui, an hoc credere errorem fateris? NEST. Qui hoc non credit, prorsus paganus est. CATH. Si ergo non est error, filium dei deum, cum esset deus et dominus, utpote æqualis deo patri, in forma serui factum credere seruum, Ps. 115, 7 quia hoc etiam ipse de ipso testatur, dicens ad patrem: ego seruus tuus et filius ancillæ tuæ, non est omnino error filium dei deum secundum id quod factus est seruus, credere a deo patre dominum factum, et idcirco non, ut tu dicis, aliquando deus tantum, aliquando homo tantum, aliquando uero deus et homo, sed semper dominus intellegendus est deus et deus intellegendus est dominus, quia non alter | a deo factus dominus prædicatur nisi is qui formam serui accipiens, factus est seruus, cum esset ante sæcula dominus gloriosus, quem Paulus a Iudæis prædicat crucifixum. hinc est quod clamat ad patrem: pater, glorifica filium tuum ea gloria quam habuit apud te priusquam mundus fieret. numquid uox ista non illius est qui dixit: discite a me quia mitis sum et humilis corde? numquam enim filius dei deus a patre deo fieret dominus, nisi, cum esset <dominus> utpote deus, formam serui accipiendo factus esset seruus, nec se glorificari precaretur a patre, si non cum esset apud patrem, priusquam mundus fieret, gloriosus, semet ipsum sponte pro nostra salute humiliasset. fit ergo dominus et glorificatur a patre Iesus filius dei deus, non ea gloria quam non habuit, sed quam habuit apud patrem, priusquam mundus fieret. quapropter dubitandum omnino non est natura deum esse Iesum, quem sicut dominum a deo factum, ita etiam eum glorificatum a deo prædicat Petrus apostolus, dicens: Act. 3, 13 deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidem negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. NEST. Nisi hæc omnia propter unitiorem dei ad hominem factam credideris, diuinitatem procul dubio passibilem prædicare conuinceris. CATH. Diuinitatem quidem passibilem nullatenus prædico, deum autem carne passum omnino confiteor, quia Iesum Christum deum uerum agnosco. NEST. Nullo modo ego deum passum carne profiteor, quod in scripturis sanctis nullatenus legitur, sed Christum passum carne, sequens Petrum apostolum, fateor. CATH. Ego quidem utrumque confiteor, et deum passum carne et Christum passum carne, quia Christus super omnia deus est; tu autem ideo refugis deum passum carne dicere, quia Christum non credis deum esse. quod si Christum deum esse | non denegas, passum Christum carne hoc est omnino

5 quomo L

12 qui L

16 forma L

20 ancilla L

30 dominus suppl. Cochlaeus

quod deum passum carne dicere, quia Christus qui passus est, (est) sine dubio deus. NEST. Si id ipsum est deum passum carne quod Christum passum carne dicere, est ergo iuxta uos non solum filius, uerum etiam pater Christus, quia deus procul dubio etiam ipse est. CATH. Non est pater Christus, quamuis sit deus, neque id ipsum est deus, quod est Christus; filius autem ideo est Christus, quia non id ipsum est, sed 5 quia ipse est deus Christus. hac de causa utrumque confitentur catholici, et deum passum carne et Christum passum carne.

(x) NEST. Si deus est Christus, quis est qui dicit Iudæis: quid me uultis Ioh. 8, 40 occidere, hominem qui ueritatem locutus sum uobis? CATH. Ille omnino, de quo scriptum est quia quærebant eum interficere Iudæi, 10 Ioh. 5, 18 non solum quia soluebat sabbatum, sed quia dicebat patrem suum deum esse, æqualem se faciens deo. numquid relinquitur nobis adhuc ullus ambiguitatis scrupulus, quin credatur natura deus esse Iesus Christus? quia si gratia et non natura deus esset, numquam se æqualem faceret deo. NEST. Fallitur ergo Paulus dicens: per hominem mors et per hominem resur- 15 1 Cor. 15, 21 rectio mortuorum? CATH. Et quomodo per hominem potest esse resurrectio mortuorum, nisi sit ipse homo resurrectio, qui clamat in euangelio: ego sum Ioh. 11, 25 resurrectio et uita? et quia resurrectio et uita omnium non nisi, quia deus, est, procul dubio idem homo deus est, per quem resurrectionem esse apostolus prædicat. NEST. Ignarus ergo omnino huius sacramenti deprehenditur idem aposto- 20 lus, dicens: mediator dei et hominum, homo Christus Iesus? 1 Tim. 2, 5 CATH. Sicut non est huius sacramenti ignarus apostolus, ita nec sibimet ipsi contrarius, dicens: secundum aduentum magni dei et saluatoris Tit. 2, 13 nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro peccatis nostris. cum ergo homo Iesus Christus mediator dei et hominum magnus deus est, 25 f. 38^u qui dedit semet ipsum pro peccatis nostris, | non est omnino contrarium, sed unum 143 idemque deum passum carne et Christum passum carne modis omnibus confiteri. unde etiam ecclesia dei unius eiusdemque mirabilia et passiones agnoscit. quapropter si quis utrumque non confitetur, aut ut Iudæus fugiendus est aut cauendus ut Manichæus.

(xi) NEST. Callida quadam et subtilissima fallendi arte hactenus tibi aditus 30 fuit, nunc autem nullum tibi poterit esse suffugium, unius eiusdemque filii dei prædicanti mirabilia et passiones, cum apostolus manifeste ad Hebræos dominum Iesum Christum a deo uerbo per passiones doceat consummatum, dicens: decebat enim Hebr. 2, 10 propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per passiones 35 consummare. cernis a deo uerbo propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, procul dubio Iesum Christum, per passiones consummatum? quando ergo unius eiusdemque mirabilia et passiones credendæ sunt, cum per passiones alter ab altero consummetur? CATH. Magnum mihi omnino dedisti refugium magnaue mihi adaperata est ianua, in qua illo 40 me ducente ingressus, qui dixit: ego sum ostium, non callidis, ut asseris, ad Ioh. 10, 9 fallendum artibus, sed uerissimis potius documentis tuam inperitiam perfidiamque redarguam. nam cum apostoli sententiam non intellegas, alterum passibilem, alterum impassibilem dei filium prædicare conuinceris. nec enim, ut inperite asseris, deus uerbum salutis nostræ auctorem consummat per passiones, sed deus pater deum filium 45

1 est om. L 4 neque Schw que L 8 qui me uult L 13 quin L 19 procul bio L
27 idemque Cochlaeus eundemque L 43 nam cum Schw nondum L nam dum Cochlaeus 44 dei L
45 consumma L

- Iesum Christum, propter quem omnia et per que omnia, auctorem <salutis> filiorum, consummat per passiones. quis enim hic auctorem salutis filiorum per passiones consummatum alium permittitur intellegere nisi eum qui multos filios in gloriam adduxerat, propter
- Hebr. 2, 9 quem omnia et per quem omnia? nam cum superius dixisset: eum qui modicum quam angeli minoratus est, uidemus Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum, ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem, secutus mox intulit, dicens: | dece- f. 39^r bat enim, hoc est deum patrem, propter quem omnia et per quem omnia, auctorem salutis eorum uidelicet quos in gloriam adduxerat filiorum, qui etiam, cum esset æqualis deo, paulo minus quam angeli minoratus, gratia 10 dei patris pro omnibus gustauit mortem, per passiones consummare. sed manifestius hoc et lucidius in ipsius epistolæ principio perdoce-
mur:
- Hebr. 1, 1-4 Multifarie, inquit, et multis modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit heredem uniuersorum, per quem 15 fecit et sæcula. quicum sit splendor gloriæ et figura substantiæ eius portansque omnia uerbo uirtutis suæ, pur- 144 gationem peccatorum faciens, sedit ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. ecce auctor salutis, qui 20 multos filios in gloriam adduxerat, purgationem faciens peccatorum, quæ nulla utique
- Hebr. 9, 22 potest fieri sine sanguinis effusione, sicut alio loco idem docet apostolus, splendor gloriæ et figura substantiæ dei et portans omnia uerbo uirtutis suæ, fit etiam ipse melior angelis et sedit ad dexteram maiestatis, per quem facta sæcula prædicantur, qui paulo minus quam angeli 25 minoratus, gratia dei patris, sicut dictum est, pro omnibus gustauit mortem; de quo dictum est propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat. non est ergo alter deus uerbum, propter quem omnia et per quem omnia, nisi auctor salutis Iesus, qui purgationem faciens peccatorum, multos filios adduxit in gloriam, a patre per pas- 30 siones consummatum, sicut idem apostolus de eo ait: qui proprio filio non percipit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. NEST. | Nihil f. 39^u omnino agit intentio tua, nisi ut, quantum in se est, deum impassibilem et inmortalem passum et mortuum doceat. CATH. Quia negas deum eum qui pro humana salute est crucifixus, quæro: quem asseris incarnatum? NEST. Verbum procul dubio, 35
- Ioh. 1, 14 sicut euangelista testatur, dicens: et uerbum caro factum est et habitauit in nobis. CATH. Deus uerbum qui incarnatus est, ipse et passus est, an alius incarnatus, alius uero passus est?

NEST. Incarnatus quidem deus est, passus autem deus non est, sed caro <XII> dei. CATH. Magnam nobis spem de te ipso dedisti. nam qui hactenus carnem non 40 dei, sed assumpti hominis asseribas, nunc dei eam confessus es; uerum quia parum liquet quod dictum <est> »non est deus passus, sed caro dei, si placet, hoc edisserere manifestius. nimis enim absurdum esse uidetur quod dicitur; si enim caro dei passa est, quomodo deus carne passus non est? et si deus passus non est carne, quomodo caro dei est passa? nisi forte carnem exanimem et desertam a deo Iudæi crucifixisse credendi 45

1 salutis *add. Schw* 5 angelis *L* 6 gloriam et honorem *L* 16/17 substantia *L*
 21 gloria *L* 22 effusionem *L* docet *Cochlaeus* doctor *L* 23 et³ *Schw* est *L* 25/26 angelis
 minoratur *L* 42 est *add. Cochlaeus* edisserere *L*

sunt. quod quia nimis stultum est, carnem sine anima a Iudæis credere crucifixam, restat ut caro animata dei a Iudæis crucifixa credatur, quod est procul dubio homo. cui assertioni uestræ, hoc est non deum carne, sed carnem dei dicere passam, si credulitas ammittatur, quid aliud creditur nisi quia homo dei est passus? quod etiam (de) Petro et Paulo dicere fas est, quia et ipsi homines dei dicuntur et pro ipso sunt passi.

145
(XII) NEST. Deus quidem passus non est, quia deum passibilem prædicare sacrilegum est, sed deus sui corporis fecit proprias passiones. CATH. Proprietas multis intellegitur modis. nam et ecclesia corpus eius dicitur eiusdemque ecclesiæ f. 40^r facit deus proprias passiones, pro qua etiam in cælo positus clamat: | Sa u l e, Sa u l e, Act. 9, 4 quid me persequeris, et unusquisque fidelium membrum eius est, sicut idem 10 docet apostolus, dicens: u o s e s t i s c o r p u s C h r i s t i e t m e m b r a d e m e m - 1 Cor. 12, 27 bro; sed et panis ille quem uniuersa ecclesia in memoriam dominicæ passionis participat, corpus eius est. quapropter quomodo deum corporis sui proprias fecisse asseris passiones, exemplis te planum facere conuenit. NEST. Faciam quantum potuero, modo ut te ab hac intentione deuertam, quo ulterius desinas deum uerbum 15 passum carne asserere, quamuis caro dei sit passa. quæ non ita dicitur corpus dei ut ecclesia, nec ita ut panis ille quem in memoriam passionis Christi participat uniuersa ecclesia; sed dei ita dicitur corpus ut alicuius hominis proprium, quod indutus est, uestimentum, quod cum ab aliquo scissum fuerit, iniuria ad eum refertur qui [in] ipso indutus est. secundum hanc igitur rationem facit deus corporis sui proprias passiones. 20 CATH. Facit ergo proprias deus carnis suæ passiones secundum relationem, non secundum ueram et intimam proprietatem; et quomodo fecisse proprias deus carnis suæ passiones prædicatur a uobis, qui non secundum proprietatem, sed secundum relationem facit carnis suæ proprias passiones? quam autem proprietatem potest habere uestimentum ad eum qui ipso indutus est, cum nihil pertineat ad eius substantiam? neque enim 25 cum definimus quid sit homo, etiam uestimentum eius complectimur, quod utique non eiusdem constat esse substantiæ. facit ergo deus iuxta uos ecclesiæ suæ potius proprias quam sui corporis passiones. illa enim corpus dei dicitur, quia communicauit deus carni Hebr. 2, 14 et sanguini et caput factus est ecclesiæ, ecclesia uero per fidem rursus particeps eius Ephes. 5, 23 efficitur, accipiendo spiritum sanctum. a uobis autem corpus dei instar creditur uesti- 30 menti, quod nihil ad diuinitatis uel carnis eius naturam pertinere uidetur; Esaias autem uestimentum dei nihil aliud prædicat nisi carnem dei, dicens: q u i s i s t e e s t q u i Ies. 63, 1 uenit ex Edom, rubicunda ueste ex Bosor? quod si et tu uesti- f. 40^u mentum dei, nihil aliud | intellegis nisi carnem dei, superest ut siue scissionem uestimenti 146 siue passiones carnis ad eum retuleris, cuius uestimentum siue caro est, illius procul 35 dubio iniuria et illius passio credatur esse, cuius caro seu uestimentum est. NEST. Et ubinam corpus dei uerbi in scripturis sanctis legisti ecclesiam et non potius corpus Christi? CATH. Hac assertionem tua alterum facis Christum, alterum deum uerbum: quod si non (est) alter Christus, alter deus uerbum, sed deus uerbum ipse est Christus, sicut dicitur corpus Christi ecclesia, ita dicitur corpus dei uerbi. uerum si corpus 40 Christi non est corpus dei uerbi, quomodo dedisti superius carnem dei passam?

(XIII) NEST. Carnem dei dixi passam, non autem dei uerbi, quia deus est honore et dignitate Christus, cuius carnem dixi passam, propter inhabitantem in se deum uerbum. hinc denique et deum negaui passum, et tamen carnem dei passam confessus sum. CATH. Non est ergo deus uerus Christus, sed propter inhabitantem 45

1 animam L 3 carne L 4 de *add. Cochlaeus* 14 passionis L 15 quo Schw
quod L 19 in *del. Schw* 23 nobis L 32 dei dicens *Cochlaeus dicens L* 33 uesta L
bosar L 39 est *add. Cochlaeus* 41 domini L 44 negauit L

in se deum uerbum honore et dignitate seu potius nomine tantum secundum uos dicitur deus; et quomodo hoc non est contrarium illi sententiæ Iohannis apostoli? qua dicit: scimus quia uenit filius dei et dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerum et simus in uero filio eius Iesu Christo; hic est deus uerus et uita æterna.

NEST. Si non propter honorem et dignitatem inhabitantis dei uerbi deum dixeris Christum, profecto uisum et contrectatum facis ab hominibus deum. CATH. Si non est uisus et contrectatus ab hominibus deus, quomodo dicit idem Iohannes: Quod fuit ab initio, quod audiuius, quod uidimus oculis nostris et perspeximus et manus nostræ tractauerunt, de uerbo uitæ, et uita manifestata est et uidimus et testamur et adnuntiamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem et apparuit nobis? percurre singula, et uide uisum et contrectatum ab hominibus deum. denique uerbum uitæ, quod fuit ab initio apud patrem, quod ex lege et prophetis audierunt, uisum et perspectum oculis suis propriisque manibus contrectatum testificatur | tantus apostolus. et ne aliud uerbum præter id quod est deus apud deum, quilibet uisum et contrectatum temptaret asserere, mox sequitur: et uita, inquit, manifestata est et uidimus et testamur et adnuntiamus uobis uitam æternam, quæ erat apud patrem et apparuit nobis. NEST. Mentitur ergo ipse dominus, dicens: deum nemo uidit umquam? et apostolus loquens de deo: quem nemo, inquit, hominum uidit, sed nec uidere potest. et ad Moysen dicit deus: nemo potest faciem meam uidere, et uiuere. CATH. Si non est deus qui uisus est, quomodo ipse dicit: ecce qui loquebar, adsum; et propheta: deus manifeste ueniet, deus noster, et non silebit? NEST. Contraria ergo sibimet ipsi loqui credenda est scriptura diuina? CATH. Non est scriptura diuina sibimet ipsi contraria apud eos qui eam pie intellegunt, sed illis uidetur contraria, qui hæretico decepti spiritu non possunt quæ uera sunt, sapere. nam quia nemo corporeis oculis potest uidere naturam diuinitatis, quæ utique non est corpus, sed spiritus, dictum est: deum nemo uidit umquam; et: nemo uidet faciem meam, et uiuet. rursus, quia uidendus est ab hominibus deus in assumpta carne, docet præfiguratio illa facta ad Iacob; denique cum homine conluctatur in uisione idem beatissimus patriarcha et, benedictus ab eo, dicit: uidi deum facie ad faciem, et salua facta est anima mea. hinc et Thomas post resurrectionem domini, palpans et contrectans perfossum dominicum latus, exclamat: dominus meus et deus meus. NEST. Multum, licet nolens, nostris partibus profuisti. nam, cum diuina natura non sit corpus, sed spiritus, sicut tu quoque professus es, quæ natura uisa uel confossa sit, ambiguum non est; dubitantibus namque de se discipulis idem dominus: palpate, inquit, et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me uidetis habere. quapropter uisus et palpatus est dominus Iesus Christus, qui confossus est, quem cum agnouisset apostolus post resurrectionem, exclamat et dicit: dominus meus et deus meus. hinc euidenter apparet non esse deum Iesum Christum, quem ex mortuis resuscitatum uidit et contrectauit Thomas, nisi propter (inhabitantem) in eo deum, quem nemo procul dubio hominum uidet, et uiuet. CATH. Nullatenus propter inhabitantem, ut asseris, eum quem uidit et contrectauit, Thomas deum appellat,

2 qui (*superscr.*) L
nemi L 38 est L

9 quod uidimus quod audiuius L
confessa L

27 illius L

33 uisio-

44 inhabitantem *suppl. Cochlaeus*

quia procul est ab apostolica fide duos filios credere, sed ipsum prorsus, cuius fossuras contrectauit, dominum et deum suum esse testatur; apostolorum enim deus non dignitate, sed natura est deus. apertissime denique de eo qui uisus et contrectatus est, quod natura sit deus, Hieremias propheta testatur, dicens: hic deus noster, et non æstimatur alter ad eum; qui inuenit omnem uiam disciplinæ, et dedit eam Iacob puero suo et Israhel dilecto suo. post hæc in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est. quapropter uisus et conuersatus est deus homo Iesus Christus, ad quem non æstimatur alter. NEST. Si nullus alius deus æstimatur ad eum qui confossus et crucifixus est a Iudæis, quis est deus qui resuscitauit deum, cum non sit alter deus qui æstimetur ad crucifixum? CATH. Nullatenus tu recedis a propria intentione, quod Christum non aliud aliquid nisi unum ex illis credas, de quibus dicit deus: quonia in habitabo in illis et ambulabo, et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi in populum. NEST. Sed de nemine illorum dictum est quod de Christo testatur apostolus, dicens: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. CATH. Plenitudinem deitatis habitantem in Christo quid intellegis?

(xvi) NEST. Totam procul dubio trinitatem. CATH. Quartus ergo iam Christus est, in quo tota inhabitat trinitas. NEST. Ergo mendacem facimus Paulum, qui hoc asserit? CATH. Non est mendax Paulus, quia non trinitatem dicit in Christo inhabitare, cum Christum nesciat extraneum a trinitate. NEST. Si non inhabitat in Christo trinitas, quomodo in Christo omnis plenitudo deitatis inhabitat? aut enim non inhabitat plenitudo deitatis in Christo, si non inhabitat in Christo trinitas; aut si habitat plenitudo deitatis, procul dubio in Christo trinitas habitat. CATH. Et habitat plenitudo deitatis in Christo et non inhabitat in Christo trinitas, ne sit non trinitas, sed quaternitas. nam cum, nullo dubitante, pater et filius et | spiritus sanctus sit trinitas, quartus intellegitur omnino Christus, si in ipso inhabitat trinitas, et ideo non trinitatem Paulus in Christo docet inhabitare, dicens: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, sed patrem in Christo docet inhabitare. NEST. Si omnis plenitudo deitatis habitans in Christo solus pater intellegendus est, non relinquitur filio et spiritui sancto, ut sit deus. CATH. Plenum et perfectum deum asseris patrem, an perfectionem et plenitudinem eius filium et spiritum sanctum esse testaris? NEST. Plenum procul dubio et perfectum. CATH. Non ergo relinquit plenus et perfectus deus pater, ut sit deus aut filius aut spiritus sanctus? uerum si hoc impium est credere, restat ut non sit contrarium, immo potius ualde congruum ueritati patrem plenitudinem intellegere deitatis, quia sicut ipse plenitudo sua est, similiter et filius plenitudo, et spiritus sanctus plenitudo, et simul omnes, hoc est tota trinitas, non tres, sed una est plenitudo diuinitatis, quia et perfectus pater, et perfectus filius, et perfectus spiritus sanctus, et simul omnes non tres perfectiones, sed una perfectio. si enim filius, sicut de eo testificatur Iohannes, dicitur plenitudo (nos, inquit, omnes de plenitudine eius accepimus), quomodo pater esse negandus est plenitudo? NEST. Vna est deitas trinitatis et unus deus trinitas, an tres dii et tres deitates? CATH. Vna procul dubio deitas trinitatis et unus deus trinitas. NEST. Si ergo una est deitas trinitatis et unus deus trinitas, quomodo non inhabitat in Christo trinitas? * * plenitudo deitatis habitans in Christo, quæ una et sola est? CATH. Non est dubium apud nos Christum in duabu-

Baruch 3, 36—38

5

2 Cor. 6, 16 cf. Leuit. 26, 12

15 Col. 2, 9

(xvi)

f. 42r

149

33 testaris Cochlaeus testatur I.
 supplendo (an alia est praeter trinitatem)

38 diuinitatis superser. I.
 deitas I.

45 lacunam statuit Schæ. e. .

naturis unitis subsistere, una diuinitatis et altera humanitatis; et quia una et sola est totius trinitatis deitas, est ergo iuxta uos trinitas et humanitas Christus, qui ex deitate totius trinitatis, quæ una et sola est, et humanitate subsistit. porro si trinitas et humanitas est Christus, iam non habitat trinitas in Christo, sed est ipsa trinitas Christus.

NEST. Non est trinitas et humanitas Christus, et tamen ex deitate | per- 5 f. 42^u (XVII)

fecta et humanitate perfecta est Christus et habitat trinitas in Christo et non est quar-
Ioh. 14, 10 tus, ut tu autumas, Christus. pater enim, nullo dubitante, in filio habitat et filius in
patre, a quibus non separatur spiritus sanctus; filius autem deus, in quo inhabitat pater,

ita est in Christo mundum reconcilians sibi, ut propter coniunctum
2 Cor. 5, 19 sibi filium unus et ipse sit filius et Christus, et hac ratione habitat trinitas in Christo 10
et non est quartus Christus. CATH. Magna nimis est ista non ratio, sed absurditas.

nam cum hactenus trinitatem in Christo contendebas inhabitare, pro eo quod dictum
Col. 2, 9 est: quia in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corpo-

raliter, nunc iam non totam trinitatem, sed deum tantummodo filium in Christo
esse dicis pro eo quod scriptum est: deus erat in Christo mundum re- 15
concilians sibi. in quo tamen filio quia habitat pater et ipse in patre, a quibus

non separatur spiritus sanctus, rursus totam trinitatem secundum hanc uidelicet ratio-
nem asseris in Christo inhabitare; sed ideo, inquis, non est quaternitas, quamuis habitat
in Christo trinitas, quia deus uerbum ita inest Christo, ut propter coniunctum filium unus

sit filius et unus Christus. sed siue trinitatem siue deum uerbum inesse dixeris Christo, 20
quaternitatem omnino, non trinitatem prædicare conuinceris. NEST. Quonam modo,

siue trinitatem siue deum uerbum Christo inesse dixeris, quaternitatem, non trinitatem
prædicare conuincor? CATH. Quia trinitas pater et filius et spiritus sanctus est,

sicut superius iam diximus; qui si in Christo inhabitant, quartus intelletur sine dubio
Christus, in quo inhabitat trinitas. rursus, si inest Christo deus filius, non iam ipse 25
est Christus; et si ipse non est Christus, duo sunt omnino deus filius et Christus in quo

inhabitat, quamuis callide ad decipiendos simplices unum eos esse argumenteris. apo-
stolus namque superius docuit deum patrem, non deum filium inesse Christo mundum

sibi reconciliantem; denique ait: si qua in Christo noua creatura,
2 Cor. 5, 17 uetera transierunt. ecce facta sunt omnia noua, omnia 30
autem per deum, qui reconciliauit nos sibi per Christum.

quod si uidetur adhuc dubium quem deum dicat per Christum mundum sibi recon-
Ioh. 14, 10 ciliare, utrum patrem an filium, ab ipso domino doceamur: | pater, inquit, in me f. 43^r 150
manens, ipse facit opera sua.

NEST. Vna et æqualis an diuersa est uirtus et operatio trinitatis? CATH. 35 (XVII)

Vna prorsus. NEST. Vniuersa ergo quæ creantur, a tota trinitate creantur, an
Ioh. 5, 19 tibi hoc non uidetur? CATH. Omnia quæ facit pater, hæc eadem similiter et
filius facit, nec sine spiritu sancto pater aut filius aliquid faciunt. NEST. Omne

mortale creatum an increatum dicis? CATH. Omnino creatum. NEST. Si ergo
omne quod moritur, creatura est, ergo et Christus, pro nostris peccatis mortuus, crea- 40
tura est, et quia nulla est creatura quam non trinitas operetur, profecto Christus, quem

pro nostris peccatis mortuum credimus, a tota trinitate creatus est et resuscitatus a mor-
tuis, quia una est uirtus et operatio trinitatis. quod si non est contrarium ueritati

Christum creatum et resuscitatum, sicut ratio docuit, a tota credere trinitate, nec hoc
erit contrarium ueritati totam trinitatem fateri in Christo inhabitare, quem sine dubio 45
resuscitauit a mortuis. CATH. Impia omnino et sacrilega atque Arrianorum blas-

phemiis hæc assertio cœquanda est, quæ Christum non deum prædicat, sed creaturam. nec enim, ut impie argumentatus es, Christum pro nostris peccatis mortuum tota creat aut resuscitat trinitas, cum Christus mortuus pro peccatis nostris non extraneus uel alienus, sed unus ex ipsa sit trinitate. creatur quidem et resuscitatur a tota trinitate non Christus, sed caro sine dubio Christi, et quia caro non alterius, sed ipsius est Christi, 5 creat et resuscitat Christus semet ipsum secundum carnem cum patre et spiritu sancto. nam et apostolus non a trinitate, sed a patre resuscitatum Christum ita testatur dicens: Paulus apostolus, non ab hominibus neque per hominem, Gal. 1, 1 sed per Iesum Christum et deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis. nec enim quia dixit: non ab hominibus neque 10 per hominem, sed per Iesum Christum, deum eum tantummodo, non et hominem prædicauit, <sed> scribens Galatis, qui fuerant a Iudæorum pseudo-apostolis pæne decepti, sapienter sermonem temperat, ut nec deum mortuum a deo patre resuscitatum audientes scandalizarentur, duos sibi deos æstimantes ab apostolo prædicari, nec purum hominem crederent Christum a mortuis suscitatum. 15

f. 43^v (XVIII) NEST. Cum uelut impiam et Arrianorum blasphemiiis cœquandam assertionem meam arguas, quia dixi creaturam Christum, qui pro nostris peccatis est mortuus, quia 15^r omnis utique creatura mortalis, immortale autem est quod increatum est, et quaternitatem prædicare me æstimes eo quod dixi eundem Christum a tota trinitate creatum et a mortuis resuscitatum, tu omnino iuxta Arrianos omouision diuidere et quater- 20 nitate pro trinitate prædicare es deprehensus. CATH. Quamquam inperite nimis omnem creaturam mortalem esse definias, ubi tamen me omouision diuidere aut quaternitatem pro trinitate prædicare coarguis? NEST. In eo quod dicis unum ex trinitate. CATH. Doce ergo, quæso, quemadmodum hæc dicens, diuisionem ingeram trinitati uel quaternitatem in prædicatione trinitatis inducam. NEST. Omnia quæ 25 insunt factis, infectis inesse non possunt. infecta uero est trinitas, et, ut omittam cetera, inest factis etiam numerus, in numero autem ordo est primi et secundi, in ordine uero maioris minorisque gradatio. sed neque ordo neque gradatio potest accidere trinitati, et ea ratione qua ei non insunt quæ insunt numero, nec numerus inest ei. quapropter non est omnino ueritati congruum unum ex trinitate dicere Christum, quia unum numeri 30 constat esse uocabulum; et quia omnis numerus in diuisione est, diuidere est omouision unum dicere ex trinitate, quam constat in unitate, non in diuisione subsistere. CATH. Multis et superfluis ratiocinationibus nihil prorsus egisti nisi ut te post nimium laborem Sabellianum ostenderes, qui sicut unam naturam, sic unam et subsistentiam siue personam asserit trinitatis. si enim, ut tu uis, in nulla parte aderit numerus trinitati, 35 non iam trinitas, sed tantummodo unio tota secundum totum est; et si tota secundum totum unio est, quomodo trinitas? nisi forte nominibus tantum et non subsistentiis siue personis trinitatem iuxta Sabellium, sicut superius dictum est, et Paulum Samosatenum esse contendis. at si rebus et subsistentiis fateris |subsistere trinitatem et alium dicis 40 patrem, alium filium, alium autem spiritum sanctum, quomodo trinitas non numeratur? nam hoc ipsum quod trinitas dicitur, non nisi numerum significat. numeratur ergo trinitas et non numeratur; non numeratur secundum naturam, quia de ea scriptum est: et sapientiæ eius non est numerus, numeratur autem secundum Ps. 146, 5 personas, quia tres personæ trinitas, pater et filius et spiritus sanctus. ergo non solum singularis numerus in trinitate, uerum etiam pluralis ammittitur, licet non omnia ei 45 ammitti queant, quæ insunt numero. secundum pluralem namque numerum dictum

2/3 creata ut L 12 sed add. Schw 18 immortalis L 22/23 quaternitate L
31 diuisione L 35 adit L trinitati Schw trinitatem L 36 tota² Cochlaeus totum L
39 ac L 45 trinitatem L

Gen. 1, 26 est: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem no-
 Ioh. 14, 23 stram et: ueniamus ego et pater, et mansionem faciemus
 Ioh. 10, 30 apud eum et: ego et pater unum sumus, unum secundum naturam,
 non secundum personas. hinc docemur unum non esse numerum, quamuis sit origo
 uel principium numeri, quod solidum semper indiuisumque subsistit. alioquin si 5
 unum a te reputetur in numero, non solum secundum personas, uerum etiam secundum 152
 naturam trinitas numerabitur, et quia, ut dicis, omnis numerus in diuisionem cadit,
 a te potius, non a nobis omouision diuiditur, qui unum credis posse uel numerari uel
 diuidi. sed si unum, quod perfectum est et indiuiduum, non potest in diuisionem
 numeri aliqua ratione recedere, non diuidimus omouision, cum Christum unum ex 10
 trinitate esse ueraciter confitemur. neque enim omnia quæ numerantur, etiam rebus
 pariter diuiduntur, quamuis omnia quæ diuiduntur rebus, simul etiam numerentur.
 numeramus ergo, cum dicimus duas efficacias solis, splendorem uidelicet et calorem,
 nec tamen eas rebus diuidimus, quia tantummodo eas cognitione percipimus. similiter
 etiam numeramus, cum dicimus Christum dominum nostrum in duabus naturis unitis, 15
 sed non | ideo rebus easdem naturas diuidimus, quas sola tantum cognitione discernimus. f. 44^u
 trinitatem autem, sicut iam superius dictum est, secundum personas et numeramus
 et discernimus, quam tamen secundum naturam, quæ una et sola est, nec discernimus
 nec numeramus, quia unitas siue singularitas seu certe, quod melius dici puto, unio deitatis
 nec discernitur nec numeratur. dicitur ergo Christus unus ex trinitate et non diuiditur 20
 omouision, quia non secundum id quod numeratur trinitas, sed secundum id quod
 (non) numeratur, unus ex trinitate Christus asseritur, præcipue quia et unum nequa-
 quam, ut dictum est, reputetur in numero et omnia quæ intellectu numerantur, non
 1 Cor. 8, 6 protinus rebus etiam diuiduntur. hinc et Paulus: unus, inquit, deus pater,
 ex quo omnia, et unus dominus noster Iesus Christus, per 25
 quem omnia. quapropter tam ratione quam his diuinis testimoniis uana et inanis
 docetur illa tua multis syllogismis collecta conclusio, quæ dicit non conuenire ueritati
 Christum unum ex trinitate dicere, quia unum numeri proprium est, numerus autem
 omnis in diuisione est.

NESTORIANVS. Quidquid ex aliquo esse dicitur, aut per generationem aut 30 (xx)
 per processionem alterum ostendit ex altero; per generationem, ut a patre filius,
 deus enim ex deo dicitur; per processionem uero similiter spiritus sanctus, nam et de
 1 Cor. 2, 12 eo scriptum est: nos autem non spiritum huius mundi accepimus,
 sed spiritum qui ex deo est. quod si Christus ex trinitate est,
 aut per generationem alter est, et est filius trinitatis; aut per processionem alter est, 35
 quasi a trinitate procedens. et quod nobis dicere putatis, uos potius quartum et
 extraneum a trinitate Christum deprehendimini prædicare, dicentes eum esse ex trinitate.
 quapropter unum in trinitate Christum fateri, catholicum iudico, non autem unum ex
 trinitate. CATH. Sicut per generationem et per processionem alter ostenditur esse 153
 ex altero, ita et per creationem procul dubio alter docetur ex altero, quia et de creatura 40
 1 Cor. 8, 6 dicitur omnia ex deo. | quapropter qui Christum a trinitate creatum et resus- f. 45^r
 citatum asserunt, quartum eum euidenter extraneum a trinitate per creationem sta-
 tuunt; quod quia tu superius adstruere conatus es, ideo hic per generationem et pro-
 cessionem alterum esse docens ex altero, per creationem dicere noluit, ne contra te
 ipsum agere uidereris. nos autem neque per generationem neque per processionem 45

4 non^t Cochlaeus sumus L 13 efficias L 16 discernimus L 22 non add. Schw
 31 processionem Cochlaeus successionem L 33/34 accipimus L 36 (de) nobis dicere
 (posse) Schw 40 creationem Schw processionem L

neque per creationem, sed iuxta numerum Christum unum fatemur ex trinitate, sicut solemus unum quemlibet ex duobus uel tribus pluribusque specialiter demonstrare, iuxta quem modum nec deminutio fit nec augmentum eius numeri quo unus quilibet specialiter demonstratur. neque enim deminutus est uel auctus numerus apostolorum, cum dicitur: *unus ex uobis tradet me*; aut se ipsum Iohannes alienum 5 Mc. 14, 18 facit a duodecim aut tertium decimum probat, cum dicit de se ipso: *et erat recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat plurimum*; aut certe augmentum ibi aut deminutio aliqua facta est duorum discipulorum euntium Emmaus, cum dicitur: *et erat unus ex illis Cleopas*. 10 quapropter neque augmentum neque deminutio fit trinitati Christum dicere unum ex trinitate, sed speciali adsignatione unum eum ex trinitate esse monstrantes, et eos qui confusionem subsistentiarum prædicant, abicimus, et eos qui eum extraneum credunt a trinitate, alienos a catholica ueritate declaramus. quod quia tu ueritati hoc contrarium esse iudicas, aut subsistentiarum confusionem credere deprehenderis, aut extraneum a trinitate Christum prorsus intellegis. 15

f. 45^u dicere Christum et unum eum ex trinitate | denegare non catholicorum, ut asseris, sed illorum est proprium, qui Christum a trinitate creatum ita esse credunt in trinitate, ut non sit de trinitate, hoc est non eum secundum esse, sed secundum inesse cognoscant, sicut et unusquisque nostrum est in trinitate, quia unus est deus, in quo *ui uimus* Act. 17, 28 et *mouemur et sumus*, uel certe sicut <cum> dicitur »pater in filio«, alter 20 docetur in altero, ita cum esse dicitur Christus in trinitate, alius præter trinitatem inesse intellegitur trinitati, quod nihil est aliud nisi quaternitatem procul dubio prædicare.

<XXI> NEST. Nihil quod tibi obiciam, occurrit ulterius, nisi quia non unum ex trinitate, sed unam personam Christum ex trinitate melius arbitror confiteri, præcipue quia tres personæ sunt trinitatis. CATH. Catholicos non latet a quibusdam ita unam 25 personam dici Christum, ut tamen non ille qui pro nobis carne est crucifixus, una sit ex trinitate persona. non enim ex duabus naturis naturaliter unitis unam credunt 154 Christi personam, sed ex duabus personis per coniunctionem et gratiam copulatis unam personam Christi factam esse commemorant, dicentes Christum unam ex trinitate personam, unum Christum ex trinitate fateri nullatenus adquiescunt. 30 ex quibus te unum esse probas, quia unam personam Christum dicens ex trinitate, unum eum dicere ex trinitate declinas. quis enim tam stultus et uecors est, qui dicat: »Petrus ex hominibus una persona est, non est autem unus ex hominibus Petrus«? quapropter catholica est definitio deum uerbum dominum nostrum Iesum Christum cum propria carne unum fateri ex trinitate, licet non sit secundum carnem de substantia trinitatis. 35

f. 46^r <XXII> NEST. Numquam ego | Christum unum ex trinitate confiteor, quia in nulla hoc scriptura canonica legitur. exemplum autem illud quod de Petro proferre uoluisti, nihil ad causam pertinere cognoscitur, quia singuli quique homines ab inuicem sunt diuisi; quod de illa indiuidua et inseparabili trinitate credere omnino impium conprobatur. illud autem fatendum est quia sine Christo trinitas non est. CATH. 40 Si numquam nisi quod in scripturis canonicis continetur, te dicere protestaris, ubinam in ipsis legisti unum in trinitate Christum aut unam personam ex trinitate uel certe quod non sit trinitas sine Christo? quod cum dicitur, quis non intellegat quaternitatem eos qui hoc asserunt, prædicare? si enim non est trinitas sine Christo, est ergo trinitas cum Christo. nam et cum unoquoque nostrum est trinitas deus, qui non 45

6 ipsum L
31 probes L

20 cum *suppl. Schw*

29 commemorant L cum *asseuerant Schw*

de ipso, sed in ipso sumus, sicut iam superius, apostolo teste, probauimus. quartus est ergo Christus, cum quo est trinitas, pater et filius et spiritus sanctus. uerum quia Christum unum ex trinitate dicere ueritati contrarium iudicas, cuiusnam uocem illam
 Gen. 3, 22 esse dicis, qua dictum est: factus est Adam quasi unus ex nobis? NEST. Dei procul dubio. CATH. Plures ergo et non unus est deus, ex quibus unus dicit ad ceteros: factus est Adam quasi unus ex nobis? NEST. Non sunt plures dii, sed unus est deus pater et filius et spiritus sanctus. CATH. Quid ergo? huius dei, qui est pater et filius et spiritus sanctus, uocem illam esse profiteris? et si huius dei uox illa est, ad quem dicit: factus est Adam tamquam unus ex nobis? NEST. Deus procul dubio pater ad deum filium. CATH. Cum ergo pater et filius et spiritus sanctus sit procul dubio unus deus trinitas, cum pater ad filium dicat: ecce factus est Adam tamquam unus ex nobis, non tibi uidetur dicere tamquam unus ex nobis, hoc est qui sumus trinitas? NEST. Licet hoc dicat pater ad filium, ergo tamen, quod dicitur ab scriptura, etsi nolens, fateor; quod autem ipsis uerbis non exprimit, dicere omnino non audeo, sed sufficit mihi, ut calumniæ contentione caream, hoc tantum de filio dicere, quod in symbolo continetur, deum scilicet et filium et unigenitum patris natum | de spiritu sancto ex Maria uirgine. f. 46^u
 CATH. Sed deum natum ex uirgine etiam ille dixit, qui apud Ephesum condemnatus est, non quo uere et proprie natum confiteretur deum ex femina, sed propter unionem dei uerbi ad hominem factum, quem uirgo enixa est. 20
 NEST. Ego deum uerbum secundum carnem natum dico ex femina. CATH. <XXIII> Deum uerbum, quem natum dicis ex femina, extra trinitatem aut trinitatem aut unum ex trinitate profiteris? NEST. Neque trinitatem neque ex<tra trinitatem neque unum ex> trinitate deum uerbum confiteor, sed filium dei deum pro nostra salute ex femina secundum carnem natum passumque confiteor, tuis autem nolo uti sermonibus nec eum unum ex trinitate confiteor. CATH. Non meis, ut mihi uidetur, uis uti sermonibus, præsertim cum non mea, sed ueritatis hæc uerba sint, sed tuis potius uis abuti, more hæretico hoc ipsum quod dicitis, abnegando. nam et Arriani nobiscum tres personas fatentur, patrem et filium et spiritum sanctum, sed nolentes omousion dicere damnati sunt. similiter omousion Paulianistæ nobiscum prædicant, sed quia tres personas denegant trinitatis, hæretici iudicati sunt. æque ergo et hi qui deum quidem uerbum dicunt natum secundum carnem ex uirgine, sed nolunt confiteri eum unum ex trinitate, aut cum Sabellio unam personam totius trinitatis intelliguntur asserere aut alium nescio quem deum uerbum prædicare, non eum qui ex trinitate est, confutantur. NEST. Sed aliud est dicere tres personas et trinitatem unius essentia denegare aut omousion confiteri et tres personas nulla ratione recipere, quod rebus ipsis a ueritate dissentit, et aliud est rebus congruere et uerbis tantummodo dissonare. CATH. Quid ergo? catholicum esse dicis et ueritati congruum unum dicere Christum ex trinitate? NEST. Nihil uolo de hac re ulterius tecum conquirere. CATH. Mecum conquirere ulterius non alia te causa prohibet, nisi | quia sensu hæretico nescio quem deum uerbum, non eum qui ex trinitate unus est, iuxta Manichæos prædicare conuinceris. si enim non in sensu, sed tantum in sermonibus dissonares a nobis, probares utique catholicum esse unum ex trinitate Christum fateri. NEST. Non tibi uidetur id ipsum esse quod tu dicis, et quod ego, an tu alium nescio quem, non deum 40 f. 47^r

1 probabimus L 2 est Schw et 23/24 extra — trinitate Schw ex trinitate L 30 pau-
 linianistae L 31 sint L 32/33 con<fiteri eum> Schw cum L eum confiteri Cochlaeus 33 asa-
 bellio L 36 omousium L

156 uerbum Iesum Christum dicis esse unum ex trinitate? CATH. Ipsum sine dubio, nec alterum aliquando cognoui.

<XXIII> NEST. Si ergo id ipsum est, audes me hæreticum dicere, si tuis sermonibus uti nolueris, ne, dum tibi satisfacis, aliis hæreticis occasionem sui erroris uidear exhibere? CATH. Si ob id non est Christus fatendus unus ex trinitate, ne dare occa- 5 sionem uideamur hæreticis, non sunt confitendæ tres personæ et trinitas, ne demus Arrianis occasionem, nec rursus confitendum est omousion, ne similes uideamur Paulianistis. postremo negentur duæ naturæ, quia eas Nestorius semper et ubique professus est; quod si fiat, quid confitendum sit, nescio. uerumtamen, si quis tibi dixerit: »Christotocon beatam fateor uirginem, theotocon uero dicere nullatenus adquiesco«, 10 catholicum hunc an hæreticum esse pronuntias? NEST. Hæreticum procul dubio fateor, quia hoc iam synodus statuit, sicut et illa omnia quæ a te superius sunt prolata. CATH. Rursus qui tibi dicit: »unam naturam dei uerbi incarnatam et animatam anima rationali et intellectuali Christum confiteor, duas uero naturas fateri non audeo«; uel certe qui tibi dixerit: »ex duabus naturis credo Christum, in duabus autem eum non 15 possum credere, ne uidear occasionem dare hæreticis«, quid de talibus censes? num audes eos hæreticos dicere, cum aliis uerbis duas fateri naturas intellegantur in Christo, sed ne uideantur dare occasionem hæreticis, duas non adquiescunt uerbis ipsis exprimere? NEST. Tales ego non solum alienos a ueritate iudico, uerum etiam anathematizo; hæc namque et non alia causa est qua non communicamus Ægyptiis. CATH. Si 20 f. 47^u ergo et hos qui aliis uerbis | duas naturas prædicant, sed nolunt hoc idem ipsis uerbis exprimere, quamuis præpropere, tu hæreticos non solum censes, uerum etiam anathematizas, et eos qui Christotocon dicunt beatam Mariam, theotocon autem eam fateri non adquiescunt, similiter damnas, cum constat Christum deum esse et deum Christum, quomodo nos catholicos et non hæreticos iudicabimus eos qui dicunt deum uerbum 25 natum secundum carnem de uirgine et passum carne pro nobis et negant eum esse unum ex sancta et indiuidua trinitate, præcipue quia dicunt hoc catholicæ fidei nullatenus conuenire?

<XXV> NEST. Sed et duas naturas et theotocon dicere synodus definiuit, hoc autem nulla synodus statuit. CATH. Nihil igitur arbitraris dicendum præter id quod 30 synodicis litteris continetur? NEST. Nihil omnino. CATH. Si tibi ab aliquo fuerit obiectum, utrum deum patrem genitum an ingenitum fatearis, quid ei es responsurus? NEST. Ingenitum procul dubio. CATH. Si tibi dixerit: »hoc non accipio, quia nulla hoc statuit synodus?« NEST. Respondeo quia nec dicere uetuit. 157 CATH. Rursus, si tibi obiecerit trinitatem dici non debere, quia hoc nulla synodus statuit? 35 NEST. Hoc ipsum ei respondebo et nihil aliud, quia sicut dicendum non statuit, ita nec omnino prohibuit. CATH. E contra ille si dixerit: »sicut non uetuit, ita quod in uerbis non continetur conciliorum, dicere omnino non conuenit«, quid ad ista respondebis? NEST. Hæc de patrum possum scriptis ostendere. CATH. Sed et nos quod unus ex trinitate Christus sit, ex patrum scriptis ostendimus. NEST. Quamquam et hoc ex 40 patrum scriptis doceri facile credo, sed ego dicere nullatenus adquiesco nec tecum ulterius 158 sermonem conseram, sed meam tenaciter fouebo sententiam. CATH. Mirabar equidem uincere te posse humanam gloriam, ut nulla te confusio superaret, quatenus congruam

7 omousion in omousios corr. L

13 anima Cochlaeus in L

18 acquiescunt Cochlaeus

quiescunt L

19 ego Cochlaeus ergo L

24 acquiescunt Cochlaeus quiescunt L

25 iu-

dicauius L

35 si tibi Cochlaeus sibi superscr. L

37 ita Schw et L

39 patrum Cochlaeus

patre L

43 ut Cochlaeus et L

ueritati sententiam, quam hactenus inpugnaueras, diuina correptus auctoritate, reciperes; uerum quia apud te definitum est in tua <te> continere sententia quam ueram confessionem amore aeternae beatitudinis adprobare, nec ego te umquam aliud aliquid quam haereticum | iudicabo, qui deum uerbum dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nostra f. 48^r salute passus est carne, unum esse ex sancta et indiuidua trinitate non approbas; cui 5 est honor et gloria in saecula saeculorum. amen. MAXENTI IOHANNIS SERUI DEI DIALOGI LIBRI II EXPLICIT CONTRA NESTORIANOS

INCIPIT EPISTOLA QVAE DICITVR ESSE PAPAE HORMISDAE AD POSSESSOREM EPISCOPVM AFRICAE QVI EST CONSTANTINOPOLI

- 1 DILECTISSIMO FRATRI POSSESSORI HORMISDA. Sicut rationi congruit ut con- 10
sulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in erro-
rem qui non instruit ignorantem, nec quicumque aptius est studioso religionis quam
inquisitio ueritatis, quando facilius deuium uitat qui iter per quod gradiatur, rogat.
- 2 Sed priusquam respondendi curam de his quae dilectio tua percontatur, adgrediar,
libenter in litteris tuis fidei tuae me fateor inuenisse feruorem, cuius calore susensus 15
rediuuiam in illis partibus infidelium peruersitatem uigere suspiras. dignissimus dolor
qui dedita deo corda contristet; nec enim est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est igni-
3 culus caritatis, quia unum spiritalium uotum est salus inconcussa cunctorum. sed
non est ignota ecclesiis dei de huiusmodi procellis aut insueta tempestas; quamuis
rektoris sui gubernaculo inconcussa persistat, uariis tamen insurgentium fluctuum 20
4 laborat uexata turbinibus. nam unde est psalmidici uox prophetae? qui, ipsius
Ps. 128, 2 ecclesiae personam spiritu quo implebatur, assumens, saepe, inquit, expugna-
uerunt me a iuuentute mea; etenim non potuerunt mihi.
concutiunt, sed in nihilo praeualebunt. adhuc in area sumus, mixta sunt frumenta
cum paleis, gemunt boni consortia malorum; sed superest flamma non necessariis 25
5 et parata sunt horrea iam probatis. ubi terrarum non est ista permixtio? nos
fixis decet stare uestigiis; | proficiemus inter aduersantes propriis bonis, si erroribus f. 48^u
non inuoluamur alienis. probat enim uirtutis suae ualidum robur qui, cum inpel-
litur, non mouetur. ubi non uariae temptationis aculei? quales super hunc
fere iugem annum quorundam Scytharum, qui monachos praeferebant specie non 30
ueritate, professione non opere, subtili tectas calliditate uersutias et sub religionis ob-
tentu famulantia odiis suis uenena pertulimus, studentes eos ab interno uulnere medica-
2 Tim. 2, 14 bilis patientiae moderatione sanare, beati Pauli monita non tacentes: nolite uerbis

8 sq. Extat in *Collectione Avellana 231* [Corp. scriptt. ecclesiast. 35, 196 sq.] V = Val. 3787. uitia leuiores non attuli. eorum locorum lectiones, qui infra ab ipso Maxentio adferuntur, littera L¹ significauit

1 receperis L	2 te suppl. Cochlaeus	10 HORMISDA POSSESSORI EPISCOPO V
11/12 errore L	12 studiosae L	13 aequando L
suscensus L	sussensus V	succensus L ¹
16 partibus L ¹ V	17 contristet L ¹ V	18 inconcussa L ¹ V
19 ignata L	20 inconcussa L ¹ V	21 inconcursa L
22 est L om. L ¹ V	23 a L ¹ V	24 concutiunt L ¹ V
25 inuoluntate L ¹ V	26 est L om. L ¹ V	27 stare LL ¹
28 non inuoluntate L ¹ V	29 mouetur L ¹ V	30 moueatur L
31/32 obtentu L ¹ V	33 patientiae L ¹ V	34 penitentiae L
35 moderatione LL ¹	36 tenentes L	37 nolite L

contendere; ad nihil enim utile est nisi ad subuersionem
 7 audientium. sed quando uirus quod uiscera penetrarit, euellitur? quando
 corda male sibi credula ueritatis obtemperant institutis? quando induit oboedientiae
 humilitatem opinionibus suis uallata superbia? quando adquiescunt paci contentio-
 num studiis adsueti, sola certamina auentes de religione captare et mandata neglegere? 5
 8 numquam apud eos caritas nouo commendata praecepto, numquam pax dominico Ioh. 13, 34
 relicta discessu; una pertinacis cura propositi rationi uelle imperare, non cedere; con- Ioh. 14, 27
 temptores auctoritatum ueterum, nouarum cupidi quaestionum; solam putantes scien-
 tia rectam uiam qualibet conceptam facilitate sententiam; eo usque tumoris elati,
 ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse iudicium, nec in numero 10
 f. 49^r fidelium deputantes sequacem traditionis paternae, si suae uiderint | credere nolle
 sententiae; docti crimina serere, obtreccionum uenena componere, integrum ecclesiae
 corpus odisse, seditiones instruere, inuidiam concitare et pro oboedientia quae in cœno-
 biis principatum regularis obtinet disciplinae, obstinationem pertinacis amare superbiae.
 9 non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere; in publicum 15
 usque prodire conuentum, ad concussionem quietis circa regum etiam statuas incla-
 mantes, et, nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda ziza-
 niae apud illos dissipationem et discordiam commouissent, per quos adiutorio dei de
 regionibus eorum est pulsa dissensio. sero probauimus prophetica apostolum uoce
 dixisse in nouissimis diebus instare tempora periculosa et fore homines sui tantum 20 2 Tim. 3, 1. 2. 5
 amatores, habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes, itaque esse
 10 uitandos. hæc ideo dilectioni uestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc
 fuerint forte delati ignorantes quemammodum se <in> Romana urbe tractauerint, sub
 aliqua uerborum simulatione deciperent.

Hi uero quos uos de Fausti cuiusdam Galli antistitis dictis consuluisse litteris 25
 indicastis, id sibi responsum habeant, neque illum neque quemquam, quos in auctori-
 f. 49^u tatem patrum non recipit examen catholicae fidei, aut ecclesiasticae | disciplinae ambi-
 guitatem posse gignere aut religiosis praedudicium comparare. fixa sunt a patribus
 quae fideles sectari debeant instituta; siue interpretatio seu praedicatione seu uerbum pro
 populi aedificatione compositum, si cum fide recta et doctrina sana concordat, ammittitur; 30
 si discordat, aboletur. unum est fundamentum, extra quod quaelibet fabrica si 1 Cor. 3, 10
 consurgit, infirma est; super illud quisquis superaedificat, seu uilia seu pretiosa, con-
 11 sideret. errat autem is a uia, qui quam patrum electio monstrauit, exorbitat. nec
 tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a ueritate declinans.
 saepe ex his necessaria prouidentur, de quibus ipsi aemuli conuincantur, instructio, nec 35
 uitio dari potest nosse quod fugias, atque ideo non legentes incongrua in culpam ueniunt,
 sed sequentes. quod si ita non esset, numquam doctor ille gentium adquicuisset

1 enim LV om. L ¹	2 penetrarit V penetraret L ¹ penetret L	3 obtemperant LV ¹ obtemperet, e in a corr. L	5 studiis LV stimulis L ¹	6 auentes Cochlaeus habentes LL ¹ amantes V
9 quolibet L	conceptam L concepta V susceptam L ¹	tumores L	11 sequacem L ¹	12 sequatam L sequaces V
L ¹ V struere L cf. 54, 5	11 credere LL ¹ [corruptela Maxentio antiquior] cedere V	13 instruere	14 non ² L ¹ V om. L	15 ad LV et ad L ¹
dissipationem L ¹ dispensationem V dispensacionem L	16/17 inclamantes L ¹ V inclinantes L	18 illos LV eos L ¹	19 probabimus L	21 autem LV om. L ¹
22 credidimus LV credimus L ¹	23 quemammodo L	in V om. LL ¹	24 deciperent V	25 quos
decipere L [corruptela Maxentio antiquior esse uidetur] aliquos possint decipere L ¹	26 id V his L	27/28 ambiguitate L	29 sectare L	
V quod L	dictis V om. L			
32 infirma V infima L	aedificat V	35 prouidentur L		

1 **Thess. 5,** 21 **adnuntiare** fidelibus: omnia probate; quod bonum est, tenete. non
 12 **ab re** est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum miscere sermonem. fertur
 quidam nobilis arte pingendi, cum equum peniculo uellet explicare, asellum sibi pro-
 posuisse pingenti, asserens, non ut iumentum imitaretur informe, sed ne in alicuius
 deformis liniamenti similitudinem lapsus incideret. non inprouide patrum ueneranda 5
 sapientia fidei posteritati, quæ essent canonica dogmata, definiuit, | certa librorum f. 50^r
 etiam ueterum in auctoritatem recipienda, sancto spiritu instituyente, præfigens, ne
 opinioni suæ lector indulgens non quod ædificationi ecclesiasticæ conueniret, sed
 quod uoluntas sua concepisset, assereret. quid ergo calumniantibus opus extra
 constitutos ecclesiæ terminos porrigere quæstiones et de his quæ ita habentur dicta 10
 quasi dicta non sint, mouere certamina? cum Christiana fides canonicis libris et syno-
 dalibus disciplinis et patrum regularibus constitutis stabili et inconcusso tramite limi-
 tetur. de arbitrio tamen libero et gratia dei, quid Romana, hoc est catholica sequatur
 et seruet ecclesia, licet et uariis libris beati Augustini et maxime ad Hilarium et
 Prosperum abunde possit agnosci, tamen et in scriniis ecclesiasticis expressa capitula 15
 continentur, quæ, si ibi desunt et necessaria creditis, destinamus, quamquam qui dili-
 genter apostoli dicta considerat, quid sequi debeat, euidenter agnoscat. deus te in-
 13. **Aug. 520** columem custodiat, frater carissime. Dañ idus Augustas Fl. Rusticio ūc cons.

INCIPIT RESPONSIO MAXENTI IOHANNIS SERUI DEI ADVERSUS EPISTOLAM QVAM AD
 POSSESSOREM A ROMANO EPISCOPO DICVNT HAERETICI DESTINATAM 20

1 Quamuis semper inuicta maneat ueritas, numquam tamen aduersus eam se ad tollere 93
 desinit falsitas, et quia aperta fronte contra eam non est | ausa assurgere, ne mox uali- f. 50^r
 dissimis eius iaculis prosternatur, ipsius adumbrata specie aduersus eam dimicat, atque
 ita non solum leues et incautos, uerum etiam aliquando prudentes et graues decipit
 animos, quos cum suis opleuerit tenebris, cogit eos insano mentis iudicio detrectare 25 94
 quæ uera sunt, et approbare quæ sua sunt. nam cum non sit uirtus cuius non est
 origo ueritas, nec uitium quod non a mendacio sumit initium, nullatenus ueraciter
 uitiosum arguere posse credendus est auctor et defensor mendacii, et ideo non est mirum,
 si apud eos uirtus reputetur in uitium, qui deserti lumine ueritatis fallaciæ nebulis
 2 obcæcantur. hinc denique eos quos ad sui erroris dedecus inclinare nequuerint, 30 95
 inreligiosos, superbos et inuidos accusare non metuunt, cum hæc de illis potius integro
 et uero adseuerentur iudicio, qui erroris tenebris delectantur, non de illis qui fixis per-
 manent in ueritate uestigiis. nam cum suæ peruersitatis hæretici nequuerint reddere
 rationem, ad maledicta conuertuntur, et propria in eos mala traicientes quos prauitati
 suæ sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad decipiendos simplices æstimant aperire. 36
 3 agunt enim omnia callide, quo infamando et obtrectando catholicos, suam ualeant tegere
 turpitudinem, fingentes etiam aduersus eos quædam scripta sub eorum nomine qui

21 sq. litterarum Hormisdæ lectiones in locis quos adfert Maxentius, littera L⁹ significauit

1 nuntiari V	2 fert V	3 pintendi L	explicare L explicare perfectum V
3/4 proposuisse L profuisse V	5 deformis L formis V	6 posteritate L	definiuit L
definiunt V	10 quaestiones V que rationis L	12 disciplinis L	al. disciplinis V ^m m 1 præceptis V
14 et ³ L et in V	15 abunde L om. V	cognosci V	16 qui om. L
— carissime L om. V	incolomen L	18 Fl. — cons. om. V	17/18 deus
opleuerit uulgo subpleuerit L	29 in uitium Cochlaeus initium L	consulibus L	25 op-
Cochlaeus eis L	36 enim Cochlaeus eum L	30 decus L	34 eos

f. 5^r uidentur in ecclesia eminere, | quatenus omnium animos contra hos facile ualeant con-
citare. quapropter, quoniam quaedam fertur ab inimicis ubique epistola quasi a
Romano episcopo destinata, in qua multa inaniter contra Scytharum monachos digesta
repperiuntur, necessario consideraui ipsius epistolae dictis respondere eosdemque mona-
chos omni huiusmodi culpa liberos approbare. nec me quilibet rite arguat ad scriben- 5
dum pro eis leuiter prosiluisse, cum sciat nos debitores esse pro fratribus etiam animas
ponere.

4 Vnde securus iam hunc laborem, deo me adiuuante, aggrediens, primo, obsecro,
eadem epistola a pastore ecclesiae an sit potius ab inimicis, uideamus, composita.
ambigo enim quomodo illae sacerdotales litterae approbandae sint, quae nulla luce radiant 10
ueritatis nec aliquam in se doctrinae continent rationem. nam qui quemlibet quasi
errantem obiurgat nec instruit quid sequatur, non beniuolus doctor ostenditur, sed
criminator inuidus denotatur. unde non est facile credendum hanc illius esse epistolam
cuius fertur nomine titulata, praesertim cum in ea nihil, ut diximus, rationis aut conse-
quentiae repperiatur, sed tota criminationibus obrectationibusque uanis, quae solent 15

f. 5^v 5 ex rancore aduersantis procedere animi, uideatur referta. | nam si, ut haeretici uolunt,
uere ipsius est, ex ipso sui principio proprio auctori contraria penitus approbatur;
denique ita incipit:

44, 10—12 »Sicut rationi congruit ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos,
quia ipse impellit in errorem qui non instruit ignorantem.« 20

6 Doctoris certe dicta factis eius non debent esse contraria, quia tunc magnam ad
docendum probantur habere auctoritatem, quando inuicem se non destruunt. alio-
quin non ad aliorum instructionem proficiunt, sed sui potius confusionem demon-
strant. cum ergo non aliis, sed istis ipsis aduersus quos haec scripta sunt, monachis
responsum quaerentibus Romanus episcopus dare omnino distulerit eosdemque 25
post multa maris pericula longique itineris uexationem nec non etiam afflictionem
prolixi temporis quo eos apud se detinuit, uacuos et sine ullo effectu ad has partes
uenire compulerit, quod omnibus pæne catholicis notum est nec ipsi queunt haeretici
denegare, quomodo non sibi ipsi repperitur in hac epistola scripsisse contraria? si tamen
96 non est, quod magis credendum aestimo, ab haeticis ficta, qui ad conturbandos fidelium 30
animos et ad commouendam memorato uiro inuidiam ipsam sub eius nomine titulata

f. 5^r 7 ubique proferunt, perpetuam uolentes | inter ecclesias esse discordiam. alioquin
si, ut isti affirmant, haec Romani episcopi scripta credenda sunt, qualis iam iste sit qui
et ad haeticos epistolas dirigit et factis suis contraria scribere non confunditur, non
iam a me uolo quaerat, sed proprio iudicio prudens lector intellegat. nam si, ut dicit, 35
rationi congruit respondere consultos, cur ipse nullatenus adqueiuit dare responsum
interrogatus? unde iuxta propriam definitionem ipse ignorantes plenius impulsisse
conuincitur in errorem, qui recti tramitis indicia nullatenus adqueiuit requirentibus
demonstrare eosque quos legatus suus Dioscorus Nestorianae perfidiae laqueis compediuit,
filium dei unum negando esse ex sancta et indiuidua trinitate, nullo salubris doctrinae 40

44, 12—13 8 suffragio, liberare. rursus, si, ut sequens adiungit, »nihil est aptius studioso religionis
45, 8 quam inquisitio ueritatis«, quomodo inferius nouarum cupidus quaestionum accusat
44, 13 ueritatis inquisitores? et si deuia uitat, ut dicit, »qui iter per quod gradiatur, rogat«,

4 necessari L
tinet L 14 titulata L
42 inquisiti L

5 arguat Schw arguit L
41 ante liberare aliqua excidisse uidentur, e. g. erroris uinculo

8 obsecro Cochlaeus abscreto L

11 con-

cur deuia uitare uolentibus iter per quod graderentur, noluit edocere? an forte illis
 irleo dare responsum distulisse credendus est qui percontanti in hac pollicetur epistola
 respondere, quia suæ fidei eos iudicauit?

9 Sed utrum ita sit de Romano episcopo, suo loco uidebimus; nunc certe auctorem
 | huius epistolæ hæreticum esse, quisquis ille est, et inimicum catholicæ ueritatis non 5 f. 52u
 est dubium, quod mox ex ipsius dictis docebimus. denique ita sequitur:

»Sed priusquam respondendi curam de his quæ dilectio tua percontatur, aggrediar, 44, 14—18
 libenter in litteris tuis fidei tuæ me fateor inuenisse feruorem, cuius calore succensus
 rediuuiam in illis partibus infidelium peruersitatem uigere suspiras. dignissimus
 dolor qui dedita deo corda contristet, nec est apud eos lapsus inlamentabilis, apud quos 10
 est igniculus caritatis, quia unum spiritalium uotum est salus inconcussa cunctorum.«

10 Catholicorum atque fidelium in hac urbe, eorum dumtaxat qui uere fideles sunt,
 ambigit nemo Possessorem, ad quem et de quo hæc iste scribit, non solum non confiteri
 Christum filium dei uiui unum ex sancta et indiuidua trinitate, sed et aduersari eis 15
 qui hoc fiducialiter confitentur, atque infideles et perfidos nefanda accusare temeritate.
 unde denique ad hoc ubique hanc ipsam inpudenter proferunt epistolam, quatenus et
 Christus filius dei unus negetur esse ex sancta et terribili trinitate et Nestoriana prauitas
 11 a suis fautoribus libere ualeat prædicari. quis ergo iam dubitet hunc qui se huius fidei
 feruorem libenter in eius litteris inuenisse testatur, unum ex eorum numero esse qui huic 20
 sanctæ sententiæ impie contradicunt? suspirat namque idem Possessor, non fidei, ut
 iste dicit, sed, ut ueritas docet, hæretico calore succensus, nec quia infidelium | per- f. 53r
 uersitatem uigere in his partibus uidet, sed quia fidelium assertiones ferre non potest, 97
 ingemescit, unde iam non dignissimus, sed ualde turpissimus dolor talium conprobatur,
 qui non deo, sed errori dedita corda fidelium æmulatione contristat, nec apud eos cari- 25
 tatis igniculus inueniri posse credendus est, qui prauitatis suæ malitia excæcati lapsos
 et lamentabiles iudicant qui armis catholicæ ueritatis instructi hæreticorum inimica
 destruunt argumenta, quia reuera unum spiritalium, non autem hæreticorum uotum
 est salus inconcussa cunctorum.

Post hæc ita sequitur:

30

12 »Sed non est«, inquit, »ignota ecclesiis dei de huiusmodi procellis aut insueta 44, 18—24
 tempestas; quamuis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, uariis tamen incur-
 santium fluctuum laborat uexata turbinibus. nam unde est psalmidici uox prophetæ?
 Ps. 128, 2 qui ipsius ecclesiæ personam spiritu quo implebatur, assumens: s æ p e , inquit, e x -
 p u g n a u e r u n t m e a i u u e n t u t e m e a ; e t e n i m n o n p o t u e r u n t 35
 m i h i . concutiunt, sed in nihilo præualebunt.«

13 Vera dei ecclesia, cui non sunt hæreticorum ignotæ procellæ, non est illa quæ Chri-
 stum gratia, non natura deum confitetur, sed illa quæ deum uerum, et ob hoc unum
 ex trinitate prædicat Emmanuhelem. propterea denique uariis incurstantium fluc- 40
 tuum laborat quidem uexata turbinibus, sed nullo pacto subruitur. manet namque
 semper immobilis, quia ueri dei regitur gubernaculo. aduersus hanc omnes hæretici,
 | tam qui ab ea manifeste abscisi atque diuisi sunt, quam hi qui intra eam positi spiri- f. 53r

2 epistole L
 15 eos L

10 nec L nec enim L^{IV}
 17 profer L
 22 succensus L

10 apud quos eos L quibus L^{IV}
 32/33 incurstantium L insurgentium L^{IV}

taliter ab ea dissentiunt, quos fortiter sancta fidelium tolerat caritas, semper arma corripiunt eamque falsis criminationibus insectari non desinunt atque eos quosuis potuerint inretire erroribus, in eius nituntur inuidiam concitare. sed in nihilo prævalent, quia ueraciter a deo uero, quem colit et prædicat, illi promissum est nullatenus aduersus eam Mt. 16, 18 portas inferi præualituras. huic denique illud procul dubio propheticum conuenienter 5 competit testimonium, quod quasi ex persona eiusdem ecclesiæ iste protulit, dicens: sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea; etenim non potuerunt mihi.

14 Sed iam nunc ea quæ secuntur, consideremus:

44, 24—26 »Adhuc«, inquit, »in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni 10 consortia malorum; sed superest flamma non necessariis et parata sunt horrea iam probatis.«

In his remorari diutius superfluum aestimo. quis enim nesciat, sicut frumentis horrea, ita paleis flammam esse paratam? sed in hac area, hoc est in ecclesia, in qua mixta sunt frumenta cum paleis et gemunt boni consortia malorum, quis eos necessarios aut certe non ut paleas perpetuo igni cremandos esse iudicet, qui, ore sacrilego 15 natura deum negantes Emmanuhelem, a catholica ueritate desciscunt, et apostatæ f. 54^r effecti, armis propriæ impietatis aduersus eam | quæ cos genuit, dimicant? sciendum 98 tamen posse etiam ueræ professionis amatorem, si in malis operibus conuersetur, inter non necessarias paleas deputari, numquam autem fautorem falsæ professionis posse inter frumenti optima grana connumerari, etiamsi bonis uideatur operibus decoratus, 20 quia nullatenus illa opera bona sunt iudicanda, quibus non est ueritas fundamentum.

His adiungit et dicit:

44, 26—28 15 »Sed ubi terrarum non ista permixtio? nos fixis decet stare uestigiis; proficiemus inter aduersantes propriis bonis, si non inuoluamur erroribus alienis.«

Cum ubique terrarum permixtionem istam esse non ambigas, cur in qua parte 25 fixis deceat stare uestigiis, omnino non explicas, præsertim cum hoc doctrinæ exigat ratio, ne minus instructi, qui te audiunt, alienis inuoluantur erroribus, nisi quia callide tuam niteris occultare perfidiam? sed te splendore suo detegit catholica ueritas et iuxta cetera mala etiam superbissimæ Pelagianæ perfidiæ inuolutum erroribus cunctorum oculis anteposit, qui inter aduersantes non dei munere, sed propriis bonis proficere 30 te posse tumida elatione confidis, quia si propriis bonis et non dei auxilio inter aduersantes posset proficere natura humana, numquam propheta spiritu dei repletus oraret dicens: perfice gressus meos in semitis tuis, ut non mouean - Ps. 16, 5 tur uestigia mea.

16 Adhuc sane antedictæ hæreseos spiritu animatus sequeris et dicis: 35

44, 28—29 »Probat enim uirtutis suæ ualidum robur qui, cum impellitur, non mouetur«,

cum non semper, sed tunc quilibet utiliter | et salubriter non moucatur impulsus, quando a ueritate fidei non deicitur diuersis temptationibus inquietatus. frequenter f. 54^u etenim imperiti errorem pro ueritate defendunt et in falsis bonis seu potius in ueris malis pertinaciter perseuerant, quod non probatæ uirtutis est ualidum robur, sed in- 40 probabilis uitii inbecilla temeritas. sed quis sua uirtute et non auxilio crucifixi

12 remorare L superfluum L 16 desciscunt *Cochlaens* desciscum L 23 non *LV* non est *I.*^o 24 non — erroribus L erroribus non inuoluamur *I.*^o 28 detegit L 31 deo L 36 uirtus L

Acta concilliorum oecumenicorum. III, 2.

in ueritate fidei se immobiliter posse perseuerare confidit, nisi qui utique superbiæ spiritu excæcatus euidenter diuinis contradicit eloquiis? cum propheta non nisi

Ps. 117, 13. 14 diuini muneris hoc opus esse testetur, dicens: impulsus uersatus sum, ut caderem, et dominus suscepit me. fortitudo mea et laus
Ps. 93, 18 mea dominus, et factus est mihi in salutem, et iterum: si dicebam, »motus est pes meus«, misericordia tua, domine,
Ps. 35, 12 a uiuabat me. et rursus, ne contraria moueretur impulsione, orat dicens: non ueniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moueat me.

17 His denique ita præmissis, specialiter iam contra eos pro quibus agimus, monachos iracundiæ facibus accensus et inuidiæ stimulis incitatus totus intendit, et, licet eos, publicam ueritus conscientiam, manifeste hæreticos non audeat accusare, oblique tamen et callide hoc uult de eis intellegi, dumque ipsos iniquis inpudenter obtrectationibus lacerat falsisque criminationibus nititur offuscare, se ipsum tætri erroris nigredine adopertum cunctorum aspectibus anteponeat. adiungit namque et dicit: 15

»ubi non uariæ temptationum | aculei? quales super hunc fere iugem annum f. 55^r 44, 29-45, 2 quorundam Scytharum, qui monachos præferebant specie non ueritate, professione non opere, subtili tectas calliditate uersutias et sub religionis obtentu famulantia odiis suis uenena pertulimus, studentes eos ab interno uulnere medicabilis patientiæ moderatione sanare, beati Pauli monita non tacentes: noli uerbis contendere; 20 ad nihil utile est nisi ad subuersionem audientium.«

2 Tim. 2, 14

18 Principalis professio omnium in commune Christianorum est uiam ueritatis et caritatis duce Christo uigilanter ingredi. quapropter si professione saltem aut specie esset iste catholicus qui specie et professione tantum, non opere et ueritate religiosos eos contra quos agit, audet dicere monachos, credi forsitan poterat recto de eis hæc et uero exaggerare iudicio. at uero ubi inimicum eum catholicæ ueritatis sua ipsius dicta redarguunt, quis ambigat hæretico eum spiritu exagitatam inique hæc omnia aduersus eosdem monachos euomuisse? neque enim illi <qui> catholica sequentes dogmata, Christum filium dei uiui unum confitentur esse ex sancta et unius essentiæ trinitate, sed iste potius qui hoc impie denegat, subtili tectas calliditate quasdam uersutias machinari ac fidelium animos inquietare et sub obtentu religionis famulantia non tantum odii, sed et erroris sui uenena per omne corpus ecclesiæ uelle diffundere manifestissime confutatur, præsertim qui hanc sanctam et catholicam uocem temptationis sibimet aculeum esse testatur. | an forte non est catholicum Christum filium dei uiui unum confiteri ex sancta et indiuidua trinitate? pro hac etenim sola sententia Scytharum monachos constat ad Romanum fuisse profectos episcopum, sicut omnibus pæne non solum in hac regia urbe, uerum etiam in uniuersa Italia catholicis notum est. nam et ipsi hæretici, ut superius dictum <est>, ad hoc ubique hanc ipsam cui respondimus epistolam proferunt, quatenus et sæpe dictis monachis inuidiam concitent et omnes quasi ex auctoritate eiusdem Romani episcopi prohibeantur Christum filium dei unum confiteri ex trinitate. sed quis hanc sententiam catholicam non esse ausus est profiteri, quam uniuersa ueneratur et amplectitur dei ecclesia? confidenter etenim dicere audeo, non quia <si> per epistolam, sed si uiua uoce hic in præsentem positus

1 utique *Cochlaeus* uti se L 3 numeris L 12 publica — conscientia L hereticus L
21 nihil L nihil enim L^oV subuersione L 23 salutem L 28 qui *suppl Cochlaeus*
35 sanctæ L 38 est om. L 42 confidenter *Cochlaeus* confitentur L 43 si om. L

idem Romanus prohiberet episcopus Christum filium dei unum confiteri ex sancta et indiuidua trinitate, numquam eidem dei ecclesia adquiesceret, numquam ut episcopum catholicum ueneretur, sed omnino ut hæreticum penitus execraretur, quia quisquis
 100 hoc non confitetur, non est dubium esse quod Nestorianæ perfidiæ tenebris excæcatus
 quartum et extraneum a sancta et ineffabili trinitate eum qui pro nobis crucem susti- 5
 20 nuit, prædicare contendat. sed absit ut ex qualibet parte catholicæ professioni
 Romanus episcopus contradicat. numquam etenim Scytharum monachos, quos
 non simplici sermone, sed etiam scriptis Christum filium dei unum ex trinitate nouerat
 f. 56^r confiteri, | per quattuordecim pæne menses, quamdiu eos ibi detinuit, <sibi> communicare
 permisisset, si, ut hæretici uolunt, hanc prædicationem catholicæ fidei contrariam iudi- 10
 caret, qui etiam, ut se a prauitate proprii legati purificaret, multis idoneis uiris præsen-
 tibus, Romanum uirum gloriosissimum magistrum militum deprecatus est, quatenus
 sua uerba piissimo imperatori insinaret, quæ fuere huiusmodi: »nisi Christum filium
 dei, qui pro nobis passus est carne, unum esse ex sancta et indiuidua trinitate fuerit
 21 confessus Dioscorus, pelago demergatur.« unde quis facile credere audeat hanc 15
 a memorato uiro, ut sæpe diximus, directam epistolam? nisi forte, quod de tanto
 antistite credere inportunum est, a memorato Dioscoro postea deprauatus, contra suam
 ipsius sententiam hæc scripsisse credendus est. uerumtamen, siue ab hoc siue a
 quolibet alio hæc sit scripta epistola, non est dubium auctorem eius esse hæreticum,
 qui contentionem uerborum et subuersionem audientium iudicat Christum filium dei 20
 uiui unum fateri ex trinitate. apostolus etenim non ueridicas assertiones, ex quibus
 fidelium animæ ædificantur et hæreticorum prauitas confutatur, sed inanes et ueritati
 22 contrarias docet esse uerborum contentionem subuersionemque audientium. alioquin
 numquam nos scriptura diuina ammoneret, dicens: ne confundaris loqui Sir. 4, 33
 uerbum pro anima tua, et pro ueritate certa usque ad mor- 25
 f. 56^v tem; numquam etiam idem apostolus contradicentes Iudæos | siue gentiles reuincere
 potuisset, nisi legitime decertasset. hinc denique inter cetera, ubi de electione
 episcopi proprium in fide filium instruit, præcipit, dicens: amplectentem eum, Tit. 1, 9—11
 qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens
 sit exhortari in doctrina sana et contradicentes reuincere. 30
 sunt enim multi inoboedientes, uaniloqui et seductores,
 maxime qui de circumcissione sunt, quos oportet redargui,
 qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet,
 turpis lucri gratia. quocirca non est mirum si catholica sanitas uulnus
 ab hæreticis æstimetur, sicut et ab hoc qui studium medicabilis patientiæ moderatione 35
 adhibuisse se iactat, quo Scytharum monachos a proprio sanaret uulnere.

Vnde sequitur:

45, 2—5 23 »Sed quando«, inquit, »uirus quod uiscera penetrarit, euellitur? quando corda
 male sibi credula ueritatis obtemperant institutis? quando induit obædientiæ humili-
 101 tatem opinionibus suis uallata superbia? quando adquiescunt paci contentionum 40
 stimulis adsueti, sola certamina auentes de religione captare et mandata negligere?«

24 Non est dubium catholica dogmata, sicut fidelibus salutifera, ita esse mortifera

6 professionis L 8 simplicis L 9 detinuit *superscr.* L sibi *add.* *Cochlaeus* 10/11 iudicare L
 26 *post etiam repetit* usque ad — etiam L 28 proprio — filio L instruet L 30 exortare L
 31 enim] eum L 34 turpi L 38 penetrarit V penetraret L penetret L^s 41 stimulis L
cf. 52, 10 studiis L^sV 41 auentes *Cochlaeus* habentes LL^s amantes V regione L

2 Cor. 2, 16 infidelibus. hinc denique beatus apostolus quibusdam odorem se dicit esse uitæ in uitam, quibusdam uero odorem mortis in mortem, ex quibus unus iste esse omnino conuincitur qui sanctam et ueritati conuenientem Scytharum, immo uniuersæ ecclesiæ professionem uirus noxium arbitratur. nec inmerito; uidet namque propriæ perfidiæ hanc esse sententiam | sine dubio peremptoriam, quæ ab eorum uisceribus, quos 5 f. 57^r diuina custodit gratia, ideo numquam euellitur, quia eius uitalis suauitudo nutrit et fouet corda fidelium. hic autem idcirco nullatenus huius gratiæ suauitudini adquiescit, quia, sicut ipse ait, »numquam male sibi credula corda ueritatis obtemperant institutis, numquam induit obœdientiæ humilitatem opinionibus suis uallata superbia«. unde non iam illi qui hæreticam pacem refugiunt, sed iste potius contentionum stimulis 10 adsectus penitus conprobatur, qui ueritati impie resistens a catholica pace dissentit. nec mandata Christi neglegunt, sicut inique obloquitur, sed omnino custodiunt qui non falsa, sed uera exercent pro catholica religione certamina.

Ioh. 13, 34 25 Adhuc odii sui ueneno turbatus, sequitur et numquam caritatem nouo præcepto 45, 6—7
Ioh. 14, 27 commendatam, numquam pacem dominico discessu relictam apud Scytharum monachos 15 esse conqueritur, quia eos prospicit pro zelo catholicæ fidei non fidelium, sed infidelium uigilanter per dei gratiam declinare consortia, eosdemque una pertinacis propositi cura 45, 7 deditos rationi uelle imperare, non cedere impudenter accusat, cum eos ueritas suis penitus approbat rationibus subiectos. an forte illos rationi cedere, non imperare iudicat, qui Christum unam personam quidem ex trinitate, non autem unum ex trinitate 20 esse fatentur? sed hi qui hoc dicunt potius rationi uelle imperare, non cedere penitus conuincuntur. quis enim | tam stultus et uecors sit, quo dicere audeat Paulum ex f. 57^u
26 apostolis unam esse personam, non autem unum esse ex apostolis Paulum? loci oportunitas exigit ut demonstretur a nobis qualiter et quor hæretici, ex quibus unus Dioscorus, unam personam Christum prædicantes ex trinitate, unum ex trinitate Christum 25 confiteri nullatenus adquiescant. personam igitur dei uerbi habere asserunt Christum, non autem quod ipse deus uerbum sit Christus, sicut personam dei uidebatur habere
Ps. 49, 7 propheta qui dicebat ad Israhelem: audi, populus meus, et loquar, Israel, testificabor tibi: deus deus tuus sum ego, cum tamen non esset ipse deus, sed ille qui hæc contestabatur Israeli per eum, et tamen 30 quasi ipse esset deus, dicebat: deus deus tuus sum ego. secundum hunc ergo modum Christum unam personam asserunt hæretici esse ex trinitate, non quod hic Christus unus sit ex trinitate, sed quia dei uerbi in se habitantis personam habeat, 102 quæ est una ex trinitate, ut iam sic uicarius quodammodo siue minister sit dei uerbi Christus, non autem ipse deus uerbum sit Christus; quod quam sit impium, etiam ipsi 35 qui hoc asserunt, credo, animaduertunt. hac denique calliditate unam quidem personam Christum fatentur ex trinitate, unum autem ex trinitate eum nolunt penitus con-
27 fiteri. qui autem non dei uerbi personam Christum habere fatentur, sed ipsum deum uerbum Christum credunt et confitentur, sicut unam personam ex trinitate, ita et unum ex trinitate prædicant Christum, quia si deus uerbum est Christus et Christus deus 40 uerbum, sicut catholica sanitas credit, quomodo non est Christus unus ex trinitate, si una persona est deus uerbum ex trinitate? nisi forte deum uerbum siue Christum aliquid aliud præter | naturalis personæ asserunt esse uocabulum, quod, credo, nullus f. 58^r
umquam ausus fuit hæreticorum dicere. si autem deum uerbum siue Christum

7 suauitudinis L
non addere debuit Maxentius

15 dominica L
18 suus L

17 gratia L
24 exigit Cochlaeus exiit L

aut uni — curæ scribere aut deditos
34 eodemmodo L

non aliud aliquid, sed naturalis personæ uocabulum esse intellegunt, quomodo non est Christus unus ex trinitate, si una naturalis persona est idem Christus ex trinitate? 28 sed in his tenebris ideo deuoluuntur, quia non iuxta compositionem deum uerbum et ab eo susceptam naturam humanam unum intellegunt Christum, sed iuxta alterius in altero habitationem, sicut superius edocuimus, siue secundum gratiam duarum per- 5 sonarum socialem unitionem unam personam Christum intellegunt secundum illud quod in Actibus apostolorum propter concordem uoluntatem legitur multorum dis- Act. 4, 32 cipulorum unum esse cor et unam animam.

Sed iam quod sequitur, uideamus.

45, 7—9 29 »Contemptores«, inquit, »auctoritatum ueterum, nouarum cupidi quæstionum, 10 solam putantes scientiæ rectam uiam qualibet susceptam facilitate sententiam.«

O inpudens et stulta hæreticorum temeritas, quæ sub specie pietatis impietatem conatur asstruere. non enim putant, ut ais, o infelix perfidia, sed omnino rectam credunt esse scientiæ uiam, qui Christum deum uerbum et ob hoc unum fatentur ex trinitate. nec contemptores, sed potius ueneratores auctoritatum ueterum con- 15 probantur qui hanc sanctam et totius ecclesiæ sententiam, non, sicut tu temere insultas, qualibet facilitate susceptam, sed iuxta diuinorum eloquiorum et sanctorum patrum traditionem fideliter confitentur. et ideo non illi quos falso arguis, sed tu f. 58^u potius nouarum cupidus quæstionum detegeris, | qui deum Christum quartum et alienum a sancta et indiuidua trinitate conaris asserere, quod nullus umquam præter Nestorium 20 sociosque eius prædicare in ecclesia usurpauit, quem talia blasphemantem a fidelium numero non inmerito sanctorum patrum exclusit et abiecit auctoritas.

45, 9—12 103 30 Exaggeras sane adhuc et dicis eosdem monachos eo usque tumoris elatos, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum iudicium nec in numero fidelium deputent sequacem traditionis paternæ, quem suæ uiderint credere nolle sententiæ, 25 cum hoc uere de eis assereres, si eorum sententiam contrariam catholicis posses dog- 31 matibus approbare. at uero cum hoc nulla ualeas ratione edocere, inique omnino tantopere contra eos inueheris, qui iuxta sanctorum patrum traditionem Christum, quem super omnia deum testatur apostolus, unum confitentur ex sancta et unius essentiæ Rom. 9, 5 trinitate. quorum sententiis non sequaces paternæ traditionis, sed illi a numero 30 fidelium excluduntur, qui eorum, immo totius ecclesiæ confessioni existunt contrarii.

32 Iam uero in consequentibus quis non uideat quanta eos repletus dementia laceres?

45, 12—14 »Docti«, inquis, »crimina serere, obtrectationum uenena componere, integrum ecclesiæ corpus odisse, seditiones instruere, inuidiam concitare et pro obœdientia, quæ in cœnobiis principatum regularis optinet disciplinæ, opstinationem pertinacis amare 35 superbiam,«

cum hæc omnia non nisi de illis uero et certo asseuerentur iudicio, qui tenebris f. 59^r nefandi erroris cæcati catholicæ ueritati resistunt. | quapropter te potius criminatorem et optrectatorem, seditiosum quoque et inuidum atque amatorem pertinacis superbiam et inobœdientem non humanus error, sed ipsa ueritas prodit, cuius te inimicum esse 40 non dubium est, sicut superius sæpe probauimus. leuius etenim est cuiuslibet hominis

52,14/1 xpm non aliud xpm aliquid L 10 auctoritatem L 11 scientiæ L⁸V cm. L
susceptam L conceptam L⁸V 21 blasphemantem L 24 utrosque L 28 tantumper econtra L
30 trinitatem L 33 obtractationum L 34 instruere LV struere L⁸ 35 opstinationum L
40 ipse I. 41 probabimus L

quam dei esse criminatorem. an non est aduersus deum crimina serere et obtreccionum uenena componere, de eo quæ falsa sunt, prædicare aduersariosque eius defendere? quis autem tam stultus et hebes sit, quo non eum inobædientem, superbum et pertinacem iudicet, quem uidet in proprio errore obstinate persistere et catholicis nolle dogmatibus cedere? aut quis non eum potius certo et uero iudicio seditiones struere et inuidiam concitare arguat, quem perspicit aduersus catholicos iniqua dilatare mendacia? quomodo autem non integrum ecclesiæ corpus odisse illi potius iudicandi sunt qui perfidiæ suæ uenena in eius membra conantur diffundere eaque a propria et salutifera professione auertere? quod te et omnes qui tibi consentiunt, implere uelle non dubium est, qui callida tergiuersatione Christum filium dei unum non esse ex trinitate prædicare contenditis. monachi autem quos inique laceras, in tantum ab hoc crimine alieni sunt, ut numquam per dei gratiam catholica communione discesserint, licet ad tempus ob nonnulla scandala in Orientis partibus orta Occidentalibus ecclesiis communicauerint.

84 Adhuc sane non confunderis, sed inpuidentissima fronte | sequeris et dicis: f. 59^u

»Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere.« 15 45, 15

Sed a quo errore, a qua insolentia uestris monitis uestraque mansuetudine uel auctoritate minime eos comprimere potueritis, nullatenus exprimis, quod ideo callide prætermittis, ne hoc faciens temet ipsum profanum et impium detegas. et, o inuicta ueritas quæ æmulorum obtreccionum in famulorum tuorum conuertis gloriam, numquam etenim, reor, quamuis laudandi fideles cupidus, ad eorum præconia constantius hæc dicere potuisses, quæ nunc quasi in uituperationem monachorum, contra quos agere uideris, conscripsisse te credis. nam quomodo non in eorum laudem et ad tuam confusionem hæc scripsisse ueraciter intellegendus es, qui non monitis, non mansuetudine, non auctoritate eos ad tuam prauitatem potuisse detorqueri propriis adtestaris assertionibus? 25

85 Nunc iam sequentia consideranda sunt, ubi peruerso ordine ea quæ Romæ contra ipsos acta sunt monachos, digerens, cuncta mentitus es.

»In publicum«, inquis, »usque prodire conuentum, [et] ad concussionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes, et nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicæ semina nefanda zizaniæ apud eos dissipationem et discordiam commouissent, per quos adiutorio dei de regionibus eorum est pulsa dissensio.« 45, 15—19

86 O mira furiosorum cæcitas et a ueritate alienatarum mentium criminosa fallacia; | neque enim fas est tam aperte posse mentiri Romanum episcopum. bene certum est omnibus Romæ degentibus quod ipsi monachi de his quæ circa se acta sunt, tam memorato episcopo quam etiam senatoribus nec non uniuersæ ecclesiæ scriptis contestati sunt. humana namque temptatione præuentus idem Romanus episcopus, utpote mortalitatis adhuc sarcina prægrauatus, postquam comperit reuerti Dioscorum, uolens ei præstare hoc beneficium, ne in publico ab eisdem monachis argueretur hæreticus, missis defensoribus cum ingenti uolentia eos ab urbe Roma subito exire compulit, quamquam sæpius publice et priuatim, < tam > in conuentu ecclesiastico quam etiam omnium senatorum, eis ueniente Dioscoro audientiam dare esset pollicitus. qui cum ab istis defensoribus egredi urgerentur, compulsi sunt in locis publicis populum contestari, ne post suum discessum clam eos recessisse fautores Dioscori apud ecclesiam

6 inuidia L
monachis L
35 quem L

17 minime L
28 et L om. L^uV
40 tam suppl. Cochlaeus

18 nec L
conclusionem L^u
42 issis L

19 obtreccionum L
conclusionem V confusionem L cf. 55, 8

27 ipsis —

diffamarent; unde factum est ut saltim eis parua dilatio præstaretur, quamdiu se exinde egredi præpararent, sub quo tempore scriptis omnia quæ in se gesta sunt, facultas data est contestandi. quod tamen numquam facere potuissent, nisi hoc eis Romanus populus præstitisset, qui, licet pro eis aperte minime proclamaret, ipsa tamen sua tacita murmuratione defensores, qui eos exinde egredi compellebant, deterrens, fecit ut eorum 5
 105 uiolenta expulsio uniuersæ ecclesiæ innotesceret. non ergo, ut iste mentitur, populus,
 f. 60^u sed defensores | ecclesiæ eos exinde egredi compulerunt. neque enim sponte sua in publico prodierunt, ut merito ad concussionem quietis siue ad dissipationem et discordiam commouendam hoc eos fecisse quilibet recte diiudicaret, sed uiolenter ad hoc sunt uenire compulsi. nam ita hæc se habere etiam ex ipsius istius uerbis facile 10
 edocemur, quibus eos circa regum statuas asserit inclamasse, quod nullus nisi qui uiolentissime molestatur, facere compellitur, quamuis non quasi regiæ potestatis auxilium flagitantes, sicut hæretici iactitant, sæpe dicti monachi circa regum statuas inclamauerint, sed postquam a loco quod ad manendum acceperant, pro mandato eiusdem Romani episcopi fuerant expulsi, in publico consistentes, ubi casu regum imagines fuerant, 15
 cum petitioni suæ audientia denegaretur, populo contestati sunt. cur ergo eis fidelis populi constantia, ut iste dicit, resisteret, quos uidebat pro sibi ingesta uiolentia progressos ad publicum? sed neque eis aliqua fuit in publico disceptatio, ut merito exaspe-
 37 ratus populus eos a suis expelleret regionibus. uerum si diligentius hæc istius uerba consideres, inuenies eum etiam Romanum populum, quem fidelem asserit, non 20
 solum uiolentum, uerum etiam hæreticum accusare. nam si de illa sententia quam uniuersa dei tenet et defendit ecclesia, monachis in publico disputantibus, hoc est quia Christus filius dei unus esse creditur ex sancta et ineffabili trinitate, Romanus populus
 f. 61^r restitit, iam non tantum iste qui erroris sui tenebris | excæcatus diabolicæ semina nefanda zizanix hanc sanctam sententiam asserit, uerum etiam omnis antedictus populus 25
 hæreticus, quod absit, esse conuincitur. si autem usque ad æmuli sui præsentiam eisdem monachis ibidem remorari uolentibus, quo ipso præsentem causa eorum æquo ordine <terminaretur>, populus restitit, stultus et iniquus idem populus, qui audientiam iure petentibus denegauit eosque a suis uiolenter reppulit regionibus. huc adtendant et confundantur hi qui exinde eos fugisse iactitant. 30
 38 Nunc quæ sint sequentia, uideamus.

45, 19—22 »Sero«, inquit, »probauimus prophetica apostolum uoce dixisse in nouissimis diebus 2 Tim. 3, instare tempora periculosa et fore homines sui tantum amatores, habentes formam 1. 2. 5 pietatis, uirtutem eius abnegantes, itaque esse uitandos.«

Si formam pietatis, [uirtutem eius abnegantes] non uirtutem iudicantur habere 35
 qui fideliter catholicis dogmatibus adquiescunt, quanto magis nec ipsam formam pietatis habere, sed euidenter impii iudicandi sunt qui Christum filium dei unum esse negant ex sancta et terribili trinitate? unde non illi, sed isti potius sui amatores et uitandi iuxta apostolum uerissime edocentur, qui propriis decepti opinionibus resistunt aper-
 106 tissimæ ueritati. quod autem sero se probasse fatetur hoc apostolum prophetica 40
 f. 61^u uoce dixisse, non est mirum si hactenus surdis auribus eundem audierit | apostolum hoc quotidie in ecclesia proclamantem, qui ne nunc quidem uim apostolicæ sententiæ

16 cum Schw cui L	denegetur L	fideles L	17 constantia ut Cochlaeus con-
testati aut L	pro Cochlaeus per L	24 resistit L	27 eosdem monachos L
rare L	28 terminaretur add Cochlaeus	30 fugisse Cochlaeus fuisse L	33 fori L
34 uirtutem L	uirtutem autem L ^u V	uitandus L	uirtutem — abnegantes eiecit Cochlaeus

intellexisse conuincitur, ecclesia autem dei, his olim monitis præmunita, sciens numquam hæreticos posse quiescere, uigilanter occurrens eorum falsas destruit assertiones.

39 Post hæc tandem satiatius nec habens, credo, quod aduersus eosdem monachos sua sibi fallacia suggerat, adiungit et dicit: 6

»Hæc ideo dilectioni uestræ indicanda sub occasione credidimus, ne si illuc fuerint 45, 22—24
forte delati ignorantibus quemammodum se <in> Romana urbe tractauerint, sub aliqua uerborum simulatione aliquos possint decipere.«

qualiter ipsi monachi se <in> Romana urbe tractauerint qui uere scire desiderat, ex eorum contestationibus, quas in eadem urbe locis publicis defixerunt, magis 10
agnoscet quam ex istius scriptis, qui non eorum tantum, sed et totius ecclesiæ inimicus agnoscitur. nam et ipsius Romanæ ecclesiæ, cuius se quasi defensorem simulat, in tantum aduersarius denotatur, ut si memorati monachi, quos quasi eiusdem ecclesiæ contrarios æstimat, inique aduersus eam in his partibus aliqua fingere uoluissent, numquam, credo, ita eiusdem ecclesiæ fidem derogare præualuissent, quemadmodum iste 15
qui ex persona ipsius ecclesiæ ideo inique eos obtrectat et lacerat, quia iuxta diuinis eloquiis et sanctorum patrum traditionibus <approbata> Christum filium dei, quem f. 62^r
in duabus naturis essentialiter siue iuxta compositionem unitis et inconfusis docet fides catholica, confitentur. et illis quidem huius falsitas non solum auferet nihil, uerum

Mt. 5, 11 etiam multam spem beatitudinis conferet, domino dicente: beati estis cum 20
uos exprobrauerint homines et persecuti fuerint et dixerint omne uerbum malum aduersus uos mentientes propter
Prou. 19, 5 me, sibi autem perpetuam sine dubio contulit mortem, quia falsus testis non erit in punitus.

40 His ita finitis, multa et non necessaria de libris Fausti cuiusdam Galli episcopi 25
in consequentibus loquitur, nec ad id quod quæritur, respondens, sed alia nescio quæ ad rem non pertinentia inani et prolixo sermone digerit. nam cum de ipsis libris non utrum legendi sint, sed utrum sint catholici, uertatur quæstio, iste non de ipsis quid sentiendum sit, sed eos quamuis non in auctoritate habendos, tamen legendos esse decernit. uerumtamen, quia eos libros quos beatissimus Augustinus episcopus 30
ad Hilarium scripsit et Prosperum, in fine huius epistolæ Romanam testatur suscipere ecclesiam et quid de gratia dei et libero humano arbitrio eadem teneat et seruet ecclesia, ex ipsis libris abunde posse sciri asserit, omittentes ea quæ superflue et prolixè in ista digesta probantur epistola, conueniens credidi aliqua tam de Fausti quam de ante-
| dictis libris eiusdem sanctissimi uiri Augustini certa capitula decerpere, et huic nostro 35 f. 62^u
opusculo inserere, ut cum, in breui collocata ab inuicem, contraria sibi reperta fuerint, 107
euidenter clareat libros Fausti esse hæreticos sicque confundantur omnes qui eos hactenus defendunt catholicos. quorum princeps et auctor est Possessor Africanus episcopus, si tamen in hac parte non huius reputat sententiam, cuius, ut Christus filius dei uiui, qui pro humana salute carne est crucifixus, unus negetur ex trinitate, magnam prædicat 40
auctoritatem.

42 Sed antequam ipsa a nobis inserantur capitula, quid beatissimus Augustinus in ipsius libris defendat et statuatur, quid e contra Faustus in suis conetur adstruere, breuiter

6 credidimus <i>L^rV</i> credimus <i>L</i>	7 in <i>V om. LL^s</i>	8 aliquos possint decipere <i>L</i> decipere
<i>L^r</i> deciperent <i>V</i>	in <i>om. L</i>	17 approbata <i>suppl. Schw</i>
31 finem <i>L</i>	32 et seruet <i>repetitum L</i>	18 unitis <i>Schw</i> unitiois <i>L</i>
36 collocata <i>Schw</i> collota <i>L</i> collata <i>Cochlaeus</i>	43 ipsius <i>Schw</i> ipsis <i>L</i>	33 abunde <i>repetitum L</i>

lectorem instruere necessarium credidi, quo facile eorum intentiones discernere ualeat. igitur idem beatissimus Augustinus ita <liberum> humanum arbitrium docet, ut inluminatio, uirtus et salus illi a Christo et per Christum et cum Christo sit, Faustus uero ita liberum Christianum arbitrium docere conatur, ut inluminatio eius, uirtus et salus non a Christo, sed natura sit, et ut planum fiat quod dicimus, ille nos Christianos fideles 5 atque obœdientes deo salubriter gratia Christi, quam nobis incarnationis suæ donauit præsentia, esse definit, iste iuxta profana commenta Pelagii naturaliter esse decernit. f. 63^r refutans namque callide eiusdem Pelagii sensum | et quasi exprobrans quod omnino Christi negauerit gratiam, nec non et illos qui nullis præcedentibus meritis iuxta apostolum gratiam dei hominibus dari fatentur, ipse quasi sapientissimus et * * secundum 10 meritum fidei et laboris dari nititur edocere, ut iam sic dei gratia non sit gratia. nam cum nemo obœdiat siue laboret nisi uolens, nemo uelit, nisi scierit quid ei conueniat, laborare, iste post scientiam et uoluntatem seu obœdientiam humano labori adiungit gratiæ adiutorium, ut uidelicet gratia et labor humanus, cuius possibilitatem non per eandem gratiam, sed naturaliter inesse omnibus asserit, pariter sociati reliqua perficiant 15 opera. et hoc quidem se pollicetur defendere, postea autem inmemor sui promissi, totam plenius gratiam euacuare conuincitur.

43 Denique in præfatione sua inter cetera ita loquitur:

»Studium«, inquit, »asserendæ gratiæ competenter et salubriter suscipit qui obœdientiam famuli laboris adiungit.« Faust. de grat. p. 3, 18. 19

44 Et iterum in capitulo primo libri primi:

Faustus p. 8, 16—19

»Si ergo partibus«, inquit, »proprietas suas reddas et Christum deum et hominem credas et asseras, perinde est ac si gratiam cum labore coniungas et ab adiutorio dei conatum hominis non repellas.«

45 Cui assertioni in primo eorum libro quos supra memorauimus, ita contradicit beatissimus 25 Augustinus, ut credas eum iam tunc non nisi contra scripta Fausti respondere. denique post aliquanta quæ scribit de initio fidei, quod nobis non nisi desuper dari certissimis adprobat documentis, exprobrans hunc sensum infert et dicit:

f. 63^u | »Nolens ergo his tam claris testimoniis repugnare et tamen uolens a se ipso sibi esse quod credit, [et] quasi componit homo cum deo, ut partem sibi fidei uindicet atque 30 illi partem relinquat, et, quod est elatius, primam sibi, sequentem dat illi, et in eo quod esse dicat amborum, primum se facit, posteriorem deum.« August. de prædest. sanct. 6 p. 793^d

46 Sed Faustus, inquiunt hi qui cum catholicum conantur defendere, primas partes non homini, sed gratiæ dei tribuit. quamuis hoc nec me lateat; nam in sexto eiusdem libri capitulo, cum apostoli sententiam dissereret, ita loquitur: Faust. p. 20, 3—8 35

1 instruere Schw perstruere L	2 liberum post arbitrium add Cochlaeus om. L	6 gratiam L
7 praesentiam L	10 lacunam statuit e. g. supplendo doctissimus magister arguens dei gratiam Schw prudentissimus nouus nouae prauitatis apostolus gratiam dei tacite ins Cochlaeus	16 se pollicetur Cochlaeus
repollicetur L.	19 asserendae Faustus efferendae L	22 deum et hominem L deum simul at-
que hominem Faustus	23 gratia L	27 scribit Schw sibi L
istam L.	sibi Augustinus scribi L	30 et L om. Augustinus
31 sibi L tollit ipse Augustinus	32 dicit esse Augustinus	29 his tam Augustinus
Augustinus	33 catholicam L	fidei sibi Augustinus
Schriften des Faustus p. 21	34 tribuet L	30 et L om. Augustinus
		31 sibi L tollit ipse Augustinus
		32 dicit esse Augustinus
		33 catholicam L
		34 tribuet L

primam refacit L priorem se facit sexto] cf. Engelbrecht, Studien ii, d.

1 Cor. 15, 10 »Gratia dei, inquit, sum id quod sum. primas partes soli gratiæ pie subiectus adscribit, media quæque labori magister obœdientiæ deputat, utrumque in consummatione moderatus gratiam laboremque coniunxit. non dicit
1 Cor. 15, 11 »ego sine gratia« aut »gratia sine me«, sed »gratia dei mecum«;

sed gratiam, cui hoc loco primas partes Faustus tribuit, non eam quæ per spiritum sanctum fit, ut uerbo dei forinsecus intonanti adsensum præbeamus et obœdientes efficiamur, sed prædicationem diuinorum asserit eloquiorum, ut uidelicet gratiæ sit quod nobis diuina eloquia prædicantur, nostrum autem sit, ut eidem prædicationi consentiamus. denique in capitulo octauo decimo eiusdem libri primi disserens dominicam sententiam qua ait: nemo uenit ad me, nisi pater adtraxerit eum, ita inter cetera loquitur:

Faustus p. 52, 9—14 »Clamat«, inquit, »uoluntas, quia sola per se eleuari nescit infirmitas. ita dominus inuitat uolentem, adtrahit desiderantem, erigit adnitentem. quid est autem adtrahere, nisi prædicare, nisi scripturarum | consolationibus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, præmium polliceri?« 15

48 Quod si sola prædicatio, sicut iste uult, gratia dei credenda est, quæ per Iesum Christum facta est, ergo iam non saluator, sed prædicator tantummodo idem deus et dominus noster Iesus Christus, quod absit, credendus est. sed hunc nefarium eius sensum ita exprobrat et refutat beatissimus Augustinus, * * denique mox post illam sententiam, cuius superius fecimus mentionem, sequitur et dicit: 20

August. 7 p. 793^e 59. Cyprian. test. 3, 4 1 Cor. 4, 7 »Non sic pius atque humilis doctor ille sapiebat (Cyprianum beatissimum loquor) qui dicit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. quod ut ostenderet, adhibuit apostolum testem dicentem: quid autem habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? quo præcipue testimonio etiam ipse conuictus sum, cum similiter errarem, putans fidem qua in deum credimus, non esse donum dei, sed a nobis esse in nobis et per illam nos impetrare dei dona quibus temperanter et iuste et pie uiuamus in hoc sæculo. neque enim fidem putabam dei gratia præueniri, ut per illam nobis daretur quod utiliter posceremus, nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium ueritatis; ut autem prædicato nobis euangelio consentiremus, nostrum esse proprium et nobis ex nobis esse arbitrabar. quem meum errorem nonnulla opuscula mea indicant ante episcopatum meum scripta.« 25 109 30

49 Iste errorem dicit fidem non dei donum credere, sed a nobis esse in nobis; Faustus autem non dei donum, sed a nobis in nobis esse affirmare conatur. in capitulo namque

1 gratia — quod sum L gratia inquit dei sum *Fausti codex* 2 subiectos L adscribit
L adscripsit *Faustus* quoque L labori *Faustus* laboris L deputat L deputauit *Faustus*
3 dicit L dixit *Faustus* 4 aut L uel *Faustus* 5 tribuet L 6 uerbum L 7 gratia L
9 octauo decimo] cf. *Engelbrecht l. l. p. 22* 17 et *Cochlaeus* est L 19 lacunam statuit *Schw e. g.*
supplendo ut ei ipsi respondere credendus sit 22 dicit L dixit *Augustinus* 24 autem L autem
et *Augustinus* 25 præcipue *Augustinus* præcipuo L 28/29 utiliter posceremus L posceremus
utiliter *Augustinus* 31 indicant L satis indicant *Augustinus* 32 post meum repetit indicant L

vii libri primi exponens illud apostoli: gratia salu facti estis per fidem, Ephes. 2, 8
f. 64^u | et hoc non ex uobis, <sed> dei donum est, post aliquanta sequitur:

»Tempus«, inquit, »gratiæ quo redempti sumus, meritum hominis non exspectauit, Faustus p. 21,
opera <penitus> non quæsiuit, sola fidei nostræ deuotione contentus fuit.« 11—13

50 E contra beatissimus Augustinus inter initia antedicti primi libri sui: 5

»Sed nunc«, inquit, »istis respondendum esse uideo, qui diuina testimonia quæ de August. 3. 4
hac re adhibuimus, ad hoc dicunt ualere, ut nouerimus ex nobis quidem nos habere ipsam P. 791^d sq.
fidem, sed incrementum eius ex deo, tamquam fides non ab ipso donetur, sed ab ipso
tamen augeatur in nobis eo merito quo cœpit a nobis. non ergo receditur ab ea
sententia quam Pelagius ipse in episcopali iudicio Palæstino, sicut in eodem gesta testan- 10
tur, damnare compulsus est, gratiam dei secundum merita nostra dari, si non per-
tineat ad gratiam dei quod credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis
additur, ut plenius perfectiusque credamus; ac per hoc initia fidei nostræ priores
damus deo, ut retribuatur nobis supplementum eius et si quid aliud fideliter prospici-
mus. sed contra hæc quæ non potius audimus: quis prior dedit ei, et 15 Rom. 11, 35.
retribuatur illi, quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso 36
sunt omnia? et ipsum igitur initium fidei nostræ ex quo nisi ex ipso <est?
neque enim hoc excepto ex ipso sunt cetera, sed ex ipso> et per ipsum, et
in ipso sunt omnia. quis autem dicat eum qui iam cœpit credere, ab illo
in quem credit, nihil mereri? unde fit ut iam merenti cetera dicantur addi re- 20
tributione diuina ac per hoc gratiam dei secundum merita nostra dari, quod obiectum
sibi Pelagius, ne damnaretur, ipse damnauit.«

f. 65^r 51 Sed Faustus qui superius dixerat: »tempus gratiæ quo redempti sumus, | merita Faustus p. 21,
hominum non expectauit, opera penitus non quæsiuit, sed sola fidei nostræ deuotione 11—13
contentus fuit«, mox in eodem capitulo post paululum sequitur suamque ipse senten- 25
tiam destruens, sicut fidem, ita etiam opera dicit ad hominem pertinere:

»Sicut enim«, inquit, »ad deum largitio remunerandi, ita ad hominem deuotio Faustus p. 21,
respicit inquirendi. sed dices fidem ipsam non omnibus posse competere. non 25—29
mirum si homini, ad quem denegas opera pertinere, etiam fidem studeas derogare.«

52 Rursus in capitulo eiusdem libri quinto decimo, agens contra eos qui non generale, 30
110 sed speciale asserunt donum esse credulitatis, ita inter cetera loquitur:

1 vii] cf. Engelbrecht l. l. p. 21	2 sed om. L	3 meritum L merito L infra 23
merita Faustus	4 penitus L infra 24 Faustus om. L	sola L sed sola L infra 24 sola deus Fau-
stus	nostra L	6 istis L eis Augustinus
netur L donetur nobis Augustinus	10 in eodem Schw in eadem L eadem Augustini edd	7 nos Augustinus non L
10/11 testatur L	11 gratia L	11/12 pertineat L pertinet Augustinus
gratiam Augustinus	13 initia L initium Augustinus	14 nobis L nobis et Augustinus
14/15 prospicimus L poscimus Augustini edd.	16 per ipsum ex pso corr L	17/18 est — ipso
Augustinus om. L	21 ac per hoc Augustinus hac per deo L	gratia L
bis scripsit L	merita Faustus merito L meritum supra 3	27 remunerandi Faustus
munerandi L	28 dices L dicis Fausti codex	30/31 generalem — specialem L
runt L		31 arse-

»Sed dicis«, inquit, »quia non omnibus detur, sed donum sit personale credulitas et illis tantum credere suppetat, quibus deus specialiter donauit ut crederent. non ita est. nam dum eam dominus etiam ab incredulis exigit, omnibus eam insertam esse demonstrat. cui autem etiam ipsa naturæ lege non suppetat credere, quando et dæmones credunt et contremescunt?«

5

53 Hic iam non Augustino tantum, uerum etiam apostolo omnino Faustus contrarius adprobatur. nam cum idem apostolus dicat: *n o n e n i m o m n i u m e s t f i d e s*, iste omnibus eam naturaliter dicit esse insertam, cui si adquiescatur, non solum hæretici et gentiles, uerum etiam dæmones fideles esse credendi sunt, quia in quo est fides, infidelis dici nullo pacto potest. sed longe aliter beatissimus Augustinus ad Hilarium scribens et Prosperum docet, | qui non tantum ut fideliter operemur, uerum etiam ipsam fidem a deo nobis donari, sicut superius edocuimus, in eodem libre penitus protestatur, ita dicens:

August. 6 p. 793^a sq. »Cauendum est, fratres dilecti a deo, ne homo se extollat aduersus deum, cum se dicit facere quod promisit deus. nonne fides gentium promissa est Abrahæ, et ille dans gloriam deo plenissime credidit, quoniam quæ promisit, potens est et facere? ipse igitur fidem gentium facit, qui potens est facere quod promisit. porro si deus operatur fidem nostram, miro modo agens in nostris cordibus ut credamus, numquid metuendum est ne totum facere non possit, et ideo sibi homo primas eius uindicat partes, ut nouissimas ab illo accipere mereatur? uidete si aliquid agitur isto modo <nisi> ut gratia dei secundum merita nostra detur quolibet modo ac sic gratia non sit gratia. redditur namque hoc pacto debita, non donatur gratis. datur enim credenti, ut a domino ipsa fides eius augeatur et sit merces fidei cœptæ fides aucta. nec adtenditur, cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum istam mercedem credentibus imputari. cur autem non totum tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituere quod non habebat, ipse quod instituit, augeat, omnino non uideo, nisi quia resisti non potest diuinis manifestis testimoniis, quibus et fides, unde pietatis exordium sumitur, donum dei esse monstratur, quale est illud quod unicuique deus partitus est mensuram fidei, | et illud: pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo, et cetera talia.«

54 Et rursus idem beatissimus Augustinus post aliquanta:

August. 7 p. 794^d »Vtrumque enim nostrum est,« inquit, »propter arbitrium uoluntatis, et utrumque tamen datum est per spiritum fidei et caritatis. neque enim sola caritas, sed sicut scriptum est, caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo.«

55 Euacuans namque donum dei Faustus omneque gratiæ adiutorium, mox in præ-

1—5 locus in Fausti codice excidit, cf. Engelbrecht l. l. p. 22

6 augustinum L	11 operemus L	15 fides bis scripsit L	16 quæ L quod
Augustinus	18 deus operatur L operatur deus Augustinus		19 nostris cordibus L cordibus
nostris Augustinus	20 sibi homo L homo sibi Augustinus		21 aliquid L aliud Augustinus
nisi Augustinus om L	22 non L iam non Augustinus	23 gratias L	datur L debetur Augustinus
linus	29 mensura L	33 enim L ergo Augustinus	37 omnemque L

fatione sua misericordiam dei, qua gratis iustificamur, non nisi fide et operibus promerendam docere nititur, dicens:

»Asserentibus nobis quod dei misericordia fide et operibus promerenda est, catholicam uocem ad Pelagii sensum discretionis nescius quilibet adiudicet.« Faustus p. 4, 13—15

56 Vnde et in libro secundo per naturalem uigorem absque gratiæ adiutorio multos non solum ante aduentum domini, uerum etiam et ante legem litteræ saluos atque ad plenam cordis puritatem perfectamque iustitiam peruenisse filiosque dei fieri meruisse inpudenter et procaciter asseuerat. denique in nono capitulo eiusdem libri inter cetera dicit:

»Cum homines ita fuerint ad imaginem et similitudinem dei præditi, ut multi etiam filii dei meruerint nuncupari, uel paucis adhuc exemplis præstringere nos oportet, quanti ante legem litteræ, erudiente lege naturæ, quæ prima, ut diximus, gratia dei est, uestibula salutis intrauerint.« Faustus p. 79, 30—80, 3

57 Et iterum post pauca:

f. 66 »Vnde Enoch«, inquit, »cum deo ambulare uel deo placere potuisset, nisi eum lex uisceribus infusa secreto magisterio inluminasset | in tantum, ut, nihil terrenum sapiens, mirabiliter a terra deo assumente raperetur? qui dum fidei merito in prima sæculi illius ætate ceteros antecellit, fidem ipsam cum lege naturæ sibi traditam fuisse perdocuit.« Faustus p. 80, 14—18

58 Et iterum post aliquanta:

20

»Qualem quantamque«, inquit, »legem prima conditione suscepit, perfecta etiam Noe iustitia declarauit, qui generalia fidei dona speciali in se studio uirtutum sectator excoluit.« Faustus p. 81, 5—7

59 Si secundum huius impium sensum et Enoch omni fæce terrena in tantum purgari potuit per naturæ uigorem, ut nihil terrenum saperet, et Noe ad perfectam iustitiam peruenire, ergo Christus gratis mortuus est. si enim per naturæ uigorem carnalis sapientia, quæ deo est inimica, plenius expurgari potuit et perfecta iustitia adimpleri, quid necesse erat deo carne assumpta pro humano genere mori? sed numquid apostolus tacuit, unde Enoch et Noe deo placere potuerint? dicens: fide Enoch translatus est, ne uideret mortem, et non inueniebatur, quia transtulit illum deus. ante translationem enim testimonium habebat placuisse deo, et reliqua: fide Noe responso accepto de his quæ adhuc non uidebantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, et iustitiæ quæ per fidem est, heres est institutus.

4 adiudicet L adplicaret Faustus 5 de loco qui sequitur, loquitur Maxentius neque obliuiscendum particulam denique apud eum nihil aliud significare nisi nam 10 ad imaginem et similitudinem / imagine et similitudine Faustus 12 gratia dei L dei gratia Faustus 17 fide L 21 legem / homo a deo legem Faustus 22 iustitiam L qui L quia Fausti codex 26 peruenire Sch: perueniret L 31 traslatione L

60 quam fidem idem apostolus | non, ut delirat Faustus, generalem sed specialem docet, f. 67^r
 2 Thess. 3, 2 dicens: non enim omnium est fides; neque naturaliter omnibus inesse,
 1 Cor. 12, 6 sed a deo donari, qui operatur omnia in omnibus, sicut et alibi idem
 Eph. 6, 23 apostolus dicit illud quod superius beatissimus posuit Augustinus: pax fratribus
 et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo. 5
 non ergo per legem naturæ, sed per gratiam omnes sancti ante aduentum domini deo
 placuerunt secundum quod et beatissimus Petrus testatur in Actibus apostolorum,
 Act. 15, 10. dicens: nolite iugum inponere super ceruices discipulorum,
 11 quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, sed
 per gratiam Christi speramus salui fieri, quemammodum 10
 61 et illi. eat nunc Possessor et adhuc in pernicie propria et eorum qui sibi consen-
 tiunt, defendat Fausti libros catholicos, quos non solum scriptis sanctissimi uiri Augustini,
 uerum etiam summorum et præcipuorum Christi apostolorum sententiis contrarios
 penitus ueritas docet, sicut hoc loco manifesta ratione probauimus. nam ideo cer-
 tas sententias tam ex præfatione librorum Fausti quam etiam ex capitulis primo et septimo 15
 prioris libri inserere hoc loco necessarium considerauimus, quia se idem Possessor ita solet
 callide excusare quod non amplius nisi octo capitula libri primi legerit, ut sic saltim
 confusus aliquando resipiscat, ea quæ | proprio ore legisse se asserit, catholica nefario f. 67^u
 ausu pronuntiare. EXPLICIT.

1 delerat L	11 ea L	13 summosum [sic] et præcipuum — apostolum L	15 capituli
primi et septimi L	16 solat L	18 asseret L	

COLLECTIO CODICIS NOVARIENSIS XXX

N = Codex Nouariensis XXX s. VIII

f. 73^v INCIPIT EPISTOLA SANCTI PROCLI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI DIRECTA VNIFORMIS
AD SINGVLOS OCCIDENTIS EPISCOPOS

1 Inobscurabilis cunctis bene sentientibus cara deo ueritas existit, id quod clarum
et purum est, ex se esse demonstrans. nam solis huius fulgore splendidior atque niti-
dior scientia dei piis animabus inserta est, ita ut qui ab eius rectitudine deuiant et
5 cogitationum prauitate cum immutatione rationalis discretionis contra se mendacium
renouant, formantes in suo pectore quasdam falsissimas imaginationes profanasque
nouitates instigante diabolo suis peruersis mentibus inserentes, isti abominabiles aput
2 deum et aput homines odibiles approbentur. quapropter, uenerabilis, noli auditum
tuum quorundam prodigiosis accommodare sermonibus, sed fidem rectam immacula-
10 tamque, quam prædicas, usque ad finem in tui pectoris penetrabilibus serua, quæ
tibi et in præsentī munimen et in futuro subsidium sit bonorum. recta namque
fides sicut quidam radius inlustrans animam præuentionis ac stultiloquii caliginem
pellit, docens quia unus est deus uniuersorum conditor et creator, cuncta uero per
deum facta sunt opera et de nullis extantibus procreata. non enim hæc suæ originis
15 causa sunt nec sine initio, quæ sunt, ex inani substiterunt; quibus etiam iuxta naturam
3 præsto est passio, cui necessario conserta corruptio. claret igitur non multos, sed
unum creatorem esse cunctorum; si enim quæ facta sunt, multa esse probantur, natu-
raliter uero inter <facturam> factoremque plurimum distat, manifestum quod multi-
plicitas in his quæ facta sunt, obtinet locum, singularitas uero effectricem substantiam
20 4 proprie ueraciterque demonstrat. unus igitur creator est omnium deus, qui non
inchoauit esse quod factus est, sed in eo quod semper est, infinitatem suæ maiestatis
ostendit; hic autem est pater et filius et spiritus sanctus, unus deus, cuius natura non
est diuisa nominibus nec personæ uel subsistentiæ propter naturam ulla sunt ratione
f. 74^r confusæ. | nam simplex et inuiolata substantia omni diuisione est confusioneque
25 superior, ut cum deus asseritur, simul et una eademque natura sit et distinctio perso-
narum, neutro alteri penitus obuiante. sic itaque confitentes, non tres deos per
numerum nostræ introducimus fidei, quia deitas significatiua probatur essentiæ, trini-
tatis autem numerus non essentiæ, sed personarum demonstratiuus existit.

5 Confitemur ergo personas uel subsistentias inconfusas esse atque discretas, ne 30
Manichæis adæquemur uanissimis et his qui ex Montanistarum prauitate descendunt,
qui dicunt eundem filium esse quem patrem eumque se ipsum genuisse; sed unam quidem
naturam deitatis agnoscimus, personis tamen eam uel subsistentiis sequestramus, id

Collectionem ex codice primus publicauit A. Amelli in Spicilegii Casinensis t. I p. 144 sq.

4 fulgori <i>N</i>	8 diaboli <i>N</i>	9 odibilis <i>N</i>	approbantur <i>N</i>	16 quæ sunt quæ sunt <i>N</i>
inani <i>Schw</i>	maria <i>N</i> mari <i>Amelli</i>	subsistiterunt <i>N</i>	19 facturam factoremque <i>Schw</i>	factorem
quæ <i>N</i>	22 incoabit <i>N</i>	25 diuisioni <i>N</i>	26 asseretur <i>N</i>	

est patrem a filio et filium a patre sanctumque spiritum a patre et filio, hoc est a mente uerboque, distare profitentes. essentia autem differt a persona uel subsistentia hoc modo quod essentia quidem id quod est, recte significat, persona uero uel subsistentia id quod quid est, euidenter informat. cum igitur dicimus patrem, testamur quia genuit, et prædicantes filium, quia natus est, indicamus itemque cum adicimus spiritum 5
 6 sanctum, non natiuitatem eius asserimus, sed distinctam processionem fatemur. si quis autem piam diuisionem hanc in personis uel subsistentiis fortasse non dederit ita ut pater genuerit, non genitus sit, et filius genitus sit, non genuerit, et spiritus sanctus neque genuerit neque genitus sit, sed tantummodo procedat, non iam <secundum> proprietatem uocabula uidetur ueraciter affirmare, sed in falsa prolatione uocis id 10
 quod adoramus, calumniis probatur appetere. quapropter patrem in filio inconfuse et filium in patre incircumscripse cognoscimus, mentem suo uerbo indiuisibilem et uerbum suæ mentis inseparabile. spiritum quoque sanctum sicut spiritum, non corpus, factorem, non facturam, in patre ac filio credimus permanere ita ut in sua persona uel existentia non negetur. 15

7 Super hæc etiam confitemur unum ex trinitate increata atque ineffabili deum uerbum factum hominem nequaquam conuersionem suæ inmensæ sustinuisse substantiæ, eo quod mutatio mater corruptionis existat; diuinitas autem omni corruptione est initioque superior. igitur simplex et inæstimabilis deus incommutabiliter factus est homo, non aspernatus id fieri quod ipse formauerat, ut lutum figulus solita clementia 20
 reformaret; nihil enim sic æstimo diuinam decere naturam quam ut erga delinquentes 8
 compatientis inclinetur affectu. qui autem incarnationis mysterium negant, alterum e duobus eos sustinere necesse est, ut aut humanitatis pudore aut humilitatis infirmitate moueantur. sed nihil habet homo fœditatis utpote creatus a deo |, qui bonus bonorum f. 74^u
 est, non turpium conditor; sed nec humilitatis eius inclinatio inbecilla uel impotens 25
 æstimatur. omnipotens namque est qui misericorditer incarnari dignatus est, et hoc ipsum magnitudinem uirtutis eius sub ammiratione commendat, quod etiam homo factus nequaquam quod deus est, immutatur omnique turpitudine carens creator secundum carnem nascitur ex ea muliere quam ipse creauerat, sic item declarans omnipotentiam suam, quia quidquid facere uoluerit, uirtute præualente in nullo deficiat. alienum 30
 quippe est diuinæ naturæ aliqua infirmitate succumbere.

9 Veraciter itaque deus incarnatus est, uolens, non obsequens, nec ut nonnulli iactitant, qui iuxta naturam denegant arbitrii libertatem, ad præstandam opem indigentibus quadam necessitate compulsus est; omnipotentis enim consilio omnia postponuntur. nec est consequens dicere quia necessitate ad actiones impellimur, 35
 qui libera uoluntate moderamur. si enim secundum naturam cogitamus, in cogitationibus autem uoluntas nostra formatur et in uoluntate uirtus agnoscitur, secundum naturam igitur uirtus esse monstratur; e contra uero malitia iuxta peruersitatem morum non naturaliter nobis probatur inserta. quapropter si nihil in nostra situm est uoluntate idque uerum est, frustra homo rationalis indicatur, non sponte se regens, sed 40
 iugo necessitatis inseruiens; superfluo quoque sunt coronæ propositæ, inrationabiles etiam uidebuntur et pœnæ nec ulla lex habebit locum imperans quod agendum est, interdicens quæ fugienda, ut hinc appareat quod in uolentis proposito, non in cogentis 10
 necessitate sit rei utriusque selectio. insuper etiam deus, iudex iustus, iniquitatis

16 Iohannes papa II in epistula [II]: Item ex epistola Procli ad Occidentales: Super — factum hominem

9/10 secundum proprietatem uocabula Schw proprietatem uocabula N proprietatem uocabuli Amelli
 17 conuersionem Schw conuersionis N 21 decere Amelli dicere N 37 uirtus Amelli uirtutis
 43 fugienda Schw fugiendū N

arguitur, si eum puniat qui non iuxta propriam regitur uoluntatem, sed astrorum motu atque impulsione raptatur, ex quo auferatur procul dubio delinquentis arbitrium atque necessitatis actio praescribatur. cur igitur, si ita est, non ipsum fatum punitur ante, quod ad culpam uidetur impellere? si autem iuxta arbitrii libertatem uel iustitiae modum uel excessum iniquitatis appetimus, sicuti uerum est, non tam fati 5 necessitati seruimus, sed spontaneis nisibus in id quod placuerit, inclinamur. sed et ipsum fati nomen in nuda tantummodo sermonis prolatione concipitur, non secundum subiectum esse declaratur. denique si fatum ulla natura est, dicant nobis: a semet ipso est an ab alio facit an patitur? et si quidem ab ipso est et facit, claret quod ea quae facit, iuxta potentiam faciat; si autem non est natura subsistens, sicut nec est, 10 restat accidentem fateri; quod autem in aliquo accidit, propriam existentiam non habet.

f. 75^r quomodo igitur regit eos | qui natura sunt, res quae naturam propriam non habet? quippe cum id quod ex toto non est, cum his quae sunt, nec nudis saltem uerbis ulla poterit aestimatione conferri.

11 Aliter etiam quid eos consequatur ineptiae, contuendum. simul namque contraria 15 omnino esse non possunt et secundum id ipsum tempus numquam erit ipsa res bona simul et mala, sed malum aut boni praesentia locum non habet aut certe boni priuatione contingit. uidemus autem, sicut eorum uerba pronuntiant, in fato contraria iuxta id ipsum tempus accidere. si enim gestorum causa pendet ex fato, in gestis autem est contrarietas, id ipsum itaque et prauis causa repperitur et optimi, bonos quidem 20 ad uirtutis celsa compellens, malos autem ad nequitiae praerupta deiciens. igitur assertio fati non habet locum. propria namque uoluntate <homo> rationalis inspirante domino regitur; si autem rationale animal necessitas obtinet, non uoluntas, id quod rationale est, necesse est auferatur.

12 Haec credimus, haec fatemur; trinitatem praedicamus unius essentiae, deum etiam 25 hominem factum, uerbum mirabiliter incarnatum, et unum quemque nostrum uel liberari uoluntate propria uel puniri. his adicimus quod baptismi gratia redimat peccatores, abluens a delictorum sordibus dono sancti spiritus innouatos. si quis autem praeter haec sentit, dementiam suam sibimet reputet et causas ultionis adscribat; quicumque enim segniter in diuinis rebus agit et utilitatem animae suae despicit, uelut 30 in socordem ac salutem propriam neglegentem poena diuinitus inrogatur. si qui etiam in hominem et in deum uerbum unum Christum dominum partiuntur, suas magis animas diuidunt. nam summam illam unitatem dei uerbi ad carnem propriam quam sumpsit ex uirgine, nulla poterunt ratiocinatione conuellere, quia quod uerbum caro factum est nec secundum confusionem nec secundum diuisionem, est penitus asserendum. haec 35

13 rectorum fides est dogmatum, haec praedicantes iugiter perduramus. tuae itaque reuerentiae est accipere armaturam spiritus sancti ac feruentissimam aemulationem pro sanctitate religionis assumere luposque gregi dominico pestilentiam deferentes, id est omnes haereticos, effugare ac lapillis coercionis obruere, deiciens non corpus inualidum, sed pestiferum sensum, animarumque tibi creditarum talenta multiplicans, ita ut cum 40 sorte capitis offerens operationis usuram in die iudicii mercedem percipias opulentam et sentias approbantem te benignissimum dominum ac dicentem: euge, serue Mt. 25, 21

f. 75^v bone et fidelis |, super pauca fuisti fidelis, supra multa

2 atque <i>Amelli</i> et quae <i>N</i>	3 fatum <i>Amelli</i> factum <i>N</i>	5 non tam <i>Amelli</i> notam <i>N</i>
6 necessitate <i>N</i>	11 accedentem <i>N</i>	13 saltem <i>Amelli</i> salutem <i>N</i>
18 continget <i>N</i>	19 fato <i>Amelli</i> facto <i>N</i>	22 homo <i>add Schw</i>
ac <i>Schw</i> uel utenso corde hac <i>N</i>	31 si quis <i>N</i>	37 ac <i>Amelli</i> ad <i>N</i>
diño quo <i>N</i>	39 coercionis <i>Schw</i> quod herectionis <i>N</i>	41 diem <i>N</i>
		17 praesentia <i>N</i>
		30/31 uelut in socordem
		38 dominico <i>Schw</i>

te constituam; intra in gaudium domini tui. **EXPLICIT EPISTOLA
SANCTI PROCLI CONSTANTINOPOLITANAE VRBIS ARCHIEPISCOPI**

INCIPIIT SANCTI INNOCENTI EPISCOPI MARONIAE DE HIS QVI VNVM EX TRINITATE VEL
VNAM SUBSISTENTIAM SEV PERSONAM DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM DVBITANT
CONFITERI

5

- 1 Post Nestorii damnationem, cum sectatores eius mortiferos libros illius in publicum proferre non possent, quia et anathematibus a sancta synodo quæ primum apud Ephesum conuenerat, editis et imperiali constitutione prohibiti fuerant lectitari, cœperunt iam Theodori Mampsuestenæ ciuitatis episcopi, qui quondam Nestorii magister extiterat, circumferre uolumina et simplices quosque mortiferis laqueis inretire. tantum uero 10
studii gesserunt per eum eiusdem Nestorii dilatare contagia, ut ipsa uolumina eius ad læsionem et interitum simplicissimarum, ut dictum est, animarum in linguam Syrorum
2 Armeniorum Persarumque transferrent. sed ubi hæc agnouerunt beatæ memoriæ uiri Rabbula Edessenæ et Acacius Melitinæ ciuitatis antistites, scripserunt in Armeniam
Phil. 3, 2 sanctis episcopis ne ea susciperent, apostolice denuntiantes atque dicentes: uide te 15
cane s, uide te malos operarios, uide te concisionem. Ciliciæ uero episcopis insimulantibus eosdem uiros Rabbulam et Acacium quod non ex caritate hoc, sed ex æmulatione atque contentione fecissent, in unum omnes Armeniæ regionis sanctissimi conuenientes episcopi duos uenerabiles presbytros Leontium et Abelium ad urbem regiam Constantinopolim destinarunt; qui libellos pro more facientes nec non 20
et unum uolumen blasphemiarum Theodori deferentes secum beatissimo Proclo Constantinopolitanæ urbis archiepiscopo supplices obtulerunt, scire desiderantes quænam doc-
3 trina, utrum Theodori an Rabbulæ et Acacii episcoporum uera esse probaretur. bea-
tissimus itaque Proclus et libellos Armeniorum et uolumen Theodori diligenter ex-
aminans, admirabilem illam ad Armenios scripsit epistolam; quam sumens Basilius 25
quidam diaconus Alexandriam uenit et libellos Armeniorum suis annectens obtulit
beatissimo Cyrillo eiusdem ciuitatis antistiti. quibus, ut fertur, ualde permotus
aduersus Theodorum et Diodorum mirabile uolumen explicuit. post hæc antefatus
Basilius Constantinopolim ueniens alios libellos composuit et sancto archiepiscopo
Proclo porrexit, cuncta quæ beatissimo Cyrillo antehac optulerat, suis libellis adsocians. 30
4 | sed beatissimus Proclus et priusquam Basilius preces acciperet, Armeniorum, ut dictum f. 76
est, libellis et Theodori uolumine, qui iuxta Nestorii similitudinem pro trinitate qua-
ternitatem docere deprehendebatur, instructus, illam superius nuncupatam scripsit
epistolam. puto namque quia secundam post hæc edidit paginam, propter quod
Basilius in suis libellis unam tantum Alexandriam se detulisse memorauit; uerumtamen, 35
siue prius hanc seu postea scripserit, sic in ea docuit, libros Theodori esse uitandos
5 sicut Arrii Eunomiique blasphemias. iam uero postmodum memoratus pontifex
sermonem de fide conscripsit, in quo iuxta similitudinem epistolarum Armeniis direc-
tarum et alia quidem plura deo digna composuit et unum tamen ex trinitate deum
uerbum quod incarnatum est, esse prædicauit; quem quia nonnulli calumniis appetunt 40
quod quasi diuinitatem passibilem dixerit, dum unum trinitatis dominum nostrum
Iesum Christum esse fateatur, idcirco satisfacimus asserentes quod beatissimus Proclus

6—37 in breuiarium [10] non sine additamentis recepit Liberatus

14 meletinæ N

17 rabulam N

19 abellium *Liberati codd. antiqui* abellium N

20 nennō N

23 rabulæ N

nec patrem passibilem dixit, sicut male quidam suspicati sunt, nec spiritum sanctum, sed nec unigeniti diuinitatem, sed iuxta symbolum sanctorum patrum qui tam apud Nicæam quam apud urbem regiam Constantinopolim conuenerunt, quod et in Epheseno et Chalcedonensi conciliis a beatissimis patribus constat esse firmatum, ueraciter docuit dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum omnium creatorem, per quem sæcula facta sunt, deum uerbum descendisse et incarnatum esse atque hominem factum passum esse et resurrexisse a mortuis, ascendisse etiam in cælos et consedis-
 5 ad dexteram patris secundum uocem ipsius magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, quæ dicit quia nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo de-
 6 scendit, filius hominis qui est in cælo. sicut autem sanctissimi 10 illi et beatissimi patres nostri qui in quattuor illis conciliis affuerunt, primum diuinitatem prædicantes unigeniti et ueri domini nostri Iesu Christi et dicentes cum deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum non factum, hominioni patri, hoc est unius cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt in cælo et in terra, postea persecuti sunt asserentes: »qui propter nos homines et propter nostram salutem des-
 15 cendit et incarnatus est de spiritu sancto et Maria sancta et dei genetrice uirgine et homo factus crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato«, non nudæ diuinitati eius, sed incarnationi passiones ueraciter adscribentes, ita et beatissimus Proclus iuxta eorum imitationem unum trinitatis pro eo ac si unam personam uel subsistentiam ex sancta trinitate descendisse et incarnatam esse, passiones quoque sustinuisse et a mortuis
 20 resurrexisse firmavit, non quod diuina eius natura, quæ patri et spiritui sancto con-
 f. 76^u 7 substantialis est, passa sit, sed quod sancti corporis sui proprias | fecerit passiones. sicut enim inuisibilis existens ante incarnationem, uisibilis dignatus est fieri, quando factus est homo, iuxta beatum Hieremiam dicentem: hic deus noster, non
 25 æstimabitur alter ad eum. adinuenit omnem uiam disciplinæ, dedit eam Iacob puero suo et Israel dilecto suo. post hæc in terris uisus est et cum hominibus conuersatus est et iuxta beatissimum Esaiam similiter asserentem: a sæculo non audi-
 30 uimus nec oculi nostri uiderunt deum præter te et secundum reliquas sanctas scripturas, quæ dei filium testantur propter incarnationem factum esse uisibilem, sic etiam impassibilis deus existens »non dedignatus est homo esse
 35 passibilis et immortalis mortalis legibus subiacere«, sicut beatissimus papa Leo in epistola sua disseruit, et quemadmodum natiuitatem sacræ carnis suæ propriam faciens, puer non aspernatus <est> esse, deus fortissimus permanens et filius hominis dignatus fieri, futuri sæculi pater existens, sic et passibilis et mortalis, ut sæpe dictum est, fieri uoluit immor-
 40 talis et impassibilis perseuerans dei uerbum dominus noster Iesus Christus sibi que passiones
 8 sacratissimæ suæ carnis adscribens. quod autem non nouitatibus studens beatissimus Proclus in epistola ad Armenios unum ex trinitate Christum dominum prædicauit, sed ut Theodori profanas uocum nouitates argueret, qui purum hominem Christum gratia deum factum suis scriptis frequenter adstruxit, et ut breuiter colligam, non deum in-
 45 carnatum, sed hominem deum factum euidenter exposuit, necessarium credidi certa capitula tam ex Theodori prauo dogmate quam ex beatissimi Procli prædicatione præ-
 senti satisfactioni subnectere, ut ex collatione dictorum qui legunt, intellegant cui se debeant consociare doctrinæ, utrum beatissimi Procli unum ex trinitate propter hæretici impiissimam nouitatem Christum esse prædicantis an Theodori peruersitatibus, qui
 50 purum hominem Christum suis blasphemis asseuerare detectus est; qui apud Antiochiam splendidissimam ciuitatem in sancta ecclesia docens uerbis ipsis ita disseruit:

34 est add Schw

40 non deum Schw nondum N

43 satisfactione N

EX SERMONE THEODORI MAMPSVESTENAE CIVITATIS EPISCOPI

L V 464 =
M VIII 241b

Ps. 8, 5 9 Homo est, inquit, Iesus; quid enim est homo quod memor es eius?
 Hebr. 2, 9 apostolus autem hoc de Iesu dictum esse testatus est: nam modicum quid ab
 angelis minoratum uidimus Iesum. quid igitur? homo est Iesus
 similis cunctis hominibus, nihil ab his differens qui eiusdem sunt naturæ uel generis; 5
 aut præ ceteris eminet in his quæ illi gratia contulit, collata uero gratia non potest
 Phil. 2, 9 immutare naturam. sed posteaquam mortem morte destruxit, donauit illi
 dominus nomen <supra omne nomen>; qui donauit, deus est, cui donatum
 Col. 1, 18 est, Christus Iesus, primitiæ resurgentium; | nam et primogenitus ex mortuis f. 77r
 dictum est. ascendens igitur sedet ad dexteram patris et est super omnia. o 10
 gratia quæ cunctorum naturam supergredi tribuit, per quam is qui eiusdem est naturæ
 cuius ego, super cælos euectus est et ad patris dexteram collocatus; cui etiam si dixero
 »nonne mea et tua una natura est? et tu quidem in cælis, ego uero in terris; tu ad dex-
 teram patris et ego in passionibus; et tu super omnem principatum et potestatem, ego
 autem in cæno«, ad hæc protinus audiam: »quoniam sic conplacuit pater in me. 15
 Rom. 9, 20 numquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare me sic
 finxisti?« nihil habeam contra quod dicam; uerumtamen fratres mei, filii matris
 meæ, dicunt mihi: »non separaris hominem et deum, sed unum eundumque profitere«. at
 ego hominem dicens similem hominibus assero; deum si dixero, similem deo dicam.
 quomodo enim potest homo et deus unum esse? numquid hominis et dei una natura 20
 est, domini et serui, factoris et figmenti? homo homini consubstantialis est, <deus
 autem deo consubstantialis est>; quomodo igitur homo et deus unus per unitatem
 poterit approbari, qui saluum facit et qui saluus efficitur, qui ante sæcula est et qui
 ex Maria nuper exortus est? idcirco confratres mei male doleo quod hæc a <me>
 male loquenda in ecclesiis exigunt, quæ qui sana sapiunt, approbare non possunt. 25

10 Hæc cum Theodorus apud Antiochiam in sancta ecclesia diceret purumque hominem
 Christum saluum factum gratia et uoluntate dei patris assereret nec solum naturas atque
 substantias diuideret, sed etiam in personas et subsistentias unum dominum partiretur
 dicendo: »quomodo deus et homo per unitatem unus poterit approbari? nonne duo
 sunt qui saluum fecit et qui saluus factus est, qui ante sæcula est et qui ex Maria nuper 30
 exortus est, dominus et seruus, factor et figmentum?«, tanta perturbatio in ipsa Anti-
 ochensium sancta ecclesia facta est, ut non solum orthodoxum clerum et populum
 sanctæ illius ecclesiæ commoueret, sed et ipsum Nestorium nimis offenderet, qui prius-
 quam Constantinopoli ordinaretur episcopus, ibidem morabatur, eundemque Theodorum
 grauiter tunc ipse notaret. uerum qui eo tempore hunc culpauit hæreticum, in 35
 tantum postmodum eius extulit prauitatem, ut et ipse apud Constantinopolim in sancta
 ecclesia ita prædicaret et diceret;

EX SERMONE NESTORII QVONDAM CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI

Loofs, Nestori-
ana frg. 180.
28a

11 »Noli gloriari, carissime; Maria namque deum non genuit, sed hominem, deitatis
 L III 519e = 12 scilicet instrumentum,« et iterum »transisse deum per uirginem quæ Christum ge- 40
 M III 1197c nuit, e sanctis scripturis edoctus sum; natum autem deum ex illa nusquam didici.«

4 quid igitur Schw qui dicitur N 6 potes N 8 supra-nomen suppl Schw 11 his N
 14 super Amelli semper N 21/22 deus — est suppl Schw ex Actis conc. V 23 saluis N 27/24 quia
 ex N 24 me add Schw 28 partiretur N 34 constantinopolim N 41 e Schw et N

ITEM EIVSDEM NESTORII

f. 77^v 13 | Filium namque dei genuit uirgo quæ Christum protulit; sed quia filius dei duplex L III 519^c =
est in naturis, non quidem deitatem genuit, sed humanitatem, quæ est filius propter M III 1197^b
coniunctum filium.

Coniunctum igitur filium filio professus duos asserit filios; qui simili blasphemiae 5
spiritu deprauatus iterum dicit:

EIVSDEM NESTORII

14 Propterea deus uerbum Christus appellatur, quod habet ad Christum coniunctio- L III 523^d =
nem continuam. M III 1201^d

Filium ergo filio coniungens et Christum dicens ad Christum coniunctionem habere 10
continuam, profecto et duos filios et duos Christos sine aliqua ambiguitate prædicasse
15 reuictus est. sed hic talis tantusque sacrilegus postmodum deprehensus tunc tamen
in Antiochena ecclesia ministrans adeo in blasphemis audaciorem se Theodorum repperit,
ut eum fiducialiter argueret tamquam magistrum exteræ doctrinæ nec recte prædicantem
uerbum ueritatis, sicut epistola quoque Iohannis Antiocheni episcopi Nestorio directa 15
testatur, in qua commonet eum dei genetricem sanctam uirginem confiteri, ipsis uerbis
ita significans:

EX EPISTOLA IOHANNIS ANTIOCHENI EPISCOPI NESTORIO DESTINATA

16 Memor, inquit, es, ut arbitror, cum Theodorus episcopus in sermone suo diceret L III 391 =
aliqua quæ non recta crederentur, primum a te fiducialiter per id tempus, dein a cunctis 20 M III 1064
auditoribus probe tum esse correptum, et quemadmodum sentiens ille læsionem, quam
tunc paruam murmur effecerat, et perpendens quod perturbatio tanta diuisionem faceret
uel contradictionem potius excitaret, amantibus hominibus accepta occasione in rebus
talibus huc illucque dispergi, malumque contradictionis auget paruam scintillam
scandali, quæ putabatur, exortam, sicut et nunc a uobis factum est, non post multos 25
dies uir egregius exurgens ad utilitatem ecclesiæ deposito pudore correxit emendatus-
que motam circa se criminationem protinus aboleuit. et hoc scientes cuncti quod
subito quidem id quod ab eo tunc dictum fuerat, esset expromptum, idcirco receperunt
eum salubriter immutatum.

17 Et hæc quidem epistola Iohannis Antiocheni episcopi Nestorio directa testatur; 30
qualiter autem per singula capitula quæ et in libellis aduersus eundem Theodorum
oblatis annexa sunt, in duas personas duosque filios unum dominum nostrum Iesum
Christum unigenitum et primogenitum idem Theodorus diuidat, certa quædam ad
refellendam prauitatem mentis eius apponantur, in quibus his ipsis uerbis ita disseruit:

THEODORI MAMPSVESTENI EPISCOPI

35

18 »Nam et quod dictum est: hic est filius meus dilectus in quo Mt. 3, 17
mihi conplacui, hoc existimare dictum de uerbo aperta dementia est.« L V 447^a =
M VIII 218^a
f. 78^r et iterum post | aliquanta: »nec enim,« inquit, »tamquam ad filium dei qui ante L V 448^e =
19 omnem creaturam extaret cunctaque condiderit, accessit ille centurio in euangelio.« M VIII 220^d
Mt. 8, 5

6 sps N 21 probe tum Schw probetur N correptum Schw correptus N 22 effice-
rat N 25 exortam Schw exorta N 27 mota N cuncti Schw ex Graeco uincti N
34 apponantur Schw apponat N deseruit N

L V 447^a = 20
 M V IIII 218^a
 Act. 10, 38

Item in aliis idem Theodorus ait: Iesus a Nazaret, quem unxit deus spiritu sancto et uirtute, hanc adeptus unctionem immaculatus effectus est; qui per spiritum, inquit, sanctum semet ipsum immaculatum deo optulit coniunctionemque diuinæ naturæ promeruit. nec enim coniunctionem illam susciperet, non ante immaculatus effectus, ut ita per eius claresceret unitatem.

5

- 21 Igitur propter hæc eadem aliaque simillima Theodori capitula, quæ in duos filios duosque Christos unum unigenitum et primogenitum diuidunt, compulsus est sanctæ memoriæ Proclus tam Armeniis scribens quam in sermone de fide unum ex trinitate eum qui incarnatus et homo factus crucifixus et sepultus est, deum uerbum dominum nostrum Iesum Christum prædicare, non sicut Theodorus, qui dicit apertam esse demen- 10
 Mt. 3, 17 tiam de dei uerbo existimare dictum hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui. qui autem apertam dementiam hoc esse dicit, aperte unum unigenitum et primogenitum in duos filios diuidit, alterum dicens esse deum uerbum unum ex trinitate et alterum filium extra trinitatem quartum sibi introductum, qui per gratiam audire promeruit: hic est filius meus dilectus, in quo 15
 22 mihi conplacui. et iterum »non«, inquit, »tamquam ad dei filium, qui ante omnem creaturam extaret et cuncta condiderit, accessit ille centurio«, sed tamquam ad alterum filium secundum eius blasphemiam, qui recens deus existeret. nam si non ita saperet, non diceret »nec enim coniunctionem diuinam susciperet Christus, 23 nisi ante immaculatus fuisset effectus, ita ut per eius claresceret unitatem.« propter has 20
 igitur, ut sæpe dictum est, Theodori blasphemias sanctus Proclus unum ex trinitate deum, qui incarnatus [est] et homo factus crucifixus et passus est atque a mortuis resurrexit, dominum nostrum Iesum Christum confidenter adstruxit, non alterum passibilem et alterum impassibilem prædicans, sed unum eundemque dicens esse qui et passus est et impassibilis mansit, impassibilis quidem ut deus, ut homo uero passibilis, ipsis uerbis ita pronuntians: 25

SANCTI PROCLI EX EPISTOLA PRIMA AD ARMENIOS DESTINATA

Procl. ad Ar- 24
 men. 21 ex
 uersione Dio-
 nysii Exigui
 [= Δ]

Quid igitur nos dicimus? quia secundum rationem diuinitatis sancta trinitas et unius est essentiæ et impassibilis perseuerat. nec enim dicentes filium passum, ratione diuinitatis eum pati potuisse sentimus, diuina si quidem natura nullam prorsus recipit passionem; sed confitentes deum uerbum unum ex trinitate incarnatum, tri- 30
 buimus intellegendi materiam his qui fideliter sciscitantur cur incarnari dignatus est.

| EIVSDEM SANCTI PROCLI EX EPISTOLA SECUNDA AD ARMENIOS DESTINATA f. 78^u

- 25 Salutis etenim uias nobis patefaciens deus scripturæ diuinæ tribuit instrumentum, docens nos unitatem credere trinitatis unius essentiæ, nullam differentiam substantiæ propter personas insinuans, sed potius incommutabilitatem naturæ ex nominum coniunc- 35
 Mt. 28, 19 tione demonstrans. patrem namque dixit et filium et spiritum sanctum, ita ut id quod summæ illius naturæ singulare est et indiuiduum, nullatenus separet enumeratio personarum. eadem quoque diuina scriptura nos instruit unum ex trinitate iuxta personæ <proprietas>, id est deum uerbum factum hominem, humanam naturam miserando atque parcendo, spontanea uirtute, non ministratoria necessitate in hoc 40
 esse compulsus.

9/10 factus — Christum Schw factus est dñm uerbum — xpni crucifixus et sepultus est N 14 trinitate N
 16 conplacuit N 22 est del. Schw 27 nos N ad ista nos Δ quia N quouiam Δ
 27. 29 diuinitatis N deitatis Δ 29 pati potuisse N passum fuisse [uel passum potuisse uel passum pati
 uaria lectio] Δ 39 proprietatem add Amelli

ITEM EIVSDEM EX LIBRO TERTIO DE FIDE

26 Sed iterum forsitan interrogabis me, nouum illud atque ineptum uaniloquium proferens quia qui Christum dei asserit crucifixum, et patrem et spiritum sanctum crucifixum pariter confitetur, quippe cum trinitatis una natura sit. ego uero respondens contra tibi obicio: utrum unus est ex trinitate qui crucifixus est, aut alter extra 5 trinitatem est? et si quidem unus ex trinitate est, soluta contentio est; si uero alter est, præter trinitatem quartus est dominus gloriæ et extra glorificationem illam quam Seraphim exhibent, existere conprobatur. illa namque animalia trinitatem Ies. 6, 2. 3 glorificant et unitatem fatentur; hoc enim ueracissima ille uox edocet. quomodo etiam quartus iste quos non formauit, saluos facere potuit, uel quomodo chirografum 10 peccatorum dirupit in cruce, qui potestatem non habet peccata remittere?

ITEM EIVSDEM SANCTI PROCLI EX SERMONE DE FIDE

27 Recte, inquit, fidei neruos adtende et inuerecundiam dilue. quid enim nos sapimus atque sentimus? quia in ipsa diuina natura qua coniunctus et unitus est filius patri sanctoque spiritui, non dicimus eum passum fuisse, sed carne quam pro nobis 15 adsumpsit ex nobis. unus igitur ex trinitate crucifixus est carne qua factus est, nec tamen deitate qua unitus est patri et spiritui sancto, perpressus est, ne et illos crucifixos pariter asseramus. si enim diceremus cum deitate crucifixum, consequenter passionem trinitati adscribere uideremur. porro dicentes quia carne sua uerbum passionis sustinuit, fatemur quod unus ex trinitate <est> qui crucifixus est, et impassibilis natura trini- 20 tatis existit. nam si non incarnatus passus esset, haberet ueri similitudinem eorum propositio captiosa; si autem incarnatus passus est, manifestum est quod incarnatio causa passionis existat. hoc ergo quod incarnatum est, crucifixum est, pater autem f. 79^r et spiritus sanctus non sunt incarnati; | nec pater igitur nec spiritus sanctus crucifixi sunt, sed unus ex trinitate incarnatus est filius, deitatem quæ communicat 25 patri et spiritui sancto, impassibilem seruans, carne uero quam solus ipse susceperit, passiones solus excipiens.

28 Et hæc quidem beatissimus Proclus tam in utrisque epistolis ad Armenios destinatis quam in his quæ de ratione fidei conscripsit, exposuit; beatissimus autem Leo anti- quissimæ Romæ urbis quondam archiepiscopus in epistola ad Iulianum episcopum Co, 30 quæ etiam in sancta Calchedonensi recepta est synodo, sic ipsis uerbis asseruit:

BEATISSIMI PAPAE LEONIS EX EPISTOLA AD IULIANVM EPISCOPVM

29 Quod, inquit, deitatis est, caro non minuit, et quod carnis est, deitas non peremit. Leo ep. 35, idem namque est et sempiternus ex patre et temporalis ex matre, in sua quidem uirtute 2 p. 879 inuolabilis, in nostra uero infirmitate passibilis; in deitate trinitatis cum patre et cum 35

2—11 idem excerptum ex alia uersione habet Iohannes Maxentius 16. 17 [= M] et tomo ad Armenios adscribit

13—28 et hæc ex alia uersione adfert Iohannes Maxentius 18. 19, quasi in tomo ad Armenios extant

13—18 quid enim — asseramus] adfert Iohannes papa II [= I] in epistula [12] post excerptum ex epistula de fide [cf. supra p. 66, 16] sub inscriptione: Item eiusdem

10 cyrografum N	15 passum N deitate passum I	16 nec N non I	20 est ad!
Schw ex M	21 nam N et iterum: nam M ita ul nouum	introducatur excerptum	26 carnem N
28 utriusque N	30/1 Co, quæ Schw quoq. N	32 BEATISSIMAE, A erasa N	33 et N om.
Leo	34 namque est N enim Leo	34/35 quidem et uero om. Leo	35 cum ² om. Leo

spiritu sancto unius eiusdemque [susceptione nominis] naturæ, in susceptione autem hominis non unius substantiæ, sed unius eiusdemque personæ.

30 Nonnulli quidem differre putant inter se illa quæ <a> beatissimo papa Leone dicta sunt, et quæ superius a sancto Proclo prolata noscuntur, quod beatissimus quidem Proclus unum ex trinitate dominum nostrum Iesum Christum esse docuit, beatissimus 5 autem Leo non ex trinitate, sed in trinitatis deitate cum patre et cum spiritu sancto
 31 adorandum esse prædicauit. ego uero aliis quidem uerbis, sed unum idemque ab utrisque dictum esse non dubito, si quidem beatissimus Proclus incarnatum et hominem factum, crucifixum quoque pro nobis sub Pontio Pilato deum uerbum unum ex trinitate esse docuit propter eos qui dicunt alterum esse deum uerbum et alterum Christum, 10 qui etiam quaternitatem pro trinitate supponunt, beatissimus autem Leo ipsum incarnatum deum uerbum posteaquam incarnatum est, in trinitatis deitate cum animata carne anima rationali adorandum esse prædicauit, ita ut nullæ personæ uel subsistentiæ
 32 propter incarnationem filii facta probetur adiectio. itaque per dissimilia uerba unam eandemque rectæ fidei confessionem uterque declarauit. nam sicut beatissimi 15 euangelistæ Mathæus et Lucas non sibi probantur aduersi, cum Mathæus de superioribus ad inferiora, dico autem ab Abraham usque ad Ioseph generationem Christi proferat, Lucas autem ab inferioribus ad superiora, id est ab Ioseph usque ad Adam deumque conscendat, sic etiam et beatissimi Proclus et Leo in nullo sibi extitere contrarii, sed
 33 concordem utrique aduersus hæreticos sententiam protulerunt. illis igitur a Theodoro 20 dictis et his a beatissimis Proclo et Leone declaratis, in arbitrio legentis sit, utrum Theodorum sequi uelit, qui quaternitatem | pro trinitate dementer adstruxit, dum f. 79^u alterum dixit esse filium ante sæcula natum ex patre deum uerbum et alterum qui ex Maria processit, hominem Christum Iesum, an beatissimos Proclum atque Leonem cunctosque sanctissimos patres, qui unum ex trinitate esse docuerunt unigenitum et 25 primogenitum deum uerbum dominum nostrum Iesum Christum et unius filii tam
 34 passiones quam miracula esse dixerunt. sit uero potissimum nobis duobus his dogmatibus uelut duobus callibus propositis præruptam quidem atque mortiferam blasphemiam
 1 Cor. 1, 10 uiam fugere, salutiferum uero rectæ confessionis iter eligere, ut id ipsum dicamus
 Ephes. 4, 4 omnes et non sint in nobis schismata, simus autem perfecti 30 in eodem sensu et in eadem sententia, sicut et uocati sumus in una spe uocationis nostræ, gratia et misericordia magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, cui est gloria et imperium cum patre et spiritu sancto in sæcula sæculorum. amen. EXPLICIT SANCTI INNOCENTI EPISCOPI

INCIPIVNT EXEMPLA SANCTORVM PATRVN QVOD VNVM QVEMLIBET <LICET> 35
 EX BEATA TRINITATE DICERE

1 Cum ratio postulauerit, ob distinctionem personarum minime dubitare debeamus et quod Christus uerbum, uirtus et sapientia patris, sicut ante, sic et post incarnationem unus ex trinitate sit, quia incarnatio illa quam pro generis humani redemptione suscepit, sicut nihil ei contulit, ita quoque nihil ademit, quominus idem ipse qui utriusque naturæ 40 una persona est, non unus beatæ trinitatis esse credatur.

1 susceptione nominis *om. Leo* 2 unus eiusdemque *N* 3 a *add Amelli* 15 eademque *N*
 35 INCIPIVNT EXEMPLA *Schw* INCIPIIT EXEMPLAR *N* LICET *add Schw cf. Dionysium Exiguum in*
uersionis tomi Procliani præfatione et quia nunc aliqui ob iniectum scrupulum de uera fide trepidant et unum
 quemlibet ex beata trinitate pronuntiare diffugiunt, ne scilicet diuisionem trinitati uideantur inferre
 39 quam *Schw* quem *N*

SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI DE LIBRO VNDECIMO EXPOSITIONIS GENESIS AD LITTERAM 11, 39

- 2 Et dixit deus: Ecce Adam factus est tamquam unus Gen. 3, 22 ex nobis in cognoscendo bonum et malum. quoniam hoc, per quodlibet et quomodolibet dictum sit, deus tamen dixit, non aliter intellegendum est quod ait unus ex nobis, nisi propter trinitatem numerus pluralis accipiatur, 5 sicut dictum erat faciamus hominem, sicut etiam dominus de se et patre Gen. 1, 26 ait: ueniamus ad eum et mansionem aput eum faciemus. Ioann. 14, 23

EIVSDEM SANCTI AVGVSTINI EX LIBRO SECVNDO DE TRINITATE

- 3 Vtrum indiscrete deus apparuerit patribus nostris, antequam Christus ueniret in carne, an aliqua ex trinitate persona, an singillatim quasi per uices. 2, 16 p. 781^d [= Maxent. 10 lib. fidei 16]

ITEM EX EODEM LIBRO

- 4 Neque hic ergo euidenter apparet utrum aliqua ex trinitate persona an deus ipse trinitas, de quo uno deo dictum est: dominum deum tuum adorabis Mt. 4, 10 et illi soli seruias, uisus fuerit Abrahæ. 2, 19 p. 783^e [= Maxent. l. c.]

ITEM EX EODEM LIBRO SECVNDO

- 5 Vtrum deus trinitas an pater an filius an spiritus sanctus proprie loquebatur. 2, 26 p. 787^d uerumtamen siquid hinc sine adfirmandi temeritate modeste atque cunctanter coniectare conceditur, si unus ex trinitate potest intellegi, cur non spiritum sanctum potius intellegimus? 15

ITEM EX EODEM LIBRO II

- f. 80^r 6 | Deum quidem non per substantiam suam quæ inuisibilis et incommutabilis manet, sed per illam speciem creaturæ illic apparuisse cognoscimus; sed aliquam ex trinitate personam signo quodam proprio, quantum ad mei sensus capacitatem pertinet, non uidemus. 2, 26 p. 787^f

EIVSDEM EX LIBRO TERTIO DE TRINITATE

- 7 Iam enim quæsitum atque tractatum est in illis antiquis corporalibus formis et uisis non tantummodo <patrem nec tantummodo> filium nec tantummodo spiritum sanctum apparuisse, sed aut indifferenter dominum deum, qui trinitas ipsa intellegitur, aut quamlibet ex trinitate personam quam lectionis textus indiciiis circumstantibus significaret. 3, 3 p. 794^e 30

EIVSDEM EX LIBRO QVARTO DE TRINITATE

- 8 Vt quoniam quattuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus uerusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos deo unum cum illo maneret cui offerebat, unum in se faceret pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat et quod offerebat. 4, 19 p. 823^b 35

1 LITERA N 8 SECVDO N 13 trinitas *Augustinus et Maxentius* trinitatis N 18 una
ex trinitate persona *Augustinus* sps scs N 27 patrem — tantummodo *Augustinus om. N*
32 a quo offeratur *bis scripsit N* 34 deo *Augustinus dñ N*

ITEM EX EODEM LIBRO

4, 30 p. 830^f 9 Nullum enim horum trium nominum est quod non et memoria et intellectus et uoluntas mea simul operata sint; ita trinitas simul operata est et uocem patris et carnem filii et columbam spiritus sancti, cum ad personas singulas hæc singula referebantur.

6, 10 p. 850^a

EIVSDEM EX LIBRO SEXTO DE TRINITATE

5

1 Cor. 11, 3 10 Caput autem Christi deus. sed rursus <si> deus non nisi omnia simul tria, quomodo deus caput Christi, id est caput Christi trinitas, cum in trinitate sit Christus, ut sit trinitas?

EIVSDEM EX LIBRO SEPTIMO DE TRINITATE

7, 11 p. 861^d 11 Non enim aliud est deo esse, aliud personam esse, sed omnino idem. nam si esse ad se dicitur, persona uero relatiue, ut sic dicamus tres personas patrem et filium et spiritum sanctum, quemammodum dicuntur aliqui tres amici aut tres propinqui aut tres uicini, quod sint ad inuicem, non quod unusquisque eorum sit ad se ipsum, quapropter quilibet ex eis amicus est duorum amicorum aut propinquus aut uicinus, quia hæc nomina relatiuam significationem habent. 15

EIVSDEM EX LIBRO OCTAVO DE TRINITATE

8, 1 p. 865^b 12 Ideoque dici tres personas uel tres subsistentias, non ut aliqua intellegatur diuersitas essentia, sed ut uel uno aliquo uocabulo responderi possit, cum dicitur quid tres uel quid tria, tantamque esse aequalitatem in ea trinitate, ut non solum pater non sit maior quam filius, quod attinet ad diuinitatem, sed nec pater et filius simul maius aliquid sint quam spiritus sanctus, aut singula quæque persona quælibet trium minus aliquid sit quam ipsa trinitas. 20

EIVSDEM EX LIBRO DODECIMO DE TRINITATE

12, 9 p. 917^e 13 Aut si et una persona hominis ex tribus potest dici imago dei, sicut ipsa | summa f. 80u trinitas et unaquæque persona deus est, cur et mulier non est imago dei? 25

14, 24 p. 964^c

EIVSDEM EX LIBRO QUARTODECIMO DE TRINITATE

1 Ioh. 3, 2 14 Quamquam possit hoc a Iohanne apostolo etiam de immortalitate corporis dictum uideri. et in hac quippe similes erimus deo, sed tantummodo filio, quia solus in trinitate corpus accepit, in quo mortuus resurrexit atque id ad superna perduxit.

EIVSDEM EX LIBRO QUINTODECIMO DE TRINITATE

30

15, 5 p. 968^e 15 Etiam in hoc libro apparuit trinitatis æqualitas nec quasi aliquid duplum esse

3 ita <i>Augustinus</i> in <i>N</i>	4 singula hæc <i>Aug.</i>	referebatur <i>N</i> referantur <i>Augustinus</i>
6 si <i>Augustinus</i> om. <i>N</i>	7 caput Christi deus <i>Aug.</i>	11 ut <i>N</i> om. <i>Augustin</i> edd.
<i>Augustinus</i> adesse <i>N</i>	14 amicorum <i>N</i> ceterorum <i>Aug.</i>	13 ad se
<i>Augustinus</i> dicit <i>N</i>	subsistentias <i>N</i> substantias <i>Augustinus</i>	17 dici
24/25 ipsa — et <i>N</i> in ipsa summa trinitate <i>Augustinus</i> edd.	29 peruexit <i>Augustinus</i>	18 possit <i>Augustinus</i> posset <i>N</i>
TODECIMO <i>N</i>	31 æqualitas <i>N</i> æqualitas et non deus triplex sed trinitas <i>Augustinus</i>	30 QVAR-

patrem et filium ad simplum spiritum sanctum, ubi nec tria plus aliquid sunt quam horum unum.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

- 16 Ratione etiam reddita intellegendis clarum est in substantia ueritatis non solum patrem filio non esse maiorem, sed nec ambos simul aliquid esse maius quam solum spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem trinitate maius esse aliquid quam unum, aut omnes simul tres maius aliquid esse quam singulos. 15, 5 p. 969^b

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

- 17 Sciunt ergo inuicem pater et filius, sed ille gignendo, iste nascendo, et omnia quæ sunt in eorum scientia, in eorum essentia, unusquisque eorum simul uidet, non partialim aut singillatim. 15, 23 p. 984^f

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

- 18 Nunc de spiritu sancto quantum deo donante uidere conceditur, disserendum est. qui spiritus sanctus secundum scripturas sanctas nec patris est solius nec filii solius, sed amborum, et ideo communem, quia inuicem se diligunt pater et filius, nobis insinuat caritatem. 15, 27 p. 987^b

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

- 19 Sed uoluntas dei si et proprie dicenda est aliqua in trinitate persona, magis hoc nomen spiritui sancto competit sicut caritas. 15, 38 p. 994^c

EIVSDEM SANCTI AVGVSTINI EX LIBRO ENCHIRIDION AD LAVRENTIVM DESTINATO 20

- 20 Sed cum illam creaturam quam uirgo concepit et peperit, quamuis ad solam personam filii pertinentem tota trinitas fecerit (neque enim separabilia sunt opera trinitatis), cur in ea facienda solus spiritus sanctus nominatus est? an et quando unus trium in aliquo opere nominatur, uniuersa operari trinitas intellegitur? ita uero est et exemplis doceri potest. 38 p. 211 f [= Maxent. lib. fid. 15]

EIVSDEM EX LIBRO DE PERSEVERANTIA VEL PRAEDESTINATIONE SECUNDO

- 21 Fidelis, inquam, qui in Christo ueram naturam credit et confitetur humanam, id est nostram, quamuis singulariter suscipiente deo uerbo in unicum dei filium sublimatam, ita ut qui suscepit et quod suscepit, una esset in trinitate persona. neque enim homine adsumpto quaternitas facta est [nomine adsumpto], sed trinitas mansit, adsumptione illa ineffabiliter faciente personæ unius in deo et homine ueritatem. 67 p. 857^f

4—7 adfert Iohannes papa II in epistula [8]

2 unum horum Augustinus	5 esse maius N Ioh maius esse Augustinus	9 iste Aug. ille N
10 scientia N scientia, in eorum sapientia Augustinus	14 solius est Augustinus	15 qua Augustinus
16 insinuat Augustinus insinuant N	18 si et Augustinus ē si N	22 eam faciendam N
24 uniuersa operari trinitas intellegitur Augustinus uniuersa opera trinitas intellegitur N uniuersa opera intellegitur trinitatis Maxentius	28 filium dei Aug.	30 nomine adsumpto N om. Aug.

EIVSDEM EX LIBRO DECIMO DE CIVITATE DEI

10, 24 22 | Nos itaque ita non dicimus duo uel tria principia, cum de deo loquimur, sicut f. 81r
nec duos deos uel tres nobis licitum est dicere, quamuis, de unoquoque loquentes, uel
de patre uel de filio uel de spiritu sancto, etiam singulum quemque deum esse fateamur,
nec dicamus tamen quod hæretici Sabelliani, eundem esse patrem qui est filius, et 5
eundem esse filium qui est pater, et eundem spiritum sanctum qui est et pater et filius,
sed patrem esse filii patrem et filium patris filium et patris et filii spiritum sanctum
nec patrem esse nec filium.

EIVSDEM EX LIBRO XI DE CIVITATE DEI

11, 10 23 Et hæc trinitas unus est deus nec ideo non simplex, quia trinitas. neque enim 10
propter hoc naturam istam boni simplicem dicimus, quia pater in ea solus aut solus
filius aut solus spiritus sanctus, aut uero sola est ista nominis trinitas sine subsistentia
personarum, sicut Sabelliani hæretici putauerunt, sed ideo simplex dicitur, quia quod
habet, hoc est.

ITEM EIVSDEM EX EODEM LIBRO XI DE CIVITATE DEI

15

11, 24 24 Credimus et tenemus et fideliter prædicamus quod pater genuerit uerbum, hoc
est sapientiam, per quam facta sunt omnia, unigenitum filium, unus unum, æternus
coæternus, summe bonus æqualiter bonum, et quod spiritus sanctus simul et patris
et filii sit spiritus, et ipse consubstantialis et coæternus ambobus, atque hoc totum et
trinitas sit propter proprietatem personarum et unus deus propter inseparabilem diui- 20
nitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam, ita tamen ut
etiam cum de singulis quæritur, unusquisque eorum et deus et omnipotens esse respon-
deatur, cum uero de omnibus simul, non tres dei uel tres omnipotentes, sed unus deus
omnipotens. tanta ibi est in tribus inseparabilis unitas, quæ sic se uoluit prædicari.
utrum autem boni patris et boni filii spiritus sanctus, quia communis ambobus est, 25
recte bonitas dici possit amborum, non audeo temerariam præcipitare sententiam.
uerumtamen amborum eum dicere sanctitatem facilius ausus fuero, non amborum
quasi qualitatem, sed ipsum quoque substantiam et tertiam in trinitate personam.
ad hoc enim me probabilius ducit quod cum sit et pater spiritus et filius spiritus et
pater sanctus et filius sanctus, proprie tamen ipse uocatur spiritus sanctus tamquam 30
sanctitas substantialis et consubstantialis amborum.

ITEM EIVSDEM EX EODEM LIBRO XI DE CIVITATE DEI

11, 29 25 Illi quippe angeli sancti non per uerba sonantia deum discunt, sed per ipsam
præsentiam immutabilis ueritatis, hoc est uerbum eius unigenitum, et ipsum uerbum
et patrem et eorum spiritum sanctum, eamque esse inseparabilem trinitatem singulasque 35
in ea personas esse substantiam et tamen omnes non tres deos esse, sed unum deum
ita nouerunt, ut eis magis ista quam nos ipsi nobis cogniti simus.

16—23 credimus — respondeatur *adfert Iohannes papa II in epistula [6]*

16—20/21 credimus — diuinitatem *Dionysius Exiguus [= Δ] in uersionis tomi Procliani præfatione*

5 est et filius *Augustinus* 5/6 et — pater¹ *om. Augustini edd.* 11 simplice *N* 13 quia
N quoniam *Aug.* 17 quam *N Aug. Ioh.* quem Δ 17/18 coæternus coæternum Δ 19 quo
æternus *N* 19/20 totum trinitas Δ *Ioh* 25 scī *N* 28 substantia *N* tertia *N* 37 si-
mus *Augustinus* sumus *N*

EX LIBRO II SANCTI AVGVSTINI CONTRA MAXIMINUM ARRIANORVM EPISCOPVM

- 26 Porro autem Christus una persona est geminæ substantiæ, quia et deus et homo 2. 10, 2 p. 698d
f. 81^u est, | nec tamen deus pars huius personæ dici potest: alioquin filius dei deus, antequam
 susciperet formam serui, non erat totus et creuit, cum homo diuinitati eius accessit.
 quod si in una persona absurdissime dicitur, quia pars rei ullius esse non potest deus, 3
 quanto magis pars trinitatis esse non potest quicunque unus in tribus.

ITEM IBI POST PAVLVLVM

- 27 In trinitate igitur quæ deus est, et pater deus est et filius deus est et spiritus p. 698f
 sanctus deus est, et simul hi tres unus deus. nec huius trinitatis tertia pars est unus
 nec maior pars duo quam unus est ibi nec maius aliquid sunt omnes quam singuli, quia 10
 spiritalis hæc, non corporalis est magnitudo. qui potest capere, capiat; Mt. 19, 12
 qui autem non potest, credat et oret ut quod credit, intellegat.

ITEM EIVSDEM EX EODEM LIBRO

2, 23, 3 p. 729^d

- 28 Ecce dixit apostolus: unus deus pater ex quo omnia et nos 1 Cor. 8, 6
 in ipso, et unus dominus Iesus Christus per quem omnia 15
 et nos per ipsum. omnino duas personas, unam patris, alteram filii sine
 ulla confusione et sine ullo errore distinxit. neque enim duo sunt dei patres, sed
 unus deus pater, sed nec duo sunt domini Iesu Christi, sed unus dominus Iesus Christus.
 in illa quippe trinitate quæ deus est, unus est pater, non duo uel tres, et unus filius,
 non duo uel tres, et unus amborum spiritus, non duo uel tres, et ipse unus pater utique 20
 deus est et ipse unus filius etiam uobis fatentibus deus est et ipse amborum spiritus
 etiam uobis negantibus deus est.

SANCTI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS EX SERMONE NATALIS DOMINI

INTER CETERA

- 29 Videte miraculum matris dominicæ: uirgo concepit, uirgo peperit; uirgo grauida, 25 cf. Maxim. Taur.
 uirgo post partum, sicut in Hiezechiel dicitur: et porta erat clausa et non hom. 5 p. 1
 est aperta, quia dominus transiuit per eam. gloriosa uirginitas Ez. 44, 28
 et præclara fecunditas; dominus mundi nascitur et nullus est gemitus parientis; ua-
 cuatur uterus, infans excipitur nec tamen uirginitas uiolatur. fas erat ut deo
 nascente merito cresceret castitas, ne per eius egressum uiolarentur integra, qui 30
 uenerat sanare corrupta.

ITEM EIVSDEM DE EXPOSITIONE EVANGELII SECVNDVM LVCAM

- 30 Ea potissimum electa est ut deum pareret, quæ erat desponsata uiro. 2, 1
 Natum certe ex uirgine deum prædicat, matrem Mariam dei nominat.

ITEM EX EODEM OPERE

35

- 31 Non, inquit, dissimiles in dissimilibus uidentur, sed ubi unitas operationis est 1, 7
 atque uirtutis, et filius in patre et pater uidetur in filio; quæ ego, inquit, opera facio, loh. 5, 19

3 pote e N 4 diuinitatis N 5 illius N 8—10 et pater deus — unus est *adfert Iohannes pap.*
11 in epistula [7] 10 tibi N 11 hæc *N om. Aug. edd.* 18 sed nec N nec *Augustinus* 36 dissimilis N

et ille facit. in operibus Iesus uidetur, in operibus filii et pater cernitur. uidit
 Ioh. 2, 9 Iesum qui Galilæum illud mysterium uidit, quod nemo posset nisi mundi dominus elementa
 Ioh. 9, 6 conuertere. uideo Iesum, quando lego quia cæco linuit oculos | luto et reddidit uisum; f. 82r
 cf. Gen. 2, 7 ipsum enim recognosco, qui de luto finxit hominem et ei uiuendi spiritum, uidendi lumen
 Mc. 2, 5sq. infudit. uideo Iesum, quando peccata condonat; nemo enim potest peccata dimittere s
 Ioh. 11, 43. 46 nisi solus deus. uideo Iesum, quando Lazarum suscitatur, et non uiderunt qui uiderunt.
 uideo Iesum, uideo etiam patrem, quando oculos ad cælum erigo, ad maria conuerto,
 Rom. 1, 20 ad terram retorqueo; inuisibilia enim eius per ea quæ facta sunt,
 intellecta conspiciuntur.

2, 10

ITEM EIVSDEM EX EODEM OPERE LIBRI SECUNDI

10

Lc. 1, 30, 31 **32** Et ait ei angelus domini: Ne timeas, Maria; inuenisti
 enim gratiam apud deum, et ecce concipies in utero et pari-
 es filium et uocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus.
 Lc. 1, 15 dictum est quidem etiam de Iohanne ab angelo quia erit magnus; sed ille quasi
 Ps. 144, 3 homo magnus, hic quasi deus magnus: magnus enim dominus et lauda-
 bilis nimis et magnitudinis eius non est finis.

ET POST ALIQVANTA

2, 11. 12 **33** Magnus ergo, inquit, Iohannes, sed huius magnitudo habet principium < habet
 Apoc. 22, 13 finem; dominus autem Iesus idem est finis atque principium >, idem
 primus et nouissimus: nihil ante primum, nihil ultra nouissimum. neque 20
 te generationis humanæ consuetudo in uitium trahat, ut putes non primum esse, quia
 filius est; sequere scripturas, ut errare non possis.

ITEM POST ALIQVANTA

2, 12 **34** Audeo dicere: »primus est filius, sed solus non est«, et bene dico et religiose dico.
 quid erigitis ad impietatem, hæretici, aures? laqueos quos tetendistis, incidistis. 25
 primus est filius et solus non est; primus, quia cum patre semper est; solus non est,
 Ioh. 16, 32 quia sine patre numquam est. non ego hoc dico, sed ipse dixit: et non sum so-
 lus, quia pater mecum est. solus pater, quia unus deus; solus pater,
 quia sola diuinitas patris et filii et spiritus sancti, et quod unum est, solum est. solus
 pater, solus unigenitus, solus et spiritus sanctus; neque enim qui filius, et pater, aut 30
 qui pater, et filius, aut qui spiritus sanctus, et filius. alius <pater, alius> filius, alius
 Ioh. 14, 16 spiritus sanctus; legimus enim: rogato patrem et alium paracletum
 1 Cor. 8, 6 dabit uobis. solus deus, quia unus est ex quo omnia, solus filius,
 quia unus dominus per quem omnia. solum diuinitas facit; generatio et
 patrem testificatur et filium, ut nusquam filius sine patre aut pater uideatur esse sine 35
 filio.

2, 12, 13

ET POST PAVLVLVM

Ioh. 14, 11 **35** Vide ne illa sit lux inaccessibilis, quam habitat pater, habitat et filius, quia pater
 in filio et filius in patre. bene ergo magnus: late enim funditur dei uirtus, late

18/19 habet — principium *Ambrosius om. N* 21 te *Ambrosius et N* 25 tenditis *Ambrosius*
 26 est³ *om. Ambr.* 31 pater alius *Ambrosius om. N* 33 dñ *N et dñ et pater Ambr. codd.*
 est *N deus Ambr.* 35 ut nusquam *Ambrosius unus quam N*

cælestis substantiæ magnitudo porrigitur. nihil præscriptum, nihil circumscriptum, nihil emensum, nihil dimensum trinitas habet; non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æstimatione concluditur, non ætate uariatur. dedit quidem dominus Iesus hominibus magnitudinem; in omnem enim terram exiuit sonus Ps. 18, 5
 f. 82^u eorum et in fines orbis terræ uerba eorum; non in | fines tamen 5
 mundi, non in fines cæli, non in ultra cælos. at uero in domino Iesu omnia con- Coloss. 1, 16.
 dita sunt in cælis et in terra, uisibilia et inuisibilia, et 17
 ipse est ante omnes et omnia in ipso constant. cælum aspice, Iesus illic est; terram intuere, Iesus adest; ascende uerbo in cælum, descende uerbo in infernum, Iesus adest. etenim si ascenderis in cælum, Iesus illic est; si descen- 10
 deris in infernum, adest. hodie cum loquor, mecum est intra hoc punctum, intra hoc momentum; et si in Armenia nunc loquitur Christianus, Iesus adest: nemo 1 Cor. 12, 3
 enim dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. abyssos opinione si penetres, illic quoque Iesum uidebis operari; scriptum est enim: ne dixe- Rom. 10, 6. 7
 ris in corde tuo 'quis ascendit in cælum', id est Christum 15
 deducere, aut 'quis descendit in abyssum', hoc est Christum ex mortuis deducere. ubi ergo non est qui cælestia inferna terrena com-
 pleuit? bene ergo magnus, cuius uirtus mundum repleuit, qui ubique est et erit semper, quia regni eius non erit finis. Lc. 1, 33

ITEM EIVSDEM EX EODEM LIBRO II

20

36 Breuiter sanctus Lucas et quo modo et quo tempore et quo loci secundum carnem 2, 40
 Christus natus sit, explicauit; at uero de cælesti generatione si quæris, lege euangelium
 sancti Iohannis, qui a cælestibus exorsus ad terrena descendit. illic inuenies et
 quando erat et quomodo erat et quid erat, quid egerat, quid agebat et ubi erat et quo
 uenerit, quomodo uenerit, quo tempore uenerit, qua causa uenerit. in principio, 25 Ioh. 1, 1
 inquit, erat uerbum: habes quando erat; et uerbum erat apud deum:
 habes quo modo erat; habes etiam quid erat, et deus, inquit, erat uerbum;
 quid egerat, omnia per ipsum facta sunt; quid agebat, erat lux Ioh. 1, 3. 9. 10
 uera, quæ inluminat omnem hominem uenientem in hunc
 mundum; et ubi erat, in hoc mundo erat; quo uenerit, in sua pro- 30 Ioh. 1, 10. 11
 pria uenit; quomodo uenerit, uerbum caro factum est; quando Ioh. 1, 14
 uenerit, Iohannes testimonium perhibet de ipso dicens: hic Ioh. 1, 15
 est de quo dixi, qui post me uenit, ante me factus est, quia
 prior me erat; qua causa uenerit, Iohannes ipse testatur: ecce agnus dei, Ioh. 1, 29
 ecce qui tollit peccatum mundi. 35

ET POST ALIQVANTA

2, 41

37 Qui cum diues, inquit, esset, propter uos pauper factus est, 2 Cor. 8, 9
 ut illius inopia uos ditaremini. meum ergo paupertas illa patri-
 monium est et infirmitas domini mea uirtus est. maluit sibi egere, ut omnibus
 abundaret. me illi infantia uagientis abluunt fletus; mea lacrimæ illæ delicta la- 40
 uerunt. plus igitur, domine Iesu, iniuriis tuis debeo, quod redemptus sum, quam
 operibus, quod creatus sum. non prodesset nasci, nisi redimi profuisset.

3 dedit quidem Ambrosius deditq. N
 Ambrosius 16 aut] ad N

6 in ultra N ultra Ambrosius

17 et terrena

27 quomodo Ambrosius quando N

38 ditaremini N

EX EODEM LIBRO CIRCA FINEM

2, 91 38 O uere diuinam in ipsa humilitate domini prospicientiam: quanto enim abiectior humilitas, tanto diuinior prouidentia. iniuriarum suarum acerbitate deus proditur et remediorum suorum usu qui nullis remediis indiget, deus probatur.

ITEM EX LIBRO QVARTO IPSIVS OPERIS

5

4, 27 39 | Ergo et hic diabolus quoniam fortem sensit, iactantiam præ tendit, quæ etiam f. 83^r
Lc. 4, 12 fortes decipit. sed dominus respondit ei: non temptabis dominum de-
um tuum, in quo et dominum et deum Christum et patrem et filium potestatis
Ioh. 10, 30 unius esse cognoscis iuxta quod scriptum est: ego et pater unum sumus.
et ideo si unum obtendit diabolus, occures ei quia scriptum est sumus, et distingue 10
unum, ne discernas potestatem, distingue unum, ne patrem filiumque secernas.

EIVSDEM SANCTI AMBROSII EX LIBRO DE INCARNATIONE DOMINI

35 40 Aduersus omnes hæreses generalis ista est fides quia Christus dei filius et sem-
piternus ex patre est et natus ex uirgine, quem quasi gigantem sanctus Dauid propheta
describit, eo quod biformis geminæque naturæ unus sit consors diuinitatis et corporis, 15
Ps. 19, 6 qui tamquam sponsus procedens de thalamo suo exultauit
ut gigans ad currendam uiam.

et post pauca

36 41 Generatio generationi non præiudicat nec caro diuinitati, quia nec pignus patri
nec uoluntas passioni nec passio uoluntati. idem enim patiebatur et non patiebatur, 20
moriebatur et non moriebatur, sepeliebatur et non sepeliebatur, resurgebat et non
resurgebat, quia corpus proprium suscitabat.

ITEM EX EODEM LIBRO

44. 45 42 Quod enim caro uerbi patiebatur uel manens in carne dei uerbum patiebatur
1 Petr. 4, 1 carne, sicut scriptum est Christo in carne passo, in se utique pro corporis 25
adsumptione referebat, ut quæ nostra sunt, ipse susciperet et suis circumuestiret humana.
recte igitur secundum naturam suam et caro passa est nec ea corporis passione uerbi
natura mutata est. in ueritate enim nostra est resurrectio et ideo in ueritate Christi
passio prædicatur.

ITEM EIVSDEM EX PRIMO LIBRO DE FIDE AD GRATIANVM IMPERATOREM

30

1, 94 43 Si mihi non credunt, credant apostolo dicenti: postquam uenit pleni-
tudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere,
Gal. 4, 4 factum sub lege. filium, inquit, suum, non unum de multis, non
communem, sed suum; suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem signauit,
hunc postea factum ex muliere <adseruit, ut factura non diuinitati, sed 35
adsumptioni corporis adscriberetur, factum ex muliere> per carnis sus-
ceptionem, factum sub lege per obseruantiam legis. generatio autem illa
cælestis ante legem, ista post legem.

4 indigeret *Ambr.*
in se ipse *Ambr.*

14 est *om. Ambr.*
35/36 adseruit — muliere *Ambrosius om. N*

Maria uirgine *Ambr.*

26 ferebat *N*

44

EIVSDEM EX LIBRO SECVNDO DE FIDE

2, 93—95

Mihi enim prodest scire quia propter me Christus suscepit meas infirmitates, mei corporis subiit passiones, pro me peccatum, pro me maledictum factus, pro me atque in me subditus atque subiectus, pro me agnus, pro me uitis, pro me lapis, pro me seruus, pro me filius ancillæ, pro me diem iudicii ignorans, pro me nesciens diem aut horam. nam quomodo posset diem <nescire qui dies fecit et tempora? quomodo posset diem> ignorare iudicii, qui et horam iudicii futuri expressit et causam? factus ergo maledictum non secundum diuinitatem, sed secundum carnem; scriptum est enim: *maledictus Gal. 3, 13*
 f. 83^u *omnis | qui pependit in ligno.* secundum carnem utique pependit, et ideo maledictum, quia nostra maledicta suscepit. ille fleuit, ne tu homo diu 10 fleres, ille iniuriam passus est, ne tu iniuriam tuam doleres. grande remedium solacium habere de Christo.

ET POST PAVCA

45 Videsne illas quas putas Christi infirmitates, tuas esse uirtutes? cur de remediis 2, 95. 96 nostris ei quæstionem mouemus? lacrimæ illae nos lauant, fletus illi <nos> abluunt, dubitatio illa nos firmat, ne tum cum cœperis dubitare, desperes. quanto maior est iniuria, tanto uberius debetur gratia. sed in ipsis iniuriis cognosce diuinitatem. in cruce pendebat, et elementa omnia seruibant, sol refugit, dies occidit, Mt. 27, 45 offusæ et circumfusæ tenebræ. terra tremuit, non tremuit qui pependit. quid Mt. 27, 51 aliud hæc quam auctoris reuerentiam signant? quia in cruce est, uides; quia regnum 20 dei donat, non uides? quia mortem gustauit, legis; quia latronem quoque ad paradysum Lc. 23, 43 inuitauit, non legis? mulieres flentes intueris ad tumulum; non intueris angelos Io. 20, 12 excubantes?

EIVSDEM EX LIBRO TERTIO DE FIDE

46 Nam sicut in Esaia habes: puer natus est nobis, filius datus est nobis, 25 3, 6o Ies. 9, 6 est nobis, ita hic quoque ante præmisit creaturam carnis et subtexit assertionem diuinitatis, ut scires non duos Christos sed unum esse, qui et ante sæcula generatus ex patre sit et ultimis temporibus creatus ex uirgine, hoc est, ego sum ille creatus ex homine, creatus ad causam, qui sum generatus ante sæcula. Prou. 8, 22

EIVSDEM EX LIBRO QVARTO DE FIDE

30

47 Nisi forte debilitatem illam, impii, putabitis, quando uulnera uidebatis. erant 4, 54. 55 quidem illa corporis uulnera, sed non erat uulneris illius ulla debilitas, ex quo uita omnium proflebat; unde et propheta dicit: *liuore eius sanati sumus.* Ies. 53, 5 an qui uulnere debilis non erat, erat in maiestate? quomodo, quæso, cum dæmoniis Mc. 1, 25 imperaret et reis peccata dimitteret? an cum rogaret patrem? quo loco fortasse 35 Mc. 2, 5 dicant: 'quomodo pater et filius unum sunt, si filius nunc imperat, nunc precatur?' et unum sunt et imperat et precatur; sed neque cum imperat, solus est, nec cum precatur, infirmus est. Ioh. 17, 9—11 solus non est, quia quæcunque filius facit, pater facit; infirmus non est, quia etsi in carne infirmatus est propter peccata nostra, tamen illa nostra erat in eo pacis eruditio, sicut scriptum est, non suæ maiestatis infirmitas. 40 Ies. 53, 5

3 peccatum, hoc est pro omni homine <i>Ambr.</i>	factus est <i>Ambr.</i>	4 lapsis <i>N</i>	6 nescire —
diem <i>Ambrosius om. N</i>	7 futuri iudici <i>Ambr.</i>	11 iniurias <i>Ambr.</i>	dolores <i>N</i>
<i>Ambr.</i>	15 nos ³ <i>Ambrosius om. N</i>	16 ac dubitatio <i>Ambr.</i>	tum cum <i>N</i> tu si <i>Ambrosius edd.</i>
<i>edd.</i>	18 ei omnia <i>Ambr.</i>	28 sit ex patre <i>Ambr.</i>	31 putabatis <i>Ambr.</i>
<i>Ambr.</i>	33 dixit <i>Ambr.</i>	34 in uulnere <i>Ambr.</i>	36 sum <i>N</i>
38 est ¹ <i>om. Ambr.</i>	filius facit, pater <i>N</i> pater facit, eadem similiter et filius [Ioh 5, 19] <i>Ambrosius edd</i>	37 est <i>om. Ambr.</i>	32/33 omnium uita

EIVSDEM EX LIBRO QVINTO DE FIDE

5. 54 48 Multa ergo secundum incarnationis legimus et credimus sacramentum, sed <in>
 Ioh. 4. 6. 7 ipsa naturæ humanæ affectione maiestatem licet spectare diuinam. fatigatur ex
 itinere Iesus, ut reficiat fatigatos; petit bibere daturus; esurit, cibum salutis esurientibus
 traditurus; moritur uiuificaturus; sepelitur resurrecturus; tremulo pendet in ligno, con- 5
 Mt. 27. 45. 51 firmaturus trementes. cælum caligine | obducit, ut inluminet; terram tremere facit, f. 84
 ut solidet; maria conturbat, ut mitiget. reserat tumulos mortuorum, ut ostendat
 domicilia esse uiuorum. creatur ex uirgine, ut ex deo natus esse credatur.

ITEM EIVSDEM EX HYMNO VESPERTINO

49 Christum rogemus et patrem Christi patrisque spiritum; unum potens per
 omnia, fove precantes, trinitas. 10

1, 11

SANCTI HILARII PICTAVIENSIS EPISCOPI EX LIBRO PRIMO
DE FIDE CONTRA ARRIANOS

Ioh. 1, 14 50 Verbum caro factum est, ut per deum uerbum carnem factum caro
 proficeret in deum uerbum. ac ne uerbum caro factum aut aliquid aliud esset quam
 deus uerbum aut non nostri corporis caro esset, habitauit in nobis, ut dum 15
 habitat, non aliud quam deus maneret, dum autem habitat in nobis, non aliud quam
 nostræ carnis deus caro factus esset, per dignationem adsumptæ carnis non inops suorum,
 Ioh. 1, 14 quia tamquam unigenitus a patre, plenus gratiæ et ueritatis, et in suis perfectus sit
 et uerus in nostris.

1, 13

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

20

Col. 2, 8sq. 51 Respuit captiosas et inutiles philosophiæ quæstiones fides constans, neque huma-
 narum ineptiarum fallaciis succumbens spoliū se præbet ueritas falsitati, non secun-
 dum sensum communis intellegentiæ deum retinens neque de Christo secundum mundi
 elementa decernens, in quo diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat, ut dum in-
 finitas æternæ in eo est potestatis, omnem terrenæ mentis amplexum potestas æternæ 25
 infinitatis excedat; qui nos ad diuinitatis suæ naturam trahens, non etiam nunc corporali
 præceptorum obseruatione destrinxerit neque per legis umbram ad sollemnia desecandæ
 carnis imbuerit, sed ut omnem naturalem corporis necessitatem circumcisos a uitiiis
 criminum spiritus emundatione purgaret; cuius morti consepeliremur in baptismo, <ut>
 in æternitatis uitam rediremus, dum generatio ad uitam mors esset e uita et morientes 30
 uitiiis immortalitati renasceremur, ipso pro nobis ex immortalitate moriente, ut ad
 immortalitatem una cum eo excitaremur ex morte. carnem enim peccati recepit,
 ut in adsumptione carnis nostræ delicta donaret, dum eius fit particeps adsumptione,
 non crimine, delens per mortem sententiam mortis, ut noua in se nostri generis creatione
 constitutionem decreti anterioris aboleret, cruci se permittens, ut maledicto crucis 35
 obliterata terrenæ damnationis maledicta configeret, omnia ad ultimum in homine
 passus, ut potestates dehonestaret, dum deus secundum scripturas moriturus et in

2 in om. N	5 surrecturus N	6 tremefacit Ambr.	14 uerbum ² N uerbum deus
Hilarius	18 gratia et ueritas N	24 inhabitet Hilarius	26 infirmitatis N
cisus Hilarii edd	29 spiritus criminum Hil.	emundationem N	ut Hilarius om. N
30 regeneratio Hilarius	ex Hilarius et N	33 in N om. Hilarius	nostræ carnis
Hilarius	34 generis nostri Hilarius	35 aboleret ex aboleret corr N	crucis se N cruci se
figi Hilarii edd	36 figeret Hilarius	37 de honore staret N	

his uincendis in se fiducia triumpharet, dum immortalis ipse neque morte uincendus pro morientium æternitate moreretur.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

52 Nam ut de ceteris hæreticorum stultissimis studiis sileam, de quibus tamen sicubi 1, 16
f. 84^u occasionem sermonis ratio præbebit, non tacebimus, quidam | ita euangelicæ fidei cor- 5
rumpunt sacramentum, ut sub unius dei pia tantum professione natiuitatem unigeniti
dei abnegent, ut protensio sit potius in hominem quam descensio, neque ut qui filius
hominis secundum tempora assumptæ carnis fuit, idem antea semper fuerit atque sit
dei filius, ne in eo natiuitas dei sit, sed ex eodem idem sit, ut unius dei, ut putant, in-
uiolabilem fidem series ex solido in carnem deducta conseruet, dum usque ad uirginem 10
pater protensus ipse sibi sit natus in filium.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

53 Sed nos edocti diuinitus neque duos deos prædicare neque solum, hanc euangelici 1, 17
atque prophetici præconii rationem in confessione dei patris et dei filii asserimus, ut
unum in fide nostra sint uterque, non unus, neque eundem utrumque neque inter 15
uerum ac falsum aliud confitentes, quia, deo ex deo nato, neque eundem natiuitas per-
mittit esse neque aliud.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

54 Te æternum deum æterni unigeniti dei patrem et unum te sine natiuitate, et unum 1, 38
dominum nostrum Iesum Christum ex te natiuitatis æternæ, non in deorum numerum 20
ueritatis diuersitate referendum neque non ex te genitum, quia deus unus es, præ-
dicandum neque aliud quam deum uerum, qui ex te uero patre natus est, confitendum.

EIVSDEM EX LIBRO SECVNDO DE FIDE

55 Pater enim quomodo erit, si non quod in se substantiæ atque naturæ est, ut 2, 3. 4
agnoscat in filio? hæc igitur licet mutare de eo quod sint, nullo modo possint, afferunt 25
tamen doctrinas nouas et humana commenta, ut Sabellius patrem extendat in filium
idque nominibus potius confitendum putet esse quam rebus, cum ipsum sibi filium,
ipsum proponat et patrem; ut Hebio nomine, initium ex Maria concedens, non ex deo
hominem, sed ex homine deum proferat neque subsistens antea quod in principio apud
deum erat deus uerbum, uirgo susceperit, sed carnem genuerit per uerbum, quia in 30
uerbo antea non existentis unigeniti dei naturam dicat, sed sonum uocis elatum, ut
aliqui nunc huius temporis prædicatores, qui ex nihilo atque a tempore formam et
sapientiam et uirtutem dei prouehunt.

ITEM EIVSDEM EX EODEM LIBRO

56 Est pater ut est, et ut est, esse credendus est. filium mens consternatur attin- 35 2, 8

1 uincendis *N* uincendis *et* uincendis *Hilarii codd* 7 homine *N* 9 filius dei *Hilarius*
11 natus sit *Hil.* 14 asserimus *N* asserimus *et* asseremus *Hilarii codd* 21 quia *N* quia *et* qui
Hilarii codd 22 uerum *Hilarius* uerbum *N* 24 enim *N* autem *Hilarius* ut *N om.* *Hilarii*
edd 25 agnoscat *N* agnoscat *et* genuerit *Hilarii codd* 28 hebio nomine *N* Hebion omne *Hilarii*
edd 32 huius nunc *Hilarius*

gere et trepidat omnis sermo se prodere; est enim progenies ingeniti, unus ex uno, uerus a uero, uiuus a uiuo, perfectus a perfecto, uirtutis uirtus, sapientiæ sapientia, gloria Col. 1, 15 gloriæ, imago inuisibilis dei, forma patris ingeniti.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO SECVNDO

2, 11 57 Est filius ab eo patre qui est, unigenitus ab ingenito, progenies a parente, uiuus 5
Ioh. 5, 26 a uiuo, quia, ut pater uitam in semet ipso habet, ita et filio data est uita in semet ipso,
perfectus a perfecto, quia totus a toto, non diuisio aut | discissio, quia alter ab altero, f. 85r
Col. 2, 9 sed plenitudo diuinitatis in filio, incomprehensibilis ab incomprehensibili, nouit enim
Col. 1, 15 nemo nisi inuicem, inuisibilis ab inuisibili, quia imago dei inuisibilis est et
Ioh. 14, 9 quia qui uidit filium, uidit et patrem, alius ab alio, quia pater et filius, 10
Ioh. 10, 30 non natura diuinitatis alia et alia, quia ambo unum, deus a deo, ab uno ingenito deo
unus unigenitus deus, non di duo, sed unus ab uno, non ingeniti duo, quia natus ab
innato, alter ab altero nihil differens, quia uita uiuentis in uiuo est.

EIVSDEM EX LIBRO SECVNDO

2, 20 58 Et deus qui a deo natus est, non posteaquam natus est, effectus est deus, sed 15
nascendo deus extitit. nascens enim a uiuo uiuus, a uero uerus, a perfecto perfectus,
non sine potestate natiuitatis suæ natus est, natiuitatem uidelicet suam non postea
sentiens, sed se deum in eo ipso quod deus ex deo nascebatur, intellegens. hoc uni-
Ioh. 10, 38 genitus ab ingenito; hoc ego et pater unum sumus, in confessione patris
Ioh. 14, 9 et filii deus unus; hoc filius in patre et pater in filio, hinc qui me uidit, uidit 20
Ioh. 16, 15. et patrem; hinc omnia quæ habet pater, dedit filio, hinc sicut habet pater
5, 26 uitam in semet ipso, <ita dedit filio uitam habere in semet
Mt. 11, 27 ipso>; hinc nemo nouit filium nisi pater, neque patrem
Col. 2, 9 nisi filius; hinc in eo plenitudo diuinitatis corporaliter.

EIVSDEM EX LIBRO SECVNDO

25

2, 23. 24 59 Vnum igitur est hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra Petri ore
Mt. 16, 17 confessa: tu es Christus filius dei uiui, tanta in se argumenta sustinens
ueritatis quantæ peruersitatum quæstiones et infidelitatis calumniæ mouebuntur. iam
in ceteris dispensatio est uoluntatis paternæ, uirgo partus et corpus, post quæ crux
mors inferi salus nostra est. 30

3, 20

EIVSDEM EX LIBRO TERTIO DE FIDE

Ioh. 20, 26 60 Adstittit dominus clausa domo in medio discipulorum et filius est natus ex patre.
noli negare quod steterit, quia per intellegentiæ infirmitatem consistentis non con-
sequeris introitum; noli nescire quod ab ingenito et perfecto deo patre unigenitus per-

1 se Hilarius sed N 6 quia N om. Hilarii edd pater — habet N patri uita in semet ipso Hila-
rius 7 ab N ab et in Hilarii codd 8 sed N et Hilarii edd filio N filio est Hilarii edd
11 diuinitatis Hilarius diuinitas N 15 effectus est deus N et Hilarii cod. om. Hilarii codices alii 16 uiuo
N uiuente Hilarius 19 in N hoc in Hilarii edd 20 filius in patrem et pater in filium N pater
in filio et filius in patre Hilarius 22/23 ita — ipso om. N 24 eo N ipso inhabitat omnis Hilarii
edd 26 hoc est Hilarius 27 xps N om. Hilarius sustinens argumenta Hilarius
29 est — paternæ N uoluntatis — est Hilarius uirgo N uirgo et Hilarius post quæ N postque
Hilarii edd 33/34 consequeris N consequaris Hilarius 34 et perfectus Hilarius

fectus filius deus natus sit, quia sensum et sermonem humanæ naturæ uirtus generationis excedat.

EX EODEM LIBRO

- 61 Audis patrem et filium: ne ambigas esse quod nuncupantur. summa dispen- 3, 22
sationis est filio, ut noueris patrem: quid irritum facis opus prophetarum, uerbi in- 5
carnationem, uirginis partum, uirtutem operationum, crucem Christi? tibi hæc omnia
impensa, tibi præstita sunt, ut per hæc manifestatus et pater tibi esset et filius.

EIVSDEM EX LIBRO QVARTO DE FIDE

4, 6

- 62 Nouit enim ecclesia unum deum, ex quo omnia; nouit enim et unum dominum 1 Cor. 8, 6
nostrum Iesum Christum, per quem omnia; unum ex quo et unum per quem; 10
ab uno uniuersorum originem, per unum cunctorum creationem. in uno ex quo,
auctoritatem innascibilitatis intellegit; in uno per quem, potestatem nihil differentem
ab auctore ueneratur.

f. 85^u

| ITEM EX LIBRO QVINTO DE FIDE

- 63 O hæretica inpudentia et stulta mundi sapientia, opprobrium Christi non in- 15 5, 18
tellegens dei esse uirtutem et stultitiam fidei non sentiens dei esse sapientiam. deus
ergo idcirco tibi Christus non est, quia qui erat, nascitur, quia qui indemutabilis est,
crescit ætate, quia impassibilis patitur, quia uiuens moritur, quia mortuus uiuit, quia
omnia in eo contra naturam sunt? rogo: quid aliud est quam omnipotentem esse,
quod deus est? nondum uos, sacra et ueneranda euangelia, contingit, ut ex uobis 20
Christus Iesus in his passionibus deus sit.

ITEM EX LIBRO SEXTO DE FIDE

- 64 Veritatem igitur euangelici sacramenti Thomas intellegens dominum suum et 7, 12 Ioh. 20, 28
deum suum esse confessus est. non hic honoris est nomen, sed naturæ confessio
est. rebus enim ipsis atque uirtutibus deum credidit et dominus professionis huius 25
religionem non honoris esse docuit, sed fidei, dicens: quia uidisti, credi- Ioh. 20, 29
disti. beati qui non uiderunt et crediderunt. uidens enim
Thomas credidit. sed quid credidit? quæris. et quid aliud credidit quam pro-
fessus est, dominus meus et deus meus? resurrexisse enim per se ex
mortuis in uitam nisi dei natura non potuit, et creditæ religionis fides hoc est professa 30
quod deus est. anne ergo nomen dei non naturæ res existimabitur, cum professio
nominis fidem naturæ creditæ sit secuta?

ITEM EIVSDEM EX LIBRO SEPTIMO DE FIDE

- 65 Ea nunc quoque ex euangeliis proferamus, ut qui filius uerus est, uerus quoque 7, 2
deus esse noscatur, quia neque uerus filius erit, nisi uerus et deus est, neque uerus deus, 35
nisi uerus et filius est.

4 nuncupantur *Hilarius* nuncupatur *N* 7 manifestatus — tibi *N* manifestus tibi et pater *Hilarius*
9 ecclesia *om. Hilarius; add excerptor* enim^a *om. Hil.* 15 inpudentia *N* imprudentia *Hilarii edd*
19 rogo *N* rogo hoc *Hilarius* 22 sexto *N*; est error *excerptoris* 26 fidei *Hilarius* si fidei *N*
27 uidens *Hilarius* uidit *N* 34 proferamus *N* proferimus *Hilarius* qui *N* quia *Hilarius*

EX EODEM LIBRO

7, 15 66 Quis porro dubitabit quin indifferentem naturam natiuitas consequatur? hinc enim est sola illa quæ uera esse possit æqualitas, quia naturæ æqualitatem sola possit præstare natiuitas; æqualitas uero numquam ibi esse credetur, ubi unio est, nec tamen illic repperietur, ubi differt. ita similitudinis æqualitas nec solitudinem habet nec diuersitatem, quia omnis æqualitas nec diuersa nec sola sit.

7, 25

ITEM EX EODEM LIBRO

Ioh. 10, 30 67 Nam ego et pater rerum nomina sunt; unum uera naturæ professio est, quia in eo quod est, uterque non differat. summus autem non patitur unionem, et ubi quod unum sumus, unio non est, unum eos efficit esse natiuitas. hoc enim totum ex eo est, quod dei se filium sanctificatus a patre profitetur, et professio dei filii hoc quod ego et pater unum sumus, confirmat quia natiuitas non aliam possit nisi eam ex qua subsistit, ferre naturam.

ITEM EIVSDEM EX LIBRO OCTAVO DE FIDE

8, 13 68 Quisquis ergo naturaliter patrem in Christo negabit, neget prius non naturaliter uel se in Christo uel Christum sibi inesse, quia in Christo pater et Christus in nobis unum in his esse nos faciunt. si uere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit et uere ille qui ex Maria natus fuit, Christus est nosque uere sub mysterio carnis corporis eius sumimus et per hoc unum erimus, quia pater in eo est et ille in nobis, quomodo uoluntatis unitas adseritur, cum naturalis per sacramentum proprietatis perfectæ sacramentum sit unitatis?

EX EODEM LIBRO

8, 26 69 Habitat enim in nobis Christus et habitante Christo habitat deus. et cum habitat in nobis spiritus Christi, habitante tamen in nobis spiritu Christi, non alius tamen habitat in nobis spiritus quam spiritus dei. quodsi per spiritum sanctum Christus in nobis esse intellegitur, hunc tamen ita spiritum dei ut spiritum Christi esse noscendum est. et cum per naturam dei natura ipsa habitet in nobis, indifferens natura filii esse credetur a patre, cum spiritus sanctus, qui et spiritus Christi et spiritus dei est, res naturæ esse demonstratur unius.

ITEM EX EODEM LIBRO

8, 53 70 De mundo est et doctrinas hominum sapit et philosophiæ præda est quisquis Christum uerum deum nescit, quisquis in eo plenitudinem diuinitatis ignorat. humana mens hoc solum sapit quod intellegit, et mundus hoc tantum quod potest, credit, secundum elementorum naturam id tantum possibile existimans quod aut uideret aut crederet.

3 uere <i>Hilarius</i>	4 ibi esse <i>Hilarius</i> abiesse <i>N</i>	13 afferre <i>Hil.</i>	15 negauit <i>N</i>
17 nos <i>Hilarius</i> non <i>N</i>	18 ille <i>N</i> homo ille <i>Hilarius</i>	fuit <i>Hilarius</i> sit <i>N</i>	19 eius <i>N</i> sui
<i>Hilarius</i>	20 adseritur <i>Hilarius</i> adscribitur <i>N</i>	21 unitatis <i>Hilarius</i> unitas <i>N</i>	24 sp̄ ex sp̄s
corr <i>N</i>	25 habitat in nobis sp̄s <i>N</i> spiritus habitat <i>Hilarius</i>	31/32 quisquis bis <i>N</i>	34 naturas
<i>Hilarius</i>	35 crederet <i>N</i> ageret <i>Hilarius</i>		

ITEM EIVSDEM EX LIBRO NONO DE FIDE

71 Hæc autem iam ante conditionem mundi sacramenta sunt cælestium mysteriorum 9, 7 constituta, ut unigenitus deus homo nasci uellet mansuro in æternum in deo homine; ut deus pati uellet, ne passionibus humanæ infirmitatis diabolus desæuiens legem in nobis peccati, deo infirmitatem nostram adsumente, retineret; ut deus mori uellet, 5 nequa insolens potestas aduersus deum esset neque creatæ in se uirtutis posset usurpare naturam, cum se immortalis deus intra legem mortis habuisset. nascitur itaque deus assumptioni nostræ, patitur uero innocentia, postremo moritur ultioni, dum et homo noster in deo permanet et infirmitatum nostrarum passiones deo sociæ sunt et spirituales nequitia ac malitia potestates triumpho carnis, deo in carne moriente, sub- 10 duntur.

EIVSDEM EX LIBRO DECIMO DE FIDE

72 Hinc igitur maximum illud ac pulcherrimum suscepti hominis sacramentum 10, 16 dominus ipse ostendit, dicens: nemo ascendit in cælum nisi qui de Ioh. 3, 13 cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. quod de cælo 15 descendit, conceptæ de spiritu originis causa est; non enim Maria corpori originem dedit, licet ad incrementa partumque corporis omne quod sexus sui est naturale, contulerit. quod uero hominis filius est, susceptæ in uirgine carnis est partus.

EX EODEM LIBRO DECIMO DE FIDE

73 Dum uerbum caro factum est, et de cælo est et hominis filius est et in cælo est, 20 10, 16, 17 f. 86^a quia et uerbi uirtus, incorporalibus modis manens, nec deerat unde | descenderat, et caro non aliunde originem sumpserat quam de uerbo, et uerbum caro factum, cum caro esset, non tamen non erat et uerbum. absolute autem beatus apostolus huius inenarrandæ corporeæ natiuitatis sacramentum locutus est, dicens: primus homo 1 Cor. 15, 46 de terra terrenus, secundus homo de cælo. 25

EX EODEM LIBRO

74 Ipse autem dominus huius natiuitatis suæ mysterium pandens, sic locutus est: 10, 18 ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi; si quis man- Ioh. 6, 51 ducauerit de pane meo, uiuet in æternum, se panem dicens; ipse enim corporis sui origo est. ac ne uerbi uirtus atque natura defecisse a se existi- 30 maretur in carnem, rursus panem suum esse dixit, ut per hoc quod descendens de cælo panis est, non ex humana conceptione origo eius corporis æstimaretur, dum cæleste esse corpus ostenditur. at uero cum suus panis est, adsumpti per uerbum corporis est professio.

EX EODEM LIBRO

35

75 Huius igitur corporis homo Christus Iesus et dei filius et hominis est filius. ex 10, 19 forma dei se exinaniens, formam serui accepit, non alius filius hominus quam qui filius dei est, neque alius in forma dei quam qui in forma serui perfectus homo natus est.

6 nequa <i>Hilarius</i> nequam <i>N</i>	in se uirtutis <i>Hilarius</i> in seruitutis <i>N</i>	9 permaneret <i>N</i>
10 in carne <i>N</i> per carnem <i>Hilarius</i>	15 quod <i>N</i> <i>Hilarius</i> quo <i>N</i> corr	16 corpori Maria <i>Hil.</i>
20 est filius <i>Hil.</i>	21 non corporalibus <i>Hil.</i>	22 de <i>N</i> ex <i>Hilarius</i>
24 natiuitas <i>N</i>	24 natiuitas <i>N</i>	31 panem
sum rursus <i>Hil.</i>	caelis <i>Hilarius</i>	32 eius <i>N</i> esse <i>Hilarius</i>
<i>Hilarii</i> edd	caelestem <i>N</i>	36 Iesus Christus
ex <i>N</i> et ex <i>Hilarius</i>		

EX EODEM LIBRO

10, 22 76 Natus autem est dominus Iesus Christus, non ut esset alius atque alius, sed ut ante hominem deus suscipiens hominem homo deus possit intellegi. nam quomodo Iesus Christus dei filius natus ex Maria est nisi quia uerbum caro factum est, scilicet quod filius dei, cum in forma dei esset, formam serui accepit? 5

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

10, 22 77 Itaque cum Iesus Christus et natus et passus et mortuus et sepultus sit et resurrexerit, non potest in his sacramentorum diuersitatibus ita ab se diuisus esse, ne Christus sit, cum non alius Christus quam qui in forma dei erat, formam serui acceperit, ne alius quam qui natus est, mortuus sit, neque alius quam qui mortuus est, resurrexerit, 10 neque alius quam qui resurrexit, sit in cælis, in cælis autem non alius sit quam qui descendit ante <de> cælis.

ITEM EIVSDEM EX LIBRO VNDECIMO DE FIDE

11, 2—4 78 Qui igitur aliter Christum quam est, prædicat, id est nec filium nec deum, alium Christum prædicabit. sed nec in unius baptismi fide una est, quia secundum aposto- 15
Ephes. 4, 5 licam doctrinam eius unius baptismi fides una est, cuius unus dominus et dei filius Christus et deus sit. non enim negari iam Christus quin Christus sit, potest neque mundo ignorabilis effici. hunc prophetiæ uolumina consignant, hunc temporum cotidie proficiens plenitudo testatur, hunc apostolorum et martyrum per uirtutum operationes | loquuntur sepulcra, hunc potestas nominis sui probat, hunc inmundi 20 f. 87r spiritus confitentur, hunc punitorum dæmoniorum resonat mugitus. sed in his omnibus uirtutis suæ dispensatio est; ceterum fide nostra talis qualis est, prædicandus est, ut non nomine, sed confessione in unius baptismi fide una unus nobis dominus sit, quia secundum unum dominum Christum unus deus pater est. sed nunc hi noui prædicatores cuncta negando quæ Christi sunt, alium dominum Christum sicuti alium 25 deum <patrem> prædicant.

ITEM EIVSDEM EX LIBRO DODECIMO DE FIDE

12, 24. 25 79 Quod igitur et per Moysen de deo significatum et per communem sensum nihil
Exod. 3, 14 aliud nobis intellegendum permittitur, [quam] id ipsum unigenito deo proprium esse
Ioh. 1, 1 euangelia testantur cum in principio erat uerbum et cum hoc apud 30
Ioh. 1, 9. 18 deum erat et cum lumen erat uerum et cum unigenitus deus
Rom. 9, 5 in sinu patris est et cum Iesus Christus super omnia deus est. erat igitur atque est, quia ab eo est qui quod est, semper est; ab eo autem esse, id est ex patre esse, natiuitas est; esse autem semper ab eo qui est semper [esse], æternitas est; æternitas uero non ab <se> esse sed ab æterno; ex æterno autem nihil 35

2 dominus — \overline{xps} N om. Hilarius	3 d̄s N deus et et deus Hilarii codd	posset Hilarius
4 quia N quod Hilarius	7/8 resurrexit Hilarius	8 diuersitati us N diuiduus Hil.
10 ne N neque Hil.	resurrexit N	11 surrexerit N
12 de Hilarius om. N	14 prædicant N	15 prædicauit N
16 di N	17 qui in N	19 uirtutes N
21 resonant Hilarius	24 noui N noui	26 patrem Hilarius om. N
29 quam N om. Hilarius	esse proprium Hilarius	31 erat lumen Hilarius
34 esse N om. Hilarius	35 ab se esse Schw' ex se Hilarius abesse N	

aliud quam æternum. quodsi non æternum, iam nec pater, qui generationis est auctor, æternus est. quod cum illi patrem semper esse atque huius filium semper esse sit proprium esse et in eo quod est, significatur æternitas, per id quoque cui quod est, proprium est, <proprium est et> æternum.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

5

80 Ego quidem, in quantum concessio a te spiritu uigebio, sancte pater omnipotens 12, 52 deus, ut æternum te deum, ita æternum et patrem confitebor neque in id umquam stultitiæ atque impietatis erumpam, ut omnipotentia tuæ sacramentorumque arbiter hunc infirmitatis meæ sensum ultra infinitatis tuæ religiosam opinionem et significatam mihi æternitatis fidem erigam, ut te aliquando sine sapientia et uirtute et uerbo tuo, 10 unigenito tuo, domino meo Iesu Christo fuisse præfiniam.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

81 Conserua, oro, hanc fidei meæ incontaminatam religionem et usque ad excessum 12, 57 spiritus mei dona mihi hanc conscientia meæ uocem, ut quod in regenerationis meæ symbolo baptizatus in patre et filio et spiritu sancto professus sum, semper optineam 15 te patrem, scilicet deum nostrum, filium tuum una tecum adorem, sanctum spiritum tuum, qui ex te per unigenitum tuum est, promerear, quia mihi idoneus ad fidem testis est, dicens: p a t e r , o m n i a m e a i u a s u n t e t t u a m e a , d o m i n u s m e u s 10h. 17, 10 Iesus Christus, manens in te, ex te et apud te, semper deus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. amen. 20

SANCTI CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINENSIS ET MARTYRIS DE EPISTOLA QVAE
PRAENOTATVR DE PATIENTIA

82 Quæ gloria est similem deo fieri, qualis et quanta felicitas habere in uirtutibus De bono pat. f. 87^u | quod diuinis laudibus possit æquari. nec hoc, fratres dilectissimi, Iesus Christus 5. 6 dominus et deus noster tantum uerbis docuit, sed impleuit et factis, et qui ad hoc 25 10h. 6, 38 descendisse se dixerat, ut uoluntatem patris faceret, inter cetera ammirabilia uirtutum quibus indicia diuinæ maiestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantia tenore seruauit. omnis denique actus eius ab ipso statim aduentu patientia comite signatur, quod primum de illa sublimitate cælesti ad terrena descendens non aspernatur dei filius carnem hominis inducere et, cum peccator ipse non esset, aliena peccata portare. 30 immortalitate interim posita fieri se et mortalem patitur, ut innocens pro nocentium salute perimatur. dominus baptizatur a seruo, et remissam peccatorum daturus, ipse non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere. diebus quadraginta ieiunat per quem ceteri saginantur; esurit et famem sentit, ut qui in fame sermonis et gratia fuerant, cælesti pane saturentur. 35

ET POST PAVLVLVM

88 Sub ipsa autem passione et cruce, priusquam ad crudelitatem necis et effusionem De bono pat. 7. 8

4 proprium est et *Hilarius om. N* 6 concessio *N* concessio mihi hoc *Hilarius* sancte *Hilarius*
scire te *N* 8 arbiter *Hilarius* arbiter *N* 11 unigenito tuo *N* unigenito deo *Hilarius* 14 rege-
nerationis *Hilarius* generationis *N* 16 te — nostrum *N* patrem scilicet te nostrum *Hilarii edd*
19 ex *N* et ex *Hilarius* 34 ceteris *N*

Mc. 8, 23
Ioh. 9, 6

sanguinis ueniretur, quæ conuiciorum probra patienter audita, quæ contumeliarum tolerata ludibria, ut insultantium sputamina exciperet qui sputo suo cæci oculos paulo ante formasset, et cuius nomine a seruis nunc eius diabolus cum angelis suis flagellatur, flagella ipse pateretur, coronaretur spinis qui martyras floribus coronat æternis, palmis in faciem uerberaretur qui palmas ueras uincens tribuit, spoliaretur ueste terrena 5 qui indumento immortalitatis ceteros uestit, cibaretur felle qui cibum caelestem dedit, aceto potaretur qui salutari poculo propinauit. ille innocens, ille iustus, immo innocentia ipse et ipse iustitia inter facinorosos deputatur et testimoniis falsis ueritas premitur, iudicatur iudicaturus et dei sermo ad uictimam tacens ducitur, et cum ad crucem domini confundantur sidera, elementa turbentur, contremescat terra, nox diem cludat, 10 sol, ne Iudæorum facinus aspicere cogatur, et radios et oculos suos subtrahat, ille non loquitur nec mouetur nec maiestatem suam sub ipsa saltem passione profitetur. usque ad finem perseueranter et iugiter tolerantur omnia, ut consummetur in Christo plena et perfecta patientia. et post ista adhuc interfectores suos, si conuersi ad eum uenerint, suscipit et patientia salutari ad conseruandum benignus ecclesiam suam 15 nemini cludit. illos aduersarios, illos blasphemos, illos nominis sui semper inimicos, si pænitentiam delicti agant, si ammissum facinus agnoscant, non solum ad indulgentiam criminis, sed ad præmium regni cælestis ammittit. quid potest patientius, quid benignius dici? uiuificatur Christi sanguine etiam qui fudit sanguinem Christi.

| ET CIRCA FINEM IPSIVS EPISTOLAE PONIT ET DICIT

20 f. 88r

De bono pat.
22. 23 84

Ps. 49, 3—6

Ics. 66, 15. 16

Ics. 42, 13. 14

Ics. 53, 7

Quod iterum legimus in psalmis, ubi dei iudicis prædicatur aduentus censuræ suæ maiestate uenerandus: deus manifestus ueniet, deus noster, et non silebit. ignis ante eum ardebit et in circuitu eius procella nimia. uocauit cælum sursum et terram, ut discerneret populum suum. colligite illi iustos eius, qui 25 disponunt testamentum eius in sacrificiis, et adnuntiabunt cæli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. et Esaias eadem prænuntiat, dicens: ecce dies domini: sicut ignis ueniet, et sicut procella, currus eius, retribuere in ira uindictam. in igne enim domini iudicabuntur et in gladio eius uulnerabuntur. 30 et iterum: dominus deus uirtutum prodibit et comminuet bellum, excitabit certamen et clamabit super inimicos suos cum fortitudine. tacui: numquid semper tacebo? quis autem est hic qui tacuisse se prius dicit et non semper tacebit? utique ille 35 qui sicut ouis ad uictimam ductus est et sicut agnus coram tondente se sine uoce, non aperuit os suum in humilitate; utique ille qui non clamauit neque in plateis uox eius audita est; utique ille qui non fuit contumax neque contradixit, cum dorsum suum poneret ad flagella et maxillas ad palmas, faciem autem suam non auertit a fœditate sputorum; utique ille qui, cum accusaretur a sacerdotibus et senioribus, nihil respondit. et ammirante Pilato patientissimum silentium tenuit. hic est qui cum in passione tacuerit,

4 ipse <i>Cyprianus ipsa N</i>	coronat <i>Cyprianus coronata N</i>	6 caeleste <i>N</i>	13 consumetur <i>N</i>
16 nomini <i>N</i>	21 iterum <i>N</i> item <i>Cyprianus</i>	24 uocauit <i>N</i> uocauit et uocabit	
<i>Cypriani codd</i>	24/25 discerneret <i>N</i> separet <i>Cyprianus</i>	25 eius <i>N</i> eius eos <i>Cyprianus</i>	
26/27 adnuntiabunt <i>N</i> nuntiabunt <i>Cyprianus</i>	28 dies domini <i>N</i> enim dominus <i>Cyprianus</i>	31 prodibit <i>N</i>	32 clamauit <i>N</i>
32 clamauit <i>N</i>	36 tondentes <i>N</i>	in humilitate <i>N om. Cyprianus</i>	39 auertit <i>N</i>
<i>N auerteret Cyprianus</i>	40/41 ammirante <i>N</i> admirante et mirante <i>Cypriani codd</i>		

in ultione postmodum non tacebit; hic est deus noster, id est non omnium, sed fidelium et credentium deus, qui cum in secundo aduentu manifestus uenerit, non silebit. nam cum in humilitate prius fuerit occultus, ueniet in potestate manifestus.

SANCTI ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRINI EX EPISTOLA ADELPHIO EPISCOPO
DESTINATA

5

85 Non creaturam nos adoramus, quod absit; gentilium namque et Arrianorum est ista dementia; sed dominum creaturæ, incarnatum dei uerbum suppliciter adoramus. nam licet caro ipsa per se ipsam pars creaturæ sit, sed tamen dei corpus effecta est, et neque tale corpus secundum se adoramus sequestrantes a uerbo neque uerbum adorare uolentes sequestramus illud a carne, sed agnoscentes, sicut prædiximus, quod uerbum 10 caro factum sit, hoc et in carne factum cognoscimus deum. Epist. ad Adelph. 3

EIVSDEM SANCTI ATHANASII

86 Non poterat domini corpus, quando propter nos homo factus est, insensibile esse, quia non corporis nostri tantummodo, sed et animæ in ipso uerbo salus effecta est. nam cum ueraciter esset filius dei, idem factus est filius hominis, et unigenitus existens filius dei, idem primogenitus in multis factus est fratribus. idcirco nec alter est ante Abraham nec alter est <post Abraham, nec alter est> qui suscitauit Lazarum, et alter qui de eo sciscitatus est, sed idem ipse est humanitus dicens: ubi est positus Lazarus?, ac diuinitus eum resuscitans, idemque ipse est qui licet corporaliter expuit, diuinitus tamen ut dei filius cæci oculos a natiuitate reserauit, et carne quidem passus est, ut Petrus asseruit, deitate uero mortuos exsuscitans monumenta patefecit. Tom. ad Antioch. 7

EIVSDEM EX SERMONE CONTRA ARRIANOS

c. Ar. 3. 3. 4

87 Ego et pater unum sumus. intulit etiam: ego in patre et pater in me, ut eandem quidem deitatem et unitatem demonstraret essentiæ. unum namque sunt, non tamquam unus in duas iterum partes diuisus, et nihil præter unus, nec tamquam unus bis appellatus, ita ut idem ipse modo quidem pater, modo uero sit filius; hoc enim Sabellius sentiens hæreticus est probatus. sed duo quidem sunt, quia pater pater est et non ipse est filius et filius filius est et non ipse est pater; una uero natura est, quia non est natus genitori dissimilis. Ioh. 10, 30. 14, 10

SANCTI GREGORII NANZAZENI EPISCOPI EX LIBRO APOLOGETICI

30

88 Finis, inquit, omnium Christus aduenit; hoc est quod agit euacuata diuinitas, hoc promouet carnis adsumptio et hoc est quod ex utroque mercamur. noua illa commixtio dei et hominis, ut per unum utrumque habere possimus. terea namque deus corpori anima mediante commixtus est, ut coniungeret separata atque in concordiam et pacem discordantia reuocaret, in unum se et per se reuocans omnia. Or. 2, 23. Rufin. [CSEL. 46] p. 23, 18. — 24, 1

1 ultionem N
19 ac Schw hæc N

deus Cyprianus dominus N
29 genitore N

17 post — est add Schw ex Graeco om. N
33 est Rufinus om. N

ITEM EIVSDEM EX EODEM LIBRO

Or. 2, 98 = 89
Rufin. p. 73,
13—74, 3

Per omnes Christi appellationes uirtutesque decurrat, per opera et scientiam siue
corum quæ summa sunt, seu quæ propter nos inferiora sunt eius et nouissima, id est
scire quod deus est, et quod filius dei, scire etiam quomodo est, quod imago est, quod
uerbum, quod sapientia, quod ueritas, quod lux, quod uita, quod uirtus, quod uapor, 5
quod emanatio, quod splendor, quod creator est, quod rex, quod caput, quod lex, quod
uia, quod ostium, quod fundamentum, quod petra, quod margarita, quod pax, quod
iustitia, quod sanctificatio, quod redemptio, quod homo, quod seruus, quod pastor,
quod agnus, quod sacerdos, quod hostia, quod primogenitus omnis creaturæ, quod
primogenitus ex mortuis, quod resurrectio. 10

EIVSDEM EX SERMONE NATALIS DOMINI

Or. 38, 13 = 90
Rufin. p. 101,
3—11

O noua et inaudita permixtio, o mira et exquisita compago: qui erat, fit, et creator
creatur, et qui immensus est, capitur, mediante anima deo et carni, et ille qui omnes
diuites facit, pauper efficitur; pauper namque | est, in mea carne degens, ut ego possim f. 89r
suscipere diuitias deitatis eius. ille qui perfectus et plenus est, euacuatur; euacuauit 15
<enim> se a forma et gloria dei ad tempus, ut et ego possim de illius perfectione ditari.
quænam sunt istæ diuitiæ bonitatis dei? quid istud, quæso, est quod erga me myste-
rium consummatur?

EIVSDEM EX EODEM SERMONE

Or. 38, 15 = 91
Rufin. p. 103,
24—104, 8

Ecce quæ patitur etiam [et] nunc uerbum dei: ab aliis quidem ueneratur ut deus, 20
sed confunditur et permiscetur, ab aliis uero pro carnis adsumptione inferior habetur
et a deitate separatur. quibus magis irascatur, immo quibus magis indulgeat, his
qui male iungunt an his qui sceleratius separant? nam et illos oportebat secernere
et istos sociare, id est illos proprietatem filii patrisque secernere, istos deitatis sub-
stantiam in nullo penitus separare. offendit te caro? hoc et Iudæos et Samaritas. 25
non credis deitati? hoc iam nec dæmones fecerunt. quid agitis uos, si et supra
Iudæos infideles et supra dæmones increduli inueniamini? Iudæi cognominationem
filiæ æqualitatem deitatis intellexerunt; dæmones eum qui se de obsessis corporibus
effugabat, deum credebant.

Ioh. 5, 18
Mt. 8, 29.
Mc. 5, 7.
Lc. 8, 28

EIVSDEM SANCTI GREGORII EX SERMONE CUIVS TITVLVS EST DE LVMINIBVS. ID EST 30
DE EPIPHANIA

Or. 39, 11 = 92
Rufin. p. 121,
9—17

Deum cum nomino, uno lumine inlustramini simul et tribus, tribus quidem
secundum uniuscuiusque proprietates, siue subsistentias, sicut placet aliquibus dicere,
siue personas (nihil enim pro uocabulorum diuersitate dissidendum est, cum ad eundem
sensum nominum diuersitas prouocet intellectum); uno autem secundum substantiæ 35

32—95, 2 hanc eclogam Iohannes papa II in epistulam recepit.

2 uirtutisque N	6 emanatio N	aporroea Rufinus	7 uia Rufinus	uita N	16 enim
Rufinus om. N	ut et N	ut et et ut Rufini codd	17 bonitas N	quod N	18 consu-
matur N	20 etiam Rufinus	etiam et N	22 ad N	separetur N	30 EST ¹ Schw et N
32 inlustramini N	Iohannes inluminamini Rufinus	simul N	Iohannes om. Rufinus		33 sicut --
dicere N Iohannes ut aliquibus dicendum uidetur Rufinus					

uel deitatis rationem. diuiditur ergo, ut ita dicam, indiuisibiliter et coniungitur diuisibiliter; una est enim in tribus deitas et tria sunt in quibus est deitas.

Or. 39, 12 =
Rufin. p. 121,
23—122, 7

ET POST PAVLVLVM

93 Vnus deus pater, ex quo omnia, et unus dominus Iesus 1 Cor. 8, 6
Christus, per quem omnia, et unus spiritus sanctus, in quo omnia. hoc 5
ipsum autem quod dicimus »ex quo omnia« et »per quem »et« in quo«, non naturam
secamus; neque enim præpositionum syllabæ ueritatem mutabunt, sed unius naturæ sui
cuiusque nominis proprietatem designant, quod manifestissime indicatur ex eo quod
rursum in unum reuocatur ista ipsa diuersitas.

SANCTI BASILII EPISCOPI CAESAREAE CAPPADOCIAE EX OPVSCVLO AD AMPHILOCHIVM 10
EPISCOPVM

94 Igitur iuxta proprietatem personarum unus et unus, iuxta communionem uero De spir. s. 45
naturæ unum uterque. cur igitur, si unus et unus, non sunt duo dei? quia et imperator
et imperatoris imago, et non sunt duo imperatores; nec potentia namque diuiditur
nec gloria separatur. 15

f. 89u | EIVSDEM EX EPISTOLA AD FRATREM SVVM

95 Per quaslibet intellegentias magnitudinem uniuscuiusque eorum qui in sancta Epist. 38, 4
trinitate creduntur, quisque conspexerit, incommutabiliter considerarc gloriam patris
et filii et sancti spiritus adducetur.

EIVSDEM SANCTI BASILII EX SERMONE DE FIDE

20

96 Ibi ergo existit spiritus sanctus, immo ibi est, in illa beata natura, nec in numero Hom. 15, 3
reliquæ multitudinis numeratur, sed in trinitate perspicitur, et in illa unitate con- = Rufin. p.
prehenditur nec reliquis substantiis annectitur. sicut enim pater unus est et filius 740 Garnier
unus est, ita et spiritus sanctus unus est.

ITEM EIVSDEM EX SERMONE DE INCARNATIONE DOMINI

25

97 Nascitur, ut diximus, deus homo, illa substantia media existente. cui itaque
contra naturam non erat corpus adsumere, * * sed neque rursum anima illa utpote
substantia rationalis contra naturam habuit capere deum, in quem, ut superius diximus,
uelut uerbum et sapientiam tota iam cesserat. unde et merito pro eo uel quod tota
esset in filio dei uel totum in se caperet filium dei, etiam ipsa cum ea quam assumpserat 30
carne, dei filius et dei uirtus [Christus] et dei sapientia appellatur, et rursum dei filius,
per quem omnia creata sunt, Iesus Christus et filius hominis nominatur.

25 sermo de incarnatione inter Basilii homilias non fertur. unde ecloga excerpta sit, nescio; mihi quidem a
Basilio aliena esse uidetur

6 omnia N om. Rufinus	7 ueritatem N mutatae naturae ueritatem Rufinus	18 quique N
21 existit N assistit Rufini ed	22 reliquie N numeratur N numeratus Rufini ed	23 nec
Rufinus ne N	24 est ¹ N om. Rufini ed	27 lacunam statuit Schw
30 qua N	31 Christus del Schw	29 cesserat Schw cesse-

SANCTI GREGORII NYSSENI EPISCOPI EX EPISTOLA AD ABLABIVM

Quod non 98
sint tres dii
p. 20a

Existimet, hæc opera utrum uni adsignetur personæ eorum qui in sancta trinitate
cr. duntur, an per tres eat uirtutis effectus.

EIVSDEM EX LIBRO CATECHETICI

Or. catech. 1 99
P. 45

Quia ratio religionis et in ipsa unitate diuinitatis diuersitatem subsistentiarum 5
fatetur, cauendum est ne dum pro fide cum gentili congredimur, Iudæum ad pertina-
ciam erroris animemus, et ideo huic quoque errori arte simplici et rationibus ad uerum
cluentibus præbenda medicina est.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO

Or. catech. 1 100
P. 47. 48

Iam non uerebimur ne, dum errorem gentilium confutamus, uideamur in per- 10
tinaciam Iudaicæ superstitionis incidere, sed caliginem utriusque uitabimus, dum
uerbum dei et uiuum et opifex confitemur, quod Iudæus ignorat, et tamen asserimus
non dissidere a natura illius cuius est, uerbum. nam sicut in nobismet ipsis uerbum
dicimus de mente proficisci et tamen uerbum nostrum nec mentem esse dicimus nec
a mente memoramus alienum (nam quia ex mente proficiscitur, aliud quam mens est, 15
sed quia per ipsum mens innotescit, non alienum a mente credendum est), sed cum
sit naturaliter idem, aliud subsistentialiter habetur, ita et dei uerbum, quoniam habet
subsistentiam suam, ab illo diuisum est, a quo substantiam sumpsit, et quia eadem
in se demonstrat quæcunque in deo sunt, idem esse credendum est. nam siue boni-
tatem siue uirtutem seu sapientiam sine perpetuitatem siue auersionem a malo, | a 20 f. 90r
corruptione uel morte, siue plenissimam perfectionem <siue> signa et quodammodo
liniamenta patris esse dicamus, eadem inueniamus et in uerbo quod ex <illo subsistit.>

INCIPIT PRAECEPTVM PAPAE FELICIS

f. 91r

Præceptum papæ Felicis morientis, per quod sibi Bonifatium archidiaconum suum
post se substituere cupiebat. 25

Dilectissimis fratribus et filiis episcopis presbyteris diaconis uel cuncto clero,
senatui et populo Felix episcopus. De quiete uestra et pace cogitantes ecclesiæ,
quæ plurimis debitis tenetur obnoxia, quia omnes clericis et pauperibus sollemnes ero-
gationes impleui et octauæ præteritæ indictionis uel pæne nullas pro temporis qualitate
pensiones accepi, ideoque ista considerans, deum quibus possum precibus exorando, 30

2/3 hanc eclogam in epistolam recepit Iohannes papa II

23—98, 2 hæc tria documenta ante Spicilegium Casinense ab Amelli publicata sunt in ephemeride Mediolanensi
La scuola cattolica ann. 11. t. XXI fasc. 122 (Amelli), post spicilegium Casinense in appendice libelli S. Leone magno
et il primato del romano pontefice in Oriente Monlecassino 1908. egerunt de eis L. Duchesne in *Mélanges d'archéologie
et d'histoire t. 3, 239 sq.* P. Ewald in *Neues Archiv 10, 412 sq.* Mommsen ibidem p. 581 sq.; ex ipso codice edidit
Mommsen in *Neues Archiv 11, 367 sq. 644.*

2 existimet N aestimet Iohannes eorum qui N earum quæ Iohannes 21 siue ex Graeco add Schw
22 ex — subsistit ex Graeco τὸν ἕκ ἐκεῖνου ὑπερσῶτα λόγον et N pergens sine ulla interruptione hæc regulæ
post eas quidem probantur esse quæ aput ancyram uel caesaream expositæ sunt, sed nicaenis anteriores rep-
periuntur, quæ uerba ad inscriptionem canonum Gangrensiū pertinent 24 bonifacium N 25 poste
subsistueret N 27 cogitans Mommsen 29 nullas Ewald nudas N

hoc mihi [in] ipso fateor adspirante compactum ut si me deus pro uoluntate sua de hac luce, sicut habet humana condicio, transire præceperit, [ut] Bonifatius archidiaconus, qui ab ineunte ætate sua in nostra militauit ecclesia, episcopatus honore suscepto, in f. 91^a qua | proceditis, Romanam deo adiuuante gubernet ecclesiam. cui etiam præsentibus presbyteris et diaconis et senatoribus atque patriciis filiis meis, quos interesse contigit, 5 pallium tradidi, mihi tamen si <in> hac fuero luce <relictus>, reddendum. et quamuis pro dei timore et Christianis <decenti> deuotione credam meum uos sequi et seruare posse sine aliqua dubitatione iudicium, tamen ne quis prauis persuasionibus et ambitione hoc agat ut per uos ecclesiæ matris, dissensiones et studia faciendo, membra discerpat, nouerit qui ista fecerit uel facienti consenserit, nec ecclesiæ se esse filium et a dominici 10 corporis esse communionem suspensum. quam ordinationem meam ne quis sibi incognitam diceret, in omnium uolo propter futurum dei nostri iudicium peruenire notitiam; quare hanc uoluntatem meam et domnis et filiis nostris regnantibus indicaui. quam etiam recognoui. et manu Felicis papæ: recognoui.

Hoc per omnes propositum est titulos Romanos iubente papa beatæ memoriæ 15 Felice, atque senatus talia proposuit:

Senatus amplissimus presbyteris diaconis et uniuerso clero. In sanctitatis uestræ notitiam duximus perferendum senatum amplissimum decreuisse ut quicumque uiuo papa de alterius ordinatione tractauerit uel quicquam acceperit tractantique consenserit, facultatis suæ medietate multetur fisci uiribus applicanda; is uero qui tam 20 inprobum ambitum fuerit habuisse conuictus, bonis omnibus amissis in exilio se nouerit esse pellendum, atque ideo his agnitis ab omni inhibito studio uos conuenit amoueri. EXPLICIT CONTESTATIO SENATVS.

INCIPIT LIBELLVS QVEM DEDERVNT PRESBYTERI LX
POST MORTEM DIOSCORI BONIFATIO PAPAE

25

Non est dubium, beatissime papa, quod a primo homine peccet humanitas. hinc est quod excessum correctione præuenire desiderans, ne obstinatum mors secunda detineat, errorem meum hac cupio satisfactione corrigere, ob quam rem anathematizans Dioscorum persuasorem, qui contra constitutum decessoris uestri beatæ recordationis papæ Felicis ad episcopatum Romanæ adspirauit ecclesiæ, promittens me sub diuini 30 testificatione iudicii numquam [me] similia temptaturum. quodsi aliquando similia temptauero in ea causa in qua ueniam ab apostolatu uestro merui, tunc ecclesiasticæ subiaceam ultioni. quam libelli mei seriem Redempto notario ecclesiæ Romanæ scribendam dictaui, cuique propia manu subscripsi et beatitudini uestræ, Bonifati

17—23 *Hoc senatus consultum commemoratur in epistulis Athalarici regis ad Iohannem papam II et ad Saluentium præfectum urbis* [Cassiod. Var. VIII 15. 16]

24 sq. *confert Duchesne libellum a Iohanne diacono papae Symmacho oblatum* [Thiel p. 697]. *inde apparet formulas sollemnes huic libello male et inconcinne esse adaptatas*

1 in om. Amelli¹ compactum Schw conpunctum N compertum Amelli¹ 2 ut del Schw
bonifacius N 3 nram — aecclesiam N 5 contigit Duchesne contingit N 6 in add Schw
relictus add Mommsen om. N 7 Christianis decenti Schw xpianis N Christiana Duchesne Christiani
Mommsen meum uos sequi Duchesne meum nosse qui N 12 futuram N 13 quare Schw quia et
N qui et Mommsen hanc Duchesne hinc N 15 beatæ memoriæ Schw b̄m N bonæ memoriæ Mommsen
16 felicem N 19 post acceperit suppl a tractante Mommsen 20 medietatem — applicandam N
his N 21 ambitum Ewald ambitium N 28 haec N ob quam rem male insertum
31 me del. Duchesne 32 apostulatu N 33 quam Ewald quando N 34 beatitudine N bonifacii N

paoa uenerabilis, et sub praesentia sacerdotum optuli sub die VI kal. Ian. Fl(auis) Lam-
27. Dec. 530 padio et Oreste uu. cc. consulibus.

QVALES LIBELLOS DEDERVNT EPISCOPI GRAECI PRO EXCESSV ACACII

Ego ille hac scriptura, quam manu mea perscripsi, profiteor sequens sanctum iudici-
um patrum Nicænae synodi trecentorum decem et octo, in qua Arrius | damnatus est, et 5 f. 92r
centum quinquaginta contra Macedonium Constantinopolim congregatorum, in quo
spiritus sancti personam unius esse substantiae cum patre et filio decreuerunt, uel Epheseni
concilii decreta, in quo hæresis Nestoriana cum auctore suo damnata <est> et Calche-
donensis synodi uniuersale concilium, cuius definitionem sedes apostolica confirmauit,
quod etiam beatissimi papæ Leonis epistola ad sanctæ memoriæ Flauianum Con- 10
stantinopolitanæ urbis episcopum nostrum data prædicatione lucidissimæ ueritatis
exposuit, confiteor unum eundemque dominum nostrum Iesum Christum unigenitum
dei patris, perfectum eundem in deitate, perfectum eundem in humanitate, deum uere
et hominem uere ipsum eundemque ex anima rationabili et carne, consubstantialem
patri secundum deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, in 15
omnibus similem nobis absque peccato, ante sæcula quidem de patre genitum secundum
deitatem, in nouissimis uero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem
de uirgine Maria, quæ eundem deum peperit, secundum humanitatem, unum eundemque
Christum filium dei dominum unigenitum, in duabus naturis inconfuse inconuertibiliter
indiuidue et inseparabiliter cognitum, nequaquam naturarum differentia sublata propter 20
unionem, sed potius salua manente proprietate utriusque naturæ in unam, non in duas
concurrisset personas, sed unum eundemque filium unigenitum, deum uerbum dominum
Iesum Christum, sicut olim prophetæ de eo uel ipse nos Christus per semet ipsum dominus
erudiuit. qui autem ita non sentiunt, cum Nestorio et Eutyche uel eorum secta-
toribus æterno anathemate dignos esse pronuntio. EXPLICIT EXEMPLVM LIBELLORVM 25
A GRAECIS DATORVM PROPTER EXCESSVS ACACII

Ego ille Constantinopolitanæ ecclesiæ diaconus uel presbyter hac scriptura, quam
manu mea perscripsi, profiteor me de incarnatione domini nostri Iesu Christi eam fidem
tenere, quam sacrosancta synodus Nicæna et uenerandum Chalcedonense concilium
euangelica et apostolica auctoritate firmarunt, et quam beatissimi papæ Leonis epistula 30
ad sanctæ memoriæ Flauianum Constantinopolitanæ urbis episcopum prædicatione
lucidissimæ ueritatis exposuit. Nestorium uero et Eutychem cum dogmatibus et
sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuntio.

4—25 Extat praeterea in collectione Quesneliana [= Q], quae tradita est codicibus Einsidlensi 191,
Atrebatensi 644, Parisinis 1454. 3842 A. 3848 A, Vindobonensibus 2141. 2147. quorum consensum adnotasse satis
habui quoniam non inter se discrepant nisi in rebus minutis. ceterum dubito num recte in codice N hic libellus
propter excessus Acacii datus esse dicatur; cf. quae in prolegomenis exposui. ex Quesneliana et collectione
codicis Vaticani post Damasi tomum [cf. Ecclesiae occidentalis monumenta iuris antiquissima ed. C. H. Turner
t. 295] breuiorem eiusdem libelli formam addidi.

12—24 unum eundemque — erudiuit desumpta sunt ex definitione synodi Chalcedonensis

1 FELL N	3 QVALES — ACACII N	INCIPIT FORMVLA LIBELLI FIDEI Q	5 in qua — et N uel Q
7 persona N	8 hereses N	est om. N	13 humanitatem N
humanationem Q	23 dominus N	24 non Q annon N	15 humanitatem N
25/26 EXEMPLVM — ACACII N	om. Q		eutychem N

COLLECTIO CODICIS PARISINI 1682



P = codex Parisinus 1682 s. VIII

EPISTOLAE CONSTANTINI IMPERATORIS A IVSTINIANO
AVGVSTO INTERPRETATAE AC VIGILIO PAPAE MISSAE

1 CONSTANTINUS AVGVSTVS CATHOLICAE ALEXANDRINAE ECCLESIAE. Gaudete,
dilecti fratres: perfectam a diuina prouisione accepimus gratiam, ut ab omni errore libe-
2 rati unam et eandem fidem cognoscamus. nihil iam diabolo licet contra nos; omne 5
enim quod malitiose machinans conatus est, funditus sublatum est. discordias dis-
cidia tumultus illos et dissensionum, ut ita dicam, uenena mortifera per iussionem dei
ueritatis claritas superauit. unum igitur omnes et nomine ueneramur et esse credidi-
3 mus. ut hoc autem fieret, ammonitione dei conuocauimus in Nicænam ciuitatem plu-
rimos episcoporum, cum quibus sicut unus ex uobis ego, conseruus uester supra modum 10
4 esse gaudens, et ipse ueritatis examinationem recepi. dicta sunt igitur omnia et
subtiliter examinata sunt, quæ dubitationem uel occasionem discordiæ generare uide-
bantur, et parcat diuina maiestas, qualia et quam acerba de nostro saluatore, de spe
et de uita nostra indecenter aliqui blasphemizabant, diuinis scripturis et sanctæ fidei
5 contraria loquentes et credere confitentes. trecentis igitur et pluribus episcopis, 15
pudicitia et sagacitate mirandis, unam et eandem fidem, quæ et ueritate diuinæ legis
subtilis est fides, esse confirmantibus, solus Arrius manifestatus est diabolica supe-
ratus operatione et hoc malum primum quidem apud uos, deinde et apud alteros impia
6 disseminans sententia. suscipiamus igitur quam omnipotens sententiam præbuit;
redeamus ad dilectos nostros fratres, a quibus nos diaboli quidam improbus minister 20
7 separauit; ad commune corpus et propria nostra membra omni studio eamus. hoc
enim et sagacitati et fidei et sanctitati uestræ decet, ut errore conuicto illius quem
8 ueritatis inimicum esse constitit, ad diuinam redeatis gratiam. quod enim trecentis
f. 10 simul placuit episcopis, nihil est alterum quam dei sententia, maxime ubi | sanctus
spiritus talium et tantorum uirorum mentibus insitus diuinam declarauit uoluntatem. 25
ideo ne quis dubitet, ne quis differat, sed alacriter omnes in uerissimam redite uiam,
ut quando ad uos celeriter perueniam, debitas inspectori omnium deo uobiscum
gratias confitebor, quod sinceram fidem demonstrans optandam nobis reddidit
caritatem.

Graece extat ap. Athanasium post libellum de decretis Nicaenae synodi in collectione nondum impressa
[cf. Mitthl. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1904, 392], Socr. I, 9, 17—25 et Gelas. 2, 37 p. 188 sq. Baljore [= g]. alia
uersio latina inuenitur in Collectione Theodosii diaconi = Cod. Veron. LX.

4 accipimus P
superabit P

5 diabolo licet Schw cf. τῷ διαβόλῳ ἔξεισι g diabolicæ P
15 ὁμολογοῦντες g confidentes P

8 ἐνίκησε g

9 CONSTANTINVS AVGVSTVS CATHOLICAE ECCLESIAE NICOMEDENSIVM. Dominum
 deum scilicet et saluatorem Christum suptiliter omnes cognoscitis, dilecti fratres, patrem
 et filium esse, patrem dico sine principio sine fine generatorem sæculi ipsius, filium
 autem, hoc est uoluntatem patris, quæ nec per cogitationem aliquam recepta est nec
 ad perfectionem operum per aliquam exquisitam substantiam deprehensa est. qui ⁵
 enim hoc et intellegit et intellexerit, iste habebit ad omne genus pœnæ inlassabilem
10 patientiam. sed enim dei filius Christus, opifex omnium et ipsius immortalitatis dator,
 genitus est quantum pertinet ad fidem cui credidimus, natus est, magis autem processit
 ipse qui et semper in patre est, ad condecorationem illorum quæ ab ipso facta sunt.
11 genitus est igitur indiuidua processione; uoluntas enim et in habitaculo suo simul fixa ¹⁰
 est et ista quæ diuerso indigent cultu, secundum uniuscuiusque qualitatem et agit
 et administrat. quid igitur? est aliquid inter deum patrem et filium? nihil scilicet;
 ipsa enim rerum plenitudo sensu accepit uoluntatis præceptum, non autem diuisam ex
12 patris substantia uoluntatem separauit. quod autem ista sequitur, quis est qui Christi
 mei domini sequax per reuerentiam magis uel stultitiam reformidat? igiturne patitur ¹⁵
 numen, cum uenerabilis corporis habitatio ad cognitionem suæ sanctitatis ruit, uel tactui
 succidit illud quod corpore superius est? nonne distat hoc <quod e> corporis humi-
 litate ablatum est? non autem uiuimus, licet ad mortem animæ gloria corpus ad-
13 uocauerit? quid igitur hic inlæsa et sincera fides dignum dubitatione occupauit?
 an non uides quod uenerabilissimum corpus deus elegit, per quod fidei argumenta et ²⁰
 propriæ uirtutis exempla manifestare futurus esset et iam confusam exitiali errore f. ²¹
 humani generis perditionem expellere et nouam religionis dare doctrinam et castitatis
 exemplo indignos mentis actus expurgare, deinde autem mortis quidem tormentum
14 dissoluere, immortalitatis autem præmia pronuntiare? sed uos, quos iam fratres
 communio caritatis merito ex me appellari facit, non ignoratis me uestrum conseruum, ²⁵
 non ignoratis uestræ munimen salutis, cuius curam diligenter suscepi et per quod inimi-
 corum nostrorum non solum arma expugnauimus, sed etiam uiuos adhuc animam in-
15 clusimus ad manifestandam ueram fidem clementiæ. sed ego super istis donis
 propter renouationem maxime orbis terrarum gaudebam; etenim dignum erat uere
 miraculo in concordiam tot gentes adducere, quæ paulo ante ignorare deum dicebantur. ³⁰
16 tamen quid haberent istæ gentes cognoscere, quæ nullam certaminis curam susceperunt?
 quid igitur intellegitis, dilecti fratres? nam uos ipsos accuso: Christiani sumus et mediocri
17 affectu dissentimus? hæcine est nostra fides, hæc sanctissimæ legis doctrina? sed
 quæ causa est, propter quam præsentis mali exitium suscitatum est? o flagitium,
 o odium supra modum omnis indignationis magnitudinem superans! quæ istius ³⁵
 latrocinii atrocitas extitit, quæ filium dei abnegat ex indiuidua patris substantia pro-
18 cessione? nonne ubique est deus, cum certe istum semper nobis adesse sentimus?
 nonne per eius uirtutem omnium decoratio constat, cum certe separatione dissipationis
19 careant? num igitur uobis aliquid actum est? o dilecti fratres, considerate modo,
 deprecor, tormenta præsentis doloris: confessores uos esse istius promittebatis, quem ⁴⁰
20 esse denegatis, in hoc uobis doctore persuadente in omnibus perditio. supplico, quis
 est qui ista docuit ita simplicem multitudinem? Eusebius scilicet, qui tyrannicæ

Primus edidit Baronius ad a. 329 c. 12 ex apographo cod. P [Barber. 498]. Graece extat apud Athanas. post libellum de decretis Nicaenæ synodi in collectione nondum impressa [Mitthl. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1904, 394] et Gelas. 3 p. 217 Balj.; inde a p. 102, 42 etiam apud Theodoret. I, 20 et Gelas. I, 10

11 ἀπερ g qua P 15 uel = ἧ [quam] 16 numen GLoescheke ex τὸ θεῖον g nomen P
 17 quod e suppl. Schw. ex ὅπερ ἐκ g 17/18 humilitati P

crudelitatis conscius est. quod enim ubique tyranni factus est cliens, ex multis est
 peruidere. tam enim cædes episcoporum testantur, sed uere episcoporum, quam
 21 sæuissima Christianorum persecutio manifeste clamat. nihil enim de factis in me
 f. 2^u iniuriis modo dicam, per quas, | cum maxime aduersarum partium festinauerunt con-
 cursiones, iste et oculos speculatores contra me submittebat et pæne etiam armata 5
 tyranno ministeria conferebat. nec me quidam esse arbitretur ad istorum probationem
 inparatum; argumentum enim subtile est, quod presbyteros et diaconos qui Eusebium
 22 adsequebantur, manifeste a me comprehensos esse constat. sed ista quidem prætermitto,
 quæ nunc non indignationis causa, sed ad illorum confusionem a me prolata sunt; illud
 autem solum timeo, illud cogito quod uos uideo ad criminis uocari communionem. 10
 nam per Eusebii conuersionem et peruersionem conscientiam suscepistis a ueritate
 23 separatam. sed est non tardum remedium, si episcopum fidelem et integrum uel nunc
 accipientes ad deum respiciatis, quod in præsentī in uobis est et iam pridem oportebat
 a uestro pendere iudicio, nisi prædictus Eusebius cum turbulenta multitudine eorum
 qui eum sequebantur, huc peruenisset et ordinis rectitudinem impudenter conturbasset. 15
 24 sed quoniam de ipso Eusebio ad uestram caritatem pauca oportet dicere, meminit uestra
 patientia in Nicæna ciuitate factum esse concilium, cui et ipse ego decenter aderam
 seruitute conscientia meæ nihil alterum uolens quam concordiam omnibus operari
 et ante omnia conuincere et hanc causam depellere, quæ initium quidem ceperat per
 Arrii Alexandrini insolentiam, conroborata est autem statim per Eusebii flagitiosam 20
 25 et perniciosam festinationem. sed iste ipse Eusebius, amicissimi et carissimi, cum
 quanta putatis concursione, quando ab ipsa conscientia uincebatur, cum quanta autem
 confusione undique conuictum falsiloquium defendebat, submittebat quidem mihi diuer-
 sos pro ipso supplicantes, postulans autem ex me aliquid auxilii, quatenus uel in tanto
 26 conuictus delicto <non> eiciatur honore quem habebat? testis mihi est in hoc deus 26
 ipse, qui mihi et uobis benignus permaneat, quoniam et me ille peruertit et indecenter
 subripuit, quod et uos cognoscetis. omnia enim tunc acta sunt sicut ipse deside-
 f. 3^r rat, omne quodlibet malum in sua mente abscondens; | sed pridem, ut cetera eius
 prauitatis prætermittam, quid maxime cum Theognio, quem dementia consortem
 27 habet, peregerit, audite, supplico. Alexandrinos quosdam qui a nostra fide recesserunt, 30
 huc iussi transmitti, quia per istorum ministerium ignis discordia surgebat. sed isti
 boni et benigni episcopi, quos semel concilii ueritas ad pænitentiam seruauit, non solum
 illos susceperunt et apud se seruauerunt, sed etiam consortes morum fuerunt eorum
 28 prauitatis. propter quod circa istos ingratos hoc agere censeo: raptos enim eos iussi
 quam longissime exterminari. nunc uestrum est ad deum fide illa respicere, quam 35
 semper et fuisse constat et esse decet, et sic peragere, ut episcopos castos et orthodoxos
 et clementes habentes gaudeamus. si quis autem uel ad pestiferorum memoriam
 illorum uel ad laudem inconsulte exardere audeat, confestim a sua audacia per opera-
 tionem serui dei, hoc est mei, compescetur. deus uos conseruet, fratres dilectissimi.
 29 Hæc exemplaria duarum epistolarum dominus imperator Iustinianus beatissimo 40
 papæ Vigilio translata de Græco in Latino direxit die quinto kalendarum Iuniarum
 28. Mai 547 sexies post consulatum Basili ū. c̄.

3 manifesta P	5 armatas P	8 comprehensos Schw ex συνειλημμένους g compressos P
9 confusione P	πρὸ ἐνήνεκται g probata P	11 τῆς ἀληθείας g uarietate P
21 eusebii P	25 non suppl. Schw ex g	27 ἐπιγνώσεσθε g cognoscitis P
35 quam Schw qua P	39 ἐμοῦ g me P	42 basili uiro clarissimo P
		14 pondere P
		32 seruabit P

L IIII 826 == 30
M VII 464

Ad locum ex relatione sanctæ synodi Chalcedonensis data ad principem Marcianum. Sic magnus ille Basilius, minister gratiæ, subsistentiarum per epistolam euidentiã iure declarauit et sancti spiritus doctrinam diligentius tradidit consacerdotum suorum eliciens etiam subscriptione consensum. sic quoque Damasus, Romanæ urbis decus, litteris ad Paulinum datis dispensationis sacramenta patefecit, ammonens ut his quæ bene decreta sunt, si qui communionis suæ participes uelint esse, consentiant.

2—6 nondum constat utrum ex Versione antiquo an Rustici desumpta sint

5 dispensationibus P

EPISTOLAE PELAGII IVNIORIS PAPAE AD EPISCOPOS HISTRIAE

- 1 Dilectissimis fratribus Heliæ aliisque episcopis uel uniuersis filiis ecclesiæ Histriæ partibus constitutis Pelagius episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ. Quod
 f. 3^u ad dilectionem uestram, fratres filiique karissimi, nostra tardius scripta dirigimus, non maliuolæ uoluntatis aut dissimulationis uel neglegentiæ fuisse credatis, sed, sicut nostis, 6
 2 temporalis qualitas et hostilis necessitas hactenus impediuit. nam sicut ait dominus per prophetam, num quid obliuiscitur mulier filium uteri sui? Ies. 49, 15 non ergo credatis nos uiscerum nostrorum diuisionem non cum graui fletu ac gemitu doluisse, sed utinam, karissimi, inluminet dominus oculos cordis uestri, ut nostri cordis
 3 gemitum pro uobis uidere possit. quis enim, sicut ait beatus apostolus, infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? et alibi quia si patitur unum membrum, compatiuntur 1 Cor. 11, 29
 4 omnia membra. postea ergo quam deus omnipotens pro felicitate Christianissimorum principum per labores atque sollicitudinem filii nostri excellentissimi domni Zmaragdi exarchi et chartularii sacri palatii pacem nobis interim uel quietem 15 donare dignatus est, cum omni sollicitudine festinamus præsentia ad uos scripta dirigere, hortantes et obsecrantes ne in diuisione ecclesiæ ulterius quisquam studeat permanere.
 5 nos enim secundum euangelicam uocem studemus fraternitati ac dilectioni uestræ, in quantum fragilitas nostra sufficit, quæ nobis iussa sunt, cum sinceritate cordis humiliter exhibere; nostis enim in euangelio dominum proclamantem Simon, Simon, 20 Luc. 22, 31. ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te patrem, ut non deficiat fides tua, 32
 6 et tu conuersus confirma fratres tuos. considerate, karissimi, quia ueritas mentiri non potuit nec fides Petri in æternum quassari poterit uel mutari. nam cum omnes discipulos diabolus ad cribrandum poposcerit, pro solo Petro se dominus 25 rogasse testatur et ab eo ceteros uoluit confirmari; cui etiam pro maiori dilectione quam præ ceteris domino exhibebat, pascendarum ouium sollicitudo commissa est; cui et Ioh. 21, 16. 17 Mt. 16, 19. 18
 7 nec portas inferni aduersus eam præualere testatus est. sed quia inimicus humani
 f. 4^r generis usque in finem sæculi non quiescit in domini ecclesiam bono semini super|seminare 30 zizania, ideoque, ne forte quisquam maligno studio aliqua de fidei nostræ integritate diaboli instigatione fingere præsumperit <et> augmentari et ex hoc uestri fortasse

Tres epistulas Pelagii II ad episcopos Histriae primus ex apographo codicis P [Barber. 498] edidit Baronius ad a. 586 c. 29 sq., quem repetierunt Collectores conciliorum, deinde ex ipso codice L. M. Hartmann in Monum. Germ. Epist. t. II p. 442 sq. JK 1054—1056.

17 diuisionem P 20 pro ex præ corr. P 27 pro P 30 seminis P 31 zizaniam P
 32 et om. P augmentari P ac commentari Mommsen, sed cf. Vigili epistolam 52

uideantur animi perturbari, necessarium iudicauimus per præsentem epistolam nostram et ad uiscera uos matris ecclesiae ut reuerti debeatis, cum lacrimis exhortari et de nostrae fidei integritate uobis satisfactionem nostram mittere, quatenus nulla possit in uestris cordibus de nobis remanere suspicio, ut in diuini tremendique iudicii die de taciturnitate mea reus inueniri non possim.

8 Nos enim illam fidem prædicamus, tenemus et cum omni puritate conscientiae usque ad sanguinis effusionem defendimus, quæ ab apostolis tradita et per successores eorum inuiolabiliter custodita reuerenda Nicæna synodus trecentorum decem et octo
9 patrum suscepit atque redegit in symbolum, sed et Constantinopolitanam centum
10 quinquaginta patrum sub piæ memoriæ Theodosio seniore principe factam; etiam Ephe-
11 senam primam, cuius præsidēs fuerunt beatæ recordationis prodecessor noster Cælestinus
12 Romanæ urbis antistes et Kyrillus ecclesiae Alexandrinæ episcopus; sed et Chalcedonen-
13 sis sexcentorum triginta patrum, quæ sub piæ memoriæ Marciano imperatore conuenit
14 cuique sanctæ recordationis prodecessor noster papa Leo per legatos suos uicariosque
15 præsedet, et ut diuersarum hæresum damnanda exigebat aduersitas, eandem fidem uno
16 eodemque sensu declamantes latius ediderunt. sed et epistolam prædicti beatæ recor-
17 dationis Leonis ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum datam, quæ et tomus
18 appellatur, per omnia ueneramur tenemus defendimus atque secundum eius tenorem
19 adiuuante domino prædicamus. et sicut sæpe dictus prodecessor noster beatæ memoriæ
20 papa Leo synodum Chalcedonensem suscepit atque firmavit, ita et nos per omnia, operante
21 diuina gratia, ueneramur custodimus atque defendimus. si quis autem contra hanc
22 fidem aut sapit aut credit aut docere præsumit, secundum eorundem patrum sententiam
23 damnatum atque anathematizatum se esse cognoscat. non ergo patiamini falsis
24 suspicionibus aut rumoribus | denuo agitari et in diuisione ecclesiae malorum hominum
25 persuasionibus, quod auertat dominus, remanere. quid enim uos a sanctæ ecclesiae
26 unitate diuiditis, quando nihil noui, nihil, quod absit, contrarium in dei ecclesia præ-
27 dicari cognoscitis uel teneri, sed unam eandemque fidem, quæ ab apostolis tradita et
28 a sanctis patribus in prædictis quattuor synodis explanata atque confirmata dinoscitur,
29 sincerissime teneri atque defendi modis omnibus conprobatur? ubi ergo de fidei fir-
30 mitate nulla uobis poterit quæstio uel suspicio generari, in unitate fidei atque in sinu
31 sanctæ matris catholicæ et apostolicæ ecclesiae permanentes, si quid forte causæ est,
32 unde uestri scandalizari animi uideantur, manentes in unitatis caritate, eligite de fratribus
33 ac filiis nostris, quos ad nos ad inquirenda de quibus mouemini, transmittere debeatis:
34 et parati sumus secundum præceptionem apostolicam et cum caritate eos suscipere
35 et cum humilitate deo placita satisfactionis reddere rationem et sine aliquo impedimento
36 cum omni dilectione, quando reuerti uoluerint, uoluntate sincerissima relaxare. audia-
37 mus autem doctorem gentium clamantem: sicut accepistis Christum
38 Iesum dominum, in ipso ambulate, radicati et superædifi-
39 cati in ipso, et confirmati in fide, sicut didicistis, abun-
40 dantes in gratiarum actionem. uidete ne quis uos decipiat
41 per philosophiam et inanem fallaciam. nec ad contentiones aut
42 superfluas quæstiones uestra ulterius studia conuertatis; uocem eiusdem apostoli cum
43 humilitate cordis adtendite; sic enim scribens ad Timotheum ait: stultas autem
44 et sine disciplina quæstiones de uita, sciens quia generant
45 lites; seruum autem domini non oportet litigare, et iterum ad

7—8 *postulatur* quam — traditam — et custoditam, *sed cf. 109, 45*

20 *chalconense P*

26/27 *prædicare P*

29 *conprobatis P*

14 *prodecessor o ex g corr P*

30 *sinum P*

38 *ipsum P*

39 *confirmate P*

42/43 *apostolicam humilitate P*

44/45 *sciens — lites superser P*

Corinthios: si quis autem uidetur inter uos contentiosus esse, ¹ Cor. 11, 16
 nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei,
 19 et iterum post alia: non est deus dissensionis, sed pacis. ^{con-} ¹ Cor. 14, 33
 siderate ergo quia quicumque in pace et unitate ecclesiae non fuerit, deum habere non
 poterit. item ad Galatas scribens ait: qui ex fide sunt, hi sunt filii ⁵ Gal. 3, 7—9
 Abrahæ. prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat
 gentes deus, prænuntiauit Abrahæ quia benedicentur in
 f. 5^u te omnes gentes. | igitur qui ex fide sunt, benedicentur
 20 cum fidei Abraham. quam ergo excusationem apud deum post præsentem
 satisfactionem nostram ulterius habere potestis, quando nulla uobis de fidei nostræ ¹⁰
 sinceritate et puritate contraria suspicio remanebit? audite protestantem et com-
 monentem eundem apostolum: nolite seduci, corrumpunt mores ¹ Cor. 15, 33
 bonos colloquia mala. non ergo circumueniamur a satana; non enim
 21 ignoramus cogitationes eius. cum dilectione ergo fraterna et humilitate deo placita,
 si cuius forte animi scandalizari uidentur in aliquo, manens in unitatis caritate perquirat ¹⁵
 22 atque cognoscat. nam sicut beatus Iacobus apostolus ait: ubi zelus et con- ^{Iac. 3, 16}
 tentio, ibi et inconstantia et omne opus prauum, et iterum
 doctor gentium: quis uos impediuit caritati non obœdire? per- ^{Gal. 5, 7—9}
 suasio non est ex eo qui uocauit uos. modicum fermentum
 totam massam corrumpit, et alibi: ego confido in domino quod ²⁰ Gal. 5, 10
 nihil aliud sapiatis; qui autem conturbat uos, portabit
 iudicium quicumque est ille, et in subsequenti ait: utinam abs- ^{Gal. 5, 12}
 cidantur qui uos conturbant, et rursus ammonens dicit: quod si ^{Gal. 5, 15}
 inuicem mordetis, et comeditis, uidete ne ab inuicem con-
 sumamini, et iterum: si spiritu uiuimus, spiritu et ambulemus; ²⁵ Gal. 5, 25.
 non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, ^{26. 6, 2}
 inuicem inuidentes. alter alterius onera portemus, et sic
 23 adimplebimus legem Christi. et alibi idem apostolus ait: flecto ^{Ephes. 3, 14}
 genua mea ad deum patrem domini nostri Iesu Christi, ^{—18}
 ex quo omnis paternitas in cælis et in terra nominatur, ut ³⁰
 det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtutem, corro-
 borari per spiritum eius in interiorum hominum, habitare
 Christum per fidem in cordibus uestris; in caritate radi-
 cati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus
 24 sanctis, et post alia: obsecro itaque uos ego uinctus in domino, ³⁵ Ephes. 4, 1—
 ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni ⁶
 humilitate et mansuetudine, cum patientia subportantes
 inuicem in caritate, solliciti seruare unitatem spiritus
 in uinculo pacis. unum corpus et unus spiritus, sicut uoca-
 ti estis in una spe uocationis uestre. unus dominus, una ⁴⁰
 f. 5^u fides, unum baptisma, unus deus | et pater omnium, qui
 25 super omnes et per omnia et in omnibus nobis. et dum tales
 exhortationes et ammonitiones apostolicas habeamus, quis nos separabit a ^{Rom. 8, 35}
 caritate, quæ est in Christo Iesu domino nostro? si enim cum humilitate et
 fletu diligenter intendimus, consideramus et intellegimus quod ille sit insidiator noster ⁴⁵
 de quo dictum est quia aduersarius uester diabolus sicut leo ¹ Pet. 5, 8

- 1 **Pet. 5, 9** r u g i e n s c i r c u i t q u æ r e n s q u e m d e u o r e t , c u i s e c u n d u m e i u s d e m
apostoli exhortationem cum omni nos concordia et unitate in fortitudine fidei resistere
26 atque obuiare necesse est. exemplo enim omnes didicimus, karissimi fratres ac filii,
quanta mala quantaque flagella diuisionem ecclesiae fuerint subsecuta; unde in ipsius
misericordia, licet indigni, confidimus quia si ecclesiam suam adunari atque pacificari 5
concesserit, omnia a nobis quæ pro delictis nostris suscepimus flagella celerius remouen-
tur et unitas ac firmitas pacis ecclesiae pacem nobis et temporalem optinet et æternam.
27 tantummodo rogamus et obsecramus et per diuinum uos tremendumque dei iudicium
obtestamur, ubi sibi nullus hominum poterit argumentis uel excusationibus subuenire,
ne ulterius per uos dei diuidatur ecclesia, sed hereditatem domini communi teneamus et 10
28 possideamus studio. quæ autem sit eius hereditas, ipsius uerba quæ ad discipulos
Ioh. 14, 27 dicta sunt, audiamus: p a c e m m e a m d o u o b i s , p a c e m m e a m r e l i n q u o
Ioh. 13, 35 u o b i s , e t i t e r u m : i n h o c c o g n o s c e n t o m n e s q u i a m e i e s t i s d i s -
cipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. id ipsum
1 **Cor. 1, 10** a u t e m , s i c u t a i t u a s e l e c t i o n i s , d i c a m u s o m n e s , e t n o n s i n t i n n o b i s 15
schismata, simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem
Ioh. 10, 16 s c i e n t i a , u t i n s i n u m a t r i s e c c l e s i æ c o n g r e g a t i e f f i c i a m u r u n u s g r e x , u t u n i u s
Christi pastoris custodia ab omnibus externi internique hostis insidiis eius protectione
atque defensione seruemur inlæsi.
29 Hæc autem ad uos direximus per fratrem et coepiscopum nostrum Redemptum 20
et Quoduultdeum abbam monasterii maioris basilicæ beati Petri apostoli; quos uestra
dilectio et complacita deo caritate suscipiat et ad nos cum unitatis uestræ gaudio sine
mora reuerti dimittat, quatenus cognoscentes dilectionem atque obœdientiam caritatis
Luc. 2, 14 uestræ, cum sanctis angelis communiter atque ueraciter dicere mereamur: gloria
in altissimis deo et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. 25

ITEM PELAGII PAPAE AD EOSDEM EPISCOPOS

- 1 | Dilectissimis fratribus Heliae uel aliis episcopis Histriæ Pelagius episcopus. Dilec- f. 6r
tionis uestræ per eos quos direxistis, scripta suscepimus relectisque his graui sumus
mærore et dolore perculsi, cur neque his quæ nos uobis scripsimus, respondistis, neque
ut fraternam decuerat caritatem, fidei nostræ satisfactione suscepta ad unitatem eccle- 30
siae reuertendi obœdientiam commodastis, postremo nec taliter eos qui uenerunt, dirigere
pertulistis, ut apertissimam lucidissimamque satisfactionem se paterentur accipere,
sed scripto nobis quasi capitularem uel interdictum potius ostenderunt, nihil iniunctum
sibi a uobis aliud asserentes nisi ut uestræ tantummodo essent portitores epistolæ.
2 in qua tamen nullam rationis satisfactionem quæsisse uos legitur, sed uelut iudicatum 35
quid a nobis fieret, expressisse; quod quam prauum sit, quam iniustum patrumque
regulis inimicum, si uolueritis ad cognitionem ueritatis accedere, splendidissime cum
3 diuino auxilio potestis addiscere. unde nos cum propheta lacrimabiliter conuenit
Psal. 38, 3 exclamare: o b m u t u i e t h u m i l i a t u s s u m e t s i l u i a b o n i s e t d o l o r
cordis mei renouatus est. renouatus est dolor cordis nostri, quando 40
diuturnæ diuisionis scandalum minime tanto fidei fulgore superatur, maxime quia pra-
uorum hominum persuasionem decepti, scripta nobis diuersis infecta contagiis direxistis,
eo quod in epistolis patrum quædam testimonia non incongrua solum, sed nec ad causam
pertinentia temptastis inserere, ita ut nec ordinem testimoniorum qui in ipsis epistolis

5 pacificare P 21 abba P quod P 23 demittat P 24 atque ueraciter *superser* P
29 iugmore P 35 uos *superser* P 36 expressisset P 37 splendidissime P

patrum legitur, seruaretis quippe ut quod scriptum nomine alterius fuerat, alterius
 nominis titulo poneretis; in quo euidenter dictum uobis apostolicum constat aptari
 nescientes neque de quibus dicunt neque de quibus ad- 1 Tim. 1, 7
 4 firmant. quod quidem non uestræ malitiæ uel calliditati credimus adscribendum,
 sed ueneno hostis malignissimi perspicimus exquisitum, qui zizania seminare per uasa 5
 5 iræ usque in finem sæculi in dei ecclesia non quiescit. ex quo intellegimus fraternitatem
 uestram epistolas de quibus posuistis testimonia, non legisse; neque enim si uobis earum
 scriptura constaret, illa quæ apertissime pro fidei tantummodo causa sunt posita,
 6 aliis congruere fingeretis. propter quod ab errore diuisionis, in quem falsis opinionibus
 f. 6^a incidistis, | hortor et opto uos celerius reuocari et non, sicut scriptum est, iugum cum 10 2 Cor. 6, 14
 infidelibus ducere, sed illi iterum iugo mansueta colla submittere, de quo ipse dominus
 dicit: iugum enim meum suauis est et onus meum leue est; quod Math. 11, 30
 nullo modo poterit quis uel ferre uel discere, nisi eidem iugo caritatis uinculis fuerit
 subiugatus <et> ipsi oneri per dilectionem, quippe ut spiritali sarcinæ, mentis humeros
 7 uiresque subdiderit. sicut namque animositas abscisionis intellectum facit per super- 15
 biam caligare, ita recuperatæ caritatis humilitas mentes in unitate fidei perdurantes
 8 ad cognitionem ueritatis inluminat. propter quod præsentium portitoribus, quos
 fraternitas uestra direxit, et ex codicibus et ex antiquis polypticis scrinii sanctæ sedis
 apostolicæ relecta sunt aliqua, quibus euidenter ostenditur nihil eorum quæ in uestra
 posuistis epistola, causæ trium capitulorum conuenire ullatenus aut uerisimiliter coop- 20
 9 tari. ideoque necesse est uos omnes epistolas synodales sollicite uigilanterque per-
 currere, ut euidentius agnoscatis quia sancti patres nihil aliud de Chalcedonensi synodo
 10 in suis epistolis firmauerunt nisi ut inuiolabilis fidei definitio seruaretur. nam ad
 eandem synodum confirmandam beatæ recordationis prodecessor noster papa Leo
 11 scribens inter alia sic ait: »ne ergo per malignos interpretes dubitabile uideatur utrum 25 Leo ep. 114
 quæ in synodo Chalcedonensi per unianimitatem uestram de fide statuta sunt, approbem, P. 1195
 hæc ad omnes fratres et coepiscopos nostros qui prædicto concilio interfuerunt, scripta
 direxi, quæ gloriosissimus et clementissimus princeps, sicut poposci, in notitiam uestram
 mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur, ut et fraterna uniuersitas et omnium
 fidelium corda cognoscant me non solum per fratres qui uicem meam executi sunt, sed 30
 etiam per adprobationem gestorum synodalium propriam uobiscum unisse sententiam,
 in sola uidelicet fidei causa, quod sæpe dicendum <est>, propter quam generale concilium
 et ex præcepto Christianissimorum principum et ex consensu apostolicæ sedis placuit
 12 congregari.« sed ne forte animis uestris aliqua adhuc uideatur quæstio aut dubietas
 f. 7^r remanere, apertius quæ ad Maximum Antiochenæ ecclesiæ antistitem scripserit, | pariter 35
 uobis curauimus indicare. post plurima itaque sic ait: »si quid sane ab his fratribus Leo ep. 119
 quos ad sanctam synodum uice mea misi, præter id quod ad causam fidei pertinebat, P. 1217
 gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apostolica
 sunt sede directi, ut excisis hæresibus catholicæ essent fidei defensores. quicquid
 enim præter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest 40
 13 <aliquam> diiudicandi habere rationem.« ecce, sicut superius dictum est, cognoscitis,
 fratres karissimi, nihil aliud sæpe fatum prodecessorem nostrum quam ea quæ de fidei
 firmitate definita sunt, confirmasse; quod pæne in omnibus epistolis eius, si uolueritis,
 14 plenius potestis cognoscere. nam priuatæ causæ quæ illic post definitionem fidei actæ
 15 sunt, non solum minime confirmauit, sed et retractari atque diiudicari concessit. in 45

1 nomini P 14 et *add. Schw* mentis *Schw* mentes P 24 eandem — confirmandam
 a ex u *corr* P 22. 26 chalcedonense P 31 unisse Leo munisse P inisse P *infra in ep. 3, 30* 32 causa
 fidei L. o est *infra p. 115, 16 Leo om. P* 37 uicem meam P aliquam *infra p. 128, 12 Leo om. P*

enkycliis uero, quod est episcopalium collectio litterarum, ex quibus aliqua in scriptis uestris testimonia incongrue similiter posuistis, unde mota sit causa uel quid piæ recordationis Leo imperator per uniuersas prouincias sacerdotibus scripserit consulendo aut qualiter ab ipsis responsa susceperit, nobis quoque tacentibus, eorum lectione ualebitis plenius informari, ut nulla de cetero in uestris cordibus malignæ excogitatio prauitatis 5
16 locum subreptionis inueniat. nos enim propter prolixitatem huius epistolæ ordinem causæ ipsius declinauimus indicare. nam si cum studio caritatis quæ a nobis scribuntur, cum timore domini sollicite uigilanterque relegetis, facile sentietis quantum sit periculum pro superfluis quæstionibus et hæreticorum defensione capitulorum tam
17 diu ab uniuersali ecclesia segregari. nolite ergo amore iactantiæ, quæ superbiæ semper 10 est proxima, in obstinationis uitio permanere, quando in die iudicii nullus uestrum excusare se ualeat et neque Theodorus Mombsuestinæ neque Ibæ epistola, quæ ab
18 aduersariis est prolata, ante tribunal tanti iudicis uobis ualeat subuenire. doctori
1 Cor. 12, 31 itaque gentium pareamus, qui in prima ad Corinthios epistola dicit: æ m u l a m i n i c h a r i s m a t a m e l i o r a e t a d h u c e x c e l l e n t i o r e m u o b i s u i a m 15 d e m o n s t r o. quæ ergo maiora sint et a se demonstranda promittit, ex ipsius
1 Cor. 13, 1 uoce | audiamus intentius: s i l i n g u i s h o m i n u m l o q u a r e t a n g e l o r u m, f. 7^u
1—3 caritatem autem non habeam, factus sum sicut æsonans aut kymbalum tinniens, et si habuero prophetiam et nouerim omnia mysteria et si habuero omnem fidem, ita ut mon- 20 tes transferam, et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et si tradidero corpus meum ut ardeat, caritatem <autem> non habuero, nihil mihi prodest, et iterum:
1 Cor. 13, 13 fides, spes, caritas, tria hæc, maior autem his caritas.
19 quam igitur ante deum poteritis habere fiduciam, quando nullum scandalum generari 25 uobis de fidei nostræ integritate cernentes, tantis temporibus per superfluas quæstiones
20 ab ecclesia dei, quæ una est, et a fraterna diuidi uos caritate duratis. ubi namque
Mt. 16, 18 sit ecclesia constituta, licet ipsius domini uoce in sancto euangelio sit apertum, quid tamen beatus Augustinus eiusdem dominicæ memor sententia definierit, audiamus. in his namque ait esse dei ecclesiam constitutam, qui sedibus apostolicis per successiones 30 præsulum præsidere noscuntur, et quicumque ab earundem sedium se communionem uel auctoritate suspenderit, esse in schismate demonstratur. et post alia: »positus foris, etiam pro Christi nomine mortuus, eris. inter membra Christi patere pro Christo;
21 hærens corpori, pugna pro capite.« sed et beatus Cyprianus egregius martyr in libro
Cypr. de unit. quem de unitatis nomine titulauit, inter alia sic dicit: »exordium ab unitate proficiscitur 35
4 et primatus Petro datur, ut una Christi ecclesia et cathedra monstretur, et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis unianimi consensione pascatur.«
22 et post pauca: »hanc ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? qui cathedram Petri, super quam ecclesia fundata est, deserit et resistit, in ecclesia se esse con-
de unit. 11 23 fidit?« item post alia: »ad pacis præmium peruenire non possunt, quia pacem domini 40
unit. 13. 14 24 discordiæ furore ruperunt.« item ex eodem libro sic ait: »ad sacrificium cum dissensione
Matth. 5, 23. uenientem reuocat ab altari et iubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace

24

29 locus nondum inuentus

8 relegitis P	12 monbsuestinæ P	23 autem om. P	24 tria hæc superser P
36/37 pro et primatus — pascatur antiquissimi Cypriani codices nihil habent nisi ut ecclesia Christi una monstretur, cf. Chapman, Rev. Bénédic. 19, 246 sq.	36 mostretur P	38/39 cathedram — deserit]	
antiquissimi Cypriani codices habent ecclesiæ renititur	40 uenire Cypr.	quia P qui et quia	
Cypriani codd.	42 ueniente P		

redeuntem domino munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit deus; neque enim Gen. 4, 5 habere pacatum dominum poterat qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat.

f. 8^r quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur hi Mt. 18, 20 qui extra ecclesiam colliguntur? tales etiam si occisi in confessione nominis Christi 5 fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: inexpiabilis et grauis culpa discordiæ, quæ nec passione purgatur. esse martyr non potest qui in ecclesia sancta non est: ad regnum peruenire non poterit qui eam quæ regnatura est, derelinquit. « et post alia: 25 »cum deo manere non possunt qui esse in ecclesia dei unianimiter noluerunt; ardeant de unit 14 licet flammis et ignibus traditi uel obiecti bestiis animam suam ponant, non erit illa 10 fidei corona, sed pœna perfidiæ, nec exitus gloriosus, sed desperationis interitus. occidi 26 talis potest, coronari non potest. « item eiusdem: »an <esse> sibi cum Christo uidetur de unit. 17 qui aduersus sacerdotes Christi facit? qui se a cleri eius et plebis societate secernit? arma ille contra ecclesiam portat, contra dei dispositionem repugnat. hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inob- 16 sequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis episcopis et dei sacerdotibus 27 derelictis constituere audet aliud altare. « item cuius supra: »peius schismatis crimen de unit. 19 est quam quod hi qui sacrificauerunt; qui tamen in paenitentia criminis constituti deum plenissimis satisfactionibus deprecantur. illic ecclesia quæritur et rogatur, hic ecclesiæ repugnatur. illic qui lapsus est, sibi tantum nocuit, hic qui schisma facere 20 conatur, multos secum trahendo decipit. illic animæ unius est damnum, hic periculum plurimorum. certe peccasse se ille intellegit et lamentatur et plangit, hic tumens in peccato suo et ipsis sibi delictis placens, a matre filios segregat, oues a pastore sollicitat, dei sacramenta disturbat, et cum lapsus semel peccauerit, hic cotidie peccat. postremo lapsus martyrium postmodum consecutus potest regni promissa percipere, hic si extra 25 28 ecclesiam fuerit occisus, ad ecclesiæ non potest præmia peruenire. « item cuius supra: »quod si in scripturis sanctis frequenter et ubique disciplina præcipitur et fundamentum de hab. uirg. 2 religionis ac fidei <de> obseruatione ac timore proficiscitur, quid cupidius appetere, f. 8^u | quid magis uelle ac tenere nos conuenit quam ut radicibus fortius fixis et domiciliis nostris super petram robusta mole solidatis, inconcussi ad procellas ac turbines sæculi 30 29 stemus, ut ad dei munera per diuina præcepta uenire possimus? « et ideo hortamur et obsecramus dilectionem uestram, ut tam terribilia patrum testimonia cognoscentes nullo modo patiamini ulterius in diuisione ecclesiæ persistere, sed in uiscera sanctæ matris catholicæ atque apostolicæ regredi tota mentis intentione celerate, ut radicati in caritate unitatis atque fundati dicere mereamur: ecce quam bonum et quam 35 Ps. 132, 1 iocundum habitare fratres in unum, ueraciter exclamantes: repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exultatione. Ps. 125, 2

1 redeunte P deo Cypriani codd. antiquissimi 2 deum et dominum Cypriani codd. antiq.
5 Christi ecclesiam Cypr. xpi P om. Cyprianus 6 quæ P om. Cyprianus 7 scâ P om. Cyprianus
8 derelinquit P dereliquit derelinquit reliquit Cypriani codd. 9 unanimes Cyprianus 10 obiectis P
animas suas Cyprianus 11 exigitur P religiosæ uirtutis exitus Cyprianus desperationis P
12 esse om. P suppl. ex Cypriano 17 schismatis P hoc Cyprianus 18 hi qui sacrificauerunt P
admisisse lapsi uidentur Cyprianus; primitiua eius lectionis quam Pelagius inuenit, forma erat quam quod hi qui
sacrificauerunt, admisisse uidentur 19 plenis Cyprianus 19 sq. hic et illic in plurimis Cypriani
codd. commutantur, cf. Chapman l. c. p. 359. 20 p. 46 20 post repugnatur add. apud Cyprianum hic (illic)
potest necessitas fuisse, illic (hic) uoluntas tenetur in scelere hæresin uel schisma Cyprianus
21 conatus est — decepit Cyprianus 22 et intellegit Cyprianus 23 in ipsis Cyprianus
27 fundamentum omne Cyprianus 28 de Cyprianus om. P appeteret P 31 ad et ut
ad Cypriani codd. ueniamus Cyprianus 32 terribilium P

30 Quibus breuiore quidem stilo, abundanti tamen caritate responsis, et de fraternitatis uestræ mentibus et de diuinæ misericordiæ uirtute confidimus sanctæ uos citius reformari indubitanter ecclesiæ. si tamen pro nostris adhuc delictis aliquid inimicus animarum uobis obstinationis, quod absit, aut dubietatis intulerit, secundum quod interlocutio nostra gestorum apud nos habitorum suprema complectitur, et sicut excellentissimo domno filio nostro Zmaragdo exarcho Italiæ supplicare curauimus, instructas huc ad nos personas quibus facilius reddenda recipiendæ <satisfactionis> sit ratio, destinate, ut nulla deinceps consensus uestri dubietas supersit aut tarditas, si eis satisfactio plena reddatur. uel si hoc pro longinquitate locorum uel temporum qualitate pauescitis, illic Rauennæ fiat congregatio sacerdotum, quo nos etiam qui loco nostro intersint, 10 diuinitate propitia dirigamus, a quibus satisfactionis rationem plenissimam capiatis, ne amplius animæ simplices diuisæ a sancta ecclesia pro superfluis quæstionibus tam longa obstinatione remaneant nec per uos, quos dominici gregis decet esse pastores, oues a sæptis ecclesiasticis euagantes rapacis lupi dentibus consumantur.

ITEM AD EOSDEM EPISCOPOS EPISTOLA TERTIA

15

1 Dilectissimis fratribus Heliæ uel uniuersis episcopis Histriæ partibus constitutis Pelagius episcopus. Virtutum mater caritas, quæ redemptoris sui lucris seruiens
 1 Cor. 13, 5 numquam ea | quæ sua sunt, quærit, desiderio anhelanti me impulit dudum fraternitati f. 9^r
 uestræ plena dulcedinis scripta transmittere, quæ disiuncta diu possint suo corpori Christi membra sociare. in quibus plus precibus quam monitis loquens, affectu quo 20 ualui, exhortari curauit, ut quos aptos discutiendæ rationi præuiderit, huc dilectio uestra dirigeret, quatenus in trium capitulorum negotio uel quæquæ aperta sunt, cognoscerent, uel quæquæ forsitan obscura uiderentur, hæc eis collatio pacificæ intentionis aperiret.
 2 tandem dilectionis uestræ scripta suscepi, quæ non rationis causas quærerent, sed deliberati apud uos iudicii sententia imperarent. hoc autem quod uos audere de uestra 25 sapientia uideo, fateor, dolens miror. et quidem per epistolas exempla, ut puto, humilitatis ostendi, amoris specimen præbui; sed dum nihil apud uos repperi ammoni-
 Jerem. 51 tionis meæ uerba proficere, flens gemensque cum propheta cogor exclamare: c u r a -
 [28], 9 8 u i m u s B a b y l o n e m , e t n o n e s t s a n a t a . ignem quantum ualui, caritatis accendi et tantæ scissionis exurere rubiginem uolui; sed impletam prophetæ sen- 30
 Jerem. 6, 29 tentiam peccatis exigentibus inueni, qui ait: f r u s t r a c o n f l a u i t c o n f l a t o r , s c o r i æ e i u s n o n s u n t c o n s u m p t æ . nulla in rescriptis flamma caritatis aspicitur, nullam uel post exemplum dulcedinem redolent in cunctis suis sermonibus,
 4 nihil quod ad pacem perueniat, sonat. pensate, quæso, hoc, quod dicere nisi singultu interrumpente non ualeo, longo diuisionis usu quanto mentis frigore fraternitas uestra 35 torpuerit, quæ nec confriacta recalescit. quid igitur inter hæc faciam nisi ut pro uobis
 1 Petr. 5, 8 5 ad lacrimas uertar? quia enim l e o r u g i e n s c i r c u i t q u æ r e n s q u e m d e u o r e t , scio, et uos stantes extra caulas ouium uideo. aptos fructibus palmites attendo, sed abscisos a radice uites aspicio, et sudantes uos operarios cerno, sed tamen
 6 laborare extra uineam non ignoro. ecce urgente fine, cuncta uastantur, ad solitudinem 40 terra redigitur, atque, ut ita dixerim, procella diluuii mundum subruit et uestra fraternitas arcam fugit. cum Hieremia dicam: q u i s d a b i t c a p i t i m e o | a q u a m f. 9^r
 Jerem. 9, 1 7 e t o c u l i s m e i s f o n t e m l a c r i m a r u m , e t r u r s u m : d e d u c a n t o c u l i n o s t r i l a c r i m a s e t p a l p e b r æ n o s t r æ d e f l u a n t a q u i s . dicam cum

5 suprema P 7 satisfactionis *suppl. Schw* destinate *Mommsen festinate P* 14 rapaces P
 ex consummantur *corr. P* 21 exhortare P 25 audere *Baronius audire P*
 39 accendo P uitis P

illo iterum: plora bo et requiescam; quia enim quietem concordiae in uestro Ps. 54, 7?
 corde non inuenio, fessae menti lacrimas sterno. quae enim mei spiritus esse requies
 8 potest, si ab occulto hoste inflictum uulnus mederi non potest? ecce in cunctis mundi
 partibus sancta et uniuersalis ecclesia unitatis suae radiis fulget, sed tamen adhuc um-
 bram uestrae diuisionis sustinet. ubique in fidei statu perdurat, sed gaudere eam 5
 9 de sua salute prohibet uulnus quod de uestra abscissione tolerat. neque enim sanum
 caput brachiis marcentibus gaudet nec se quasi incolome esse pectus laetatur, cum
 subiectorum uiscerum doloribus tangitur. tota namque corporis compago afficitur,
 si pars eius uel extrema laceratur. quicquid ergo est quod aliam pati sentit, in se
 armonia caritatis adtrahit, Paulo adtestante, qui ait: et si quid patitur unum 10 1 Cor. 12, 26
 10 m c m b r u m , c o m p a t i u n t u r c e t e r a m e m b r a . nos itaque sumus,
 qui uestro dolore transfigimur, nos, qui uestris scissionibus secamur. tanto igitur
 damnis uestris festina debemus consolatione succurrere, quanto ea per caritatem co-
 gimur ut nostra sentire. nam etsi differre forsitan uolumus, supernae increpationis
 uoce terremur, quae ignauos pastores increpans dicit: quod fractum erat, 15 Ezech. 34, 4
 non alligastis, et quod abiectum, non reduxistis, et quod
 11 perditum, non quaesistis. si differre uolumus, ui districtae inuentionis
 increpamur, qua per prophetam dominus dicit: numquid resina non est Ier. 8, 22
 in Galaad aut medicus non est ibi? quare ergo non est
 obducta cicatrix filiae populi mei? quid enim per resinam, quae 20
 fomentum ignis est, quae et in ornamentum domus marmora dissipata coniungit, nisi
 caritas designatur, quae et in amore corda succendit et ut sanctam ecclesiam unitatis
 ornamento componat, discordes hominum mentes per pacis in se studium ligat? quid
 per Galaad, quae aceruus testimonii interpretatur, nisi in scripturae sacrae altitudine
 innumera sententiarum densitas dicitur? quid per medici uocabulum nisi unusquis- 25
 f. 10^r que praedicator? quid per non obductam filiae cicatricem | nisi culpa plebis ante
 12 dei oculos nuda monstratur? resina ergo in Galaad defuisse conuincitur, si pro osten-
 denda ueritate, cum tanta adsint scripturae sacrae testimonia, adsociando uos sanctae
 ecclesiae nequaquam digni ardoris caritas exhibetur; et uelut absente medico cicatrix
 non obducitur, si exhortatione cessante tantae scissionis culpa nullo uelamine subse- 30
 quentis pacis operitur. sed iam tempus est ipsa nos suspicionum uestrarum uulnera
 tangere eis que auctore deo medicamina patefactae ueritatis adhibere.
 13 Per ea quae pia memoriae Iustiniani principis temporibus acta sunt, fraternitas
 uestra suspicatur sanctam Chalcedonensem synodum fuisse conuulsam. sed absit
 14 hoc a Christiano opere, a Christiana cogitatione. in ipsa quippe Nicæna, Constan- 35
 tinopolitana ac prima synodus Ephesina firmata est, et quisquis eandem parte aliqua
 conuellere nititur, illas nimirum funditus, quae per hanc firmatae sunt, destruere conatur.
 15 cui suspicioni in scriptis uestris ex sancti prodecessoris nostri Leonis epistolis ac enkykliis
 testimonia adiungitis, ut praefatam sanctam Chalcedonensem synodum inlibatam debere
 16 seruari monstretis. quae quidem, fratres karissimi, ex paucis epistolis sumpta per- 40
 mixto ordine confusoque posuistis, ut dum interiecta alia epistola ad alia prioris epistolae
 uerba recurritur, quasi ex multis epistolis prolata uiderentur. et ualde miramur cur
 fraternitas uestra de tam, sicut diximus, paucis epistolis non pauca sumpserit, cum
 constet quod de sanctae Chalcedonensis synodi inlibata ueneratione et prodecessorum
 nostrorum assertio innumera et multorum patrum consensus in enkykliis quasi quae- 45

7 incolome P 19. 24 galaad, d in t corr. P 24 aceruum testimonium P, cf. Hieronym. l.
 III II Vall. altitudinem P 25 dicitur Schw dicit P 36 partem P 38 ex Baronius
 et P 40 sumpti P

dam se inundatio nobis infudit. sed quia semper dictandi ordo tanta sibimet con-
exione subiungitur, ut et præcedentia subsequentibus seruiant et subsequencia ex præ-
cedentibus suspendantur, eorum sensum quæ prolata sunt, melius pandimus, si infra
supraque legentes, uel quo tendunt uel unde pendeant, demonstramus.

- 17 A dilectione igitur uestra primum testimonium sancti prodecessoris nostri Leonis 5
Leo ep. 162 ponitur, quod in eius epistola ultima conti|netur, quo ait: »de rebus apud Nicæam et f. 10^u
p. 1341 apud Chalcedonam, sicut deo placuit, definitis nullum audeamus inire tractatum, tam-
18 quam dubia uel infirma sint quæ tanta per spiritum sanctum fixit auctoritas.« cui
secundum testimonium ex ea epistola a uobis adiungitur, quod illic paulo superius
p. 1340 habetur, quo dicitur: »quia, sicut sancte ueraciterque dixistis, perfectio incrementum, 10
19 et adiectionem plenitudo non recipit«. interiectis autem duobus testimoniis de en-
kycliis adsumptis, præfati prodecessoris nostri idem ad Leonem principem scripto uestro
Leo ep. 20 uerba replicantur quibus dicitur: »legitimas et diuinitus inspiratas constitutiones uelle
164 p. 1345 mouere, non est pacifici animi, sed rebellis, dicente apostolo: u e r b i s c o n t e n d e r e
2 Tim. 2, 14 a d n i h i l e s t u t i l e n i s i a d s u b u e r s i o n e m a u d i e n t i u m. nam si 15
humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, numquam deesse poterunt qui
Leo ep. 21 ueritati audeant resultare.« et eius rursus ad eum: »non sinas contra dexteræ omni-
164 p. 1345 potentis dei triumphos rediuiuis exurgere motibus extincta certamina.« cuius adhuc
ibid. testimonium post pauca subdidistis: »nihil prorsus de bene compositis retractetur.«
22 ultimum uero a uobis ponitur testimonium, quod in priori eius epistola, de qua multa 20
iam testimonia prolata fuerant, continetur primum, quo dicitur: »quæ patefacta sunt,
Leo ep. 162 quærere, quæ perfecta sunt, retractare, et quæ sunt definita, conuellere, quid aliud
p. 1339 est quam de adeptis gratias non referre et ad interdictæ arboris cibum improbos appe-
23 titus mortiferæ cupiditatis extendere«? hæc sunt, fratres dilectissimi, quæ beati
Leonis ad Leonem principem uerba posuistis, quæ uidelicet ab eo pro custodia inlibatæ 25
fidei, non autem pro causis episcoporum specialibus quæ apud Chalcedonam gestæ sunt,
proferuntur. nam quia pro solius fidei intemerata obseruatione dixerit, pensandum
Leo epist. 24 est in eadem epistola quid præmisit. ait enim ad eundem principem loquens: »supra
162 pag. 1339 curam rerum temporalium religiosæ prouidentiae famulatum diuinis et æternis disposi-
tionibus perseueranter impenditis, ut scilicet catholica fides, quæ humanum genus 30
sola uiuificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat et dissensiones, quæ de
terrenarum | opinionum uarietate nascuntur, a soliditate illius petræ supra quam ciuitas f. 11^r
25 dei ædificatur, abigantur.« si igitur fidem, fratres karissimi, in cunctis mundi partibus
uno ac solido statu uigere non cernitis, conuulsum quicquam de sancta Chalcedonensi
synodo recte diceretis; at postquam nihil nunc aliud nisi de personis agitur, nihil de 35
sanctæ Chalcedonensis synodi professione truncatur, quid aliud quam in uerbis pacis
26 iurgia quæritis et auctoritatem patrum quasi sequendo declinatis? namque ut isdem
beatus Leo ostenderet retractari quæ perfecta sunt, non deberi, qua hæc intentione
Leo ep. 162 dixisset, ilico subdidit: »quia ad pacem uniuersalis ecclesiæ et ad custodiam catholicæ
p. 1339

6—8 locus allatus a Facundo 5, 5 et Vigilio in Constituto de tribus capitulis 291 [Coll. Auell. ed. Guenther
ep. 83].

13—17. 17—18. 19 locus allatus a Facundo 2, 6 et Vigilio l. c. 292

21—24 locus allatus a Vigilio l. c. 290

I se inundatio Schw se mundo P sumendo Baronius lux mundo se Labbaeus 6 apud P
Facundus et apud Leo et Vigilius 7 audemus Leo Facundus Vigilius 14 mouere P (post legitimas —
constitutiones uelle) configere Leo Facundus Vigilius pacifici est animi Leo Facundus Vigilius
uerbis enim Leo Facundus Vigilius 17 sinas P Vigilius sinantur Leo Facundus 18 dei P om.
Leo Facundus Vigilius exurgere P Vigilius assurgere Leo Facundus 29 cura P
36/37 synodi — iurgia in mg. add. P

- 27 fidei cura dignamini sollicitiore respicere.« quid igitur? cum prohiberet definita conuelli, admonitionem protinus de custodia catholicæ fidei subiunxit, et quia non hoc de retractandis causis specialibus, sed de sola fidei professione dixisset, indicauit. illa namque nunc in uestra quæstione uertuntur, quæ ipse quoque prodecessor noster beatus Leo diiudicat, dum non nisi ea quæ apud Chalcedonam de fide sunt statuta, 5
- 28 confirmat. ipse quippe ad Anatolium Constantinopolitanæ urbis episcopum scribens, dum eum de quodam nouo ausu corripere, dicit: »ut sanctam synodum ad extinguendam Leo ep. 106 solum hæresim et ad confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi principis P. 1161
- 29 congregatam in occasionem ambitus trahas«, et rursum: »ita abuti uoluit concilio synodali, ibid. p. 1163 ut fratres in fidei tantummodo negotio conuocatos et definitione eius causæ quæ erat 10 curanda, perfunctos, ad consentiendum sibi aut deprauando traduceret aut terrendo
- 30 compelleret.« qui ut nihil se omni modo de Chalcedonensi synodo suscipere nisi quod de sola fide gestum fuerat, demonstraret, eidem synodo scribens, ait: »et fraterna uniuersitas et <omnium> fidelium corda cognoscant me non solum per fratres qui uicem Leo ep. 114 meam executi sunt, sed etiam per adprobationem gestorum synodaliū propriam P. 1195 = supra p. 109, 30—33 uobiscum unisse sententiam, in sola uidelicet fidei causa, quod sæpe dicendum est.« qui ergo unitum Chalcedonensi synodo in sola fidei causa se memorat, a cunctis quæ
- f. 11^u 31 illic specialiter gesta sunt, se procul dubio extraneum demonstrat. | hinc est rursum <quod> cum præfato Anatolio de recipiendo Attico presbytero scriberet, dicit: »ita ut Leo ep. 163 Chalcedonensis synodi definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit P. 1343 et quam apostolicæ sedis firmauit auctoritas, profiteatur se per omnia seruaturum.«
- 32 qui Chalcedonensis synodi definitionem dicens, uigilanter etiam »de fide« non adderet, nisi causas quæ illic motæ sunt, alias uitaret. et quidem si unam tantummodo quæ illic specialiter mota fuerat, reprobasset, solam nihilominus exciperet quæ ei singulariter displiceret; at postquam nihil aliud synodi nisi definitionem fidei recepit, quid est aliud 25
- 33 nisi quod cetera quæ illic specialiter mota sunt, refutauit? neque enim si uellet unam tantummodo causam præfati Anatolii reprehendere, uereretur, qui hanc suo iudicio non approbatam et serenissimis principibus et auctori eius eidem Anatolio non est ueritus scriptis discurrentibus indicare; cum uero et de illa præfato Anatolio priuate loquitur et rursum ad synodum scribens, quod de sola fide gestum fuerat, se recipere 30 confitetur, constat quod et Anatolium de speciali criminis causa redarguit et cuncta priuata negotia quæ mota in synodum fuerant, retractari concessit.
- 34 Rursum in scripto uestro testimonium ex epistola de enkykliis ponitis, quod multi episcopi simul dicunt: »neque unum iotam uel apicem possumus aut commouere aut
- 35 commutare eorum quæ apud Chalcedonam decreta sunt«. cui aliud quoque testi- 35 monium quasi ex eadem epistola subiunxistis, quod uidelicet Anatolii Constantinopolitanæ urbis episcopi esse non dubium est, quo ait: »de uero Chalcedonensi sancta synodo dico quoniam ipsum quærere omnino aut reuoluere aliquid eorum quæ ab ipsa finita sunt, hominum est insidiantium tantummodo ecclesiis et uniuersali Christi paci.« quæ
- 36 in quo reuolui et conuelli prohibeat, ipse subiungat; ait enim: »quando apostolica quidem 40 et paterna dogmata olim nobis tradita in eo roborata sunt atque firmata.« si igitur insidiantium est hominum apostolica dogmata et paterna conuellere, quique eadem

34—35 eandem uersionem adfert Facundus 2, 5

3 dixisse P	9 occasione P	consilio P	10 definitione eius causæ Leo defini-
tionis eius causa P	11 perfunctos Leo perfructos P	14 omnium om. P	16 inisse P
cf. p. 109, 32	causa fidei Leo	19 quod om. P	20 scribendo P
in mg. add. P	31 criminis Baronius crimen P	23/24 motæ sunt — illic	34 unum apicem Facundus
illam Facundus	39 paci. quæ Schw paci. P	35 apud	42 apostolica — paterna superscr. P

paterna et apostolica dogmata inlibata recipiunt, constat procul dubio quia insidiantes non sunt ** eiusdem namque synodi fidem intemeratam deo auctore retinemus | et f. 12 sic priuata negotia quæ illic gesta sunt, cum sancto et prodecessore nostro Leone præ-
 37 terimus, ut definitionem fidei illic prolatam proposita etiam morte seruemus. in præcedenti autem testimonio multorum simul episcoporum utrum dictator an scriptor 5 errauerit, ignoramus. neque enim in enkycliis continetur, ut ipsi in scripto uestro posuistis: »neque unum iotam uel apicem possumus aut commouere aut commutare eorum
 L III 907^c = quæ apud Chalcedonam decreta sunt«, sed ita illic scriptum est: »neque unum iotam
 M VII 540^a aut unum apicem <possumus> aut commouere aut uiolare eorum quæ ab ea recte sunt et inculpabiliter definita«, et longe est aliud non posse commoueri ea quæ decreta sunt, 10
 38 et non posse commoueri ea quæ recte et inculpabiliter sunt decreta. sciebant enim uiri doctissimi ea quæ illic gesta fuerant de causis specialibus, a prodecessore nostro Leone recepta omni modo non fuisse, et idcirco cautissime scribunt commoueri aut uiolari quæ recte ab ea et inculpabiliter definita sunt, non deberi, ne si cuncta confirmare se dicerent, sententiæ sæpe fati prodecessoris nostri Leonis obuiarent. unde 15 et illic ilico subiungunt: »ita sapiamus semper, sicut sapit apostolica Romanorum sedis ecclesia.«

Leo ep. 39 Post hæc quoque ex epistola eiusdem prodecessoris nostri Leonis ad Basilium
 149 p. 1310 episcopum testimonium posuistis, quo ait: »obsecro dilectionem tuam, ut a Chalcedonensis synodi definitionibus in nullo animum relaxetis et quæ ex diuina sunt inspi- 20
 ibid. p. 1311 ratione composita, nulla patiamini nouitate temerari.« et rursum: »ut autem possit hæc exhortatio ad omnium fratrum et coepiscoporum notitiam peruenire, diligentia uestre fraternitatis cura perspiciat, quia, quod sæpe dicendum est, tota religio Christiana turbatur, si quicquam de his quæ apud Chalcedonam constituta sunt, conuellatur.«
 40 sed utrum hæc de causis quarundam personarum specialibus an de sanctæ fidei defini- 25
 ibid. p. 1310 tione asserat, inquiratur ipse quid superius dicat. ait enim: »hæc scripta direxi, quibus dilectionem uestram credidi commonendam ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis, ne in quoquam nostrum communis fides aut trepida inueniatur aut tepida.« qui igitur ammonitionem seruandæ fidei præmisit, ubi custodiri synodum uoluit, | indi- f. 12^u
 41 cavit. si autem in huius epistolæ sermonibus ambigimus, eum ex aliis suis epistolis 30 quo sensu hæc dixerit, requiramus. Marciano namque Augusto scripta sua pro eadem
 Leo ep. 115 synodo dirigens, ait: »ad gloriam uestram et ad Constantinopolitanum antistitem scripta
 p. 1201 direxi quæ euidenter ostenderent me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, adprobare.« qui si cunctas et speciales causas eiusdem synodi recepit, cur ea se adprobare quæ de catholica fide in prædicta synodo definita sunt, specialiter asserit? 35
 ibid. 42 rursum quoque præfato principi scribens ait: »quia omnibus modis obædiendum est
 p. 1203 potestati uestræ et religiosissimæ uoluntati, constitutionibus synodalium, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ placuerunt, libens adieci sententiam.« si ergo confir-

21—24 *similia*, ex Leonis epistula ad Anatolium, quæ iam non extat, adfert Vigilius in *Constituto de tribus capitulis* = *Coll. Auell.* 83, 293

2 etiam nos insidiantes non esse constat *suppl. Schw ut sententia, non ut uerba ipsa restituantur*
 8 chalcedona P 9 possumus om. P 11/12 decreta — quæ *superscr.* P 13 recepta *Baronius*
 reperta P 16 sic sapiamus *Cod. encycl. cf. Baluze, Noua coll. p. 1425* sedes P 19 uestram *Leo*
 20 animos *Leo* 21/22 autem hæc — nostrorum possit notitiam *Leo* 22/23 diligentia uestræ fraterni-
 tatis *Schw* diligenti uestræ fraternitatis P diligenter uestræ fraternitatis *Baronius* diligenti uestra fraternitas
Hartmann diligentia uestræ *Leo* 23 perspiciat P *Vigilius* prospiciat *Leo* 24 quæ *superscr.* P
 constituta sunt P *Vigilius* sunt statuta *Leo* 25 quorundam P an de ex unde *corr.* P
 28 nostrum *Leo* nostra P 33 me ea *Leo* mea P 37 potestati uestræ et P pietatis uestræ *Leo*
 synodalibus *Leo* 38 post catholicæ *add. et de hæreticorum damnatione Leo* sententiam meam *Leo*

mationem fidei catholicæ sibi placuisse eique sententiam adiecisse se adstruit, in his in quibus confirmatio fidei non fuit, constat quia sententiam non adiecit.

- 43 Adhuc autem ex eiusdem beati Leonis epistola testimonium scriptis uestris inseritis, quo ad Basilium dicit: »pie nobis et constanter utendum est, ne dum talium Leo ep. 164 disputatio admittitur, eorum quæ diuinitus definita sunt, auctoritati derogetur«, et 5 P. 1347 infra: »nec in aliquam disceptationem plene definita reuocanda sunt, ne ad arbitrium Leo ep. 162 damnatorum ipsi de his uideamur ambigere, quæ manifestum est per omnia propheticis P. 1340
- 44 et euangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonare.« quæ autem uel superius definita diuinitus uel inferius plene definita asserat, ex ipsa uel ex aliis eius epistolis uestra fraternitas penset, in quibus numquam specialia gesta commemorat, sed sola 10 quæ de fide sunt prolata, confirmat. unde in his quoque uerbis uigilanter inprimitur et quæ plene definita dixerit, adtenditur, cum dicit »ne de his ipsi uideamur ambigere, quæ manifestum est per omnia propheticis et euangelicis atque apostolicis auctori-
- 45 bus consonare.« pensate, quæso, fratres karissimi, si scripta Theodori propheticis et euangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonant, quæ redemptorem nostrum 15 f. 137 iniquis ausibus deum negant; | pensate si illa epistola propheticis, euangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonare uideatur, in qua et hostis ecclesiæ Nestorius defenditur et defensor ecclesiæ Kyrillus accusatur; pensate si illa Theodoriti scripta propheticis, euangelicis atque apostolicis auctoritatibus consonant, quæ prius contra rectam fidem edita, ipse postmodum conuersus damnat. 20
- 46 Extremum quoque sæpe fati sancti Leonis ad Aetium presbyterum testimonium ponitis, quo ait: »ne patiatur sopitarum rerum certamen adferri, quarum retractator non nisi sacrilegus inuenitur.« quod de quibus rebus adstruat, ad eundem Aetium scribens ipse manifestat, dicens: »nihil ab apostolis umquam potero sentire diuersum nec a mea ipse deuiare sententia, ut quod sancto spiritu reuelante confessus sum quod- 25 que, mecum totius synodi professione prædicante, patefeci, aliqua uarietate commutem, cum facilius mihi sit quibuslibet et subpliciis ab hoc mundo auferri quam ab ea quam generaliter reddidi professione mutari.« si ergo cuncta res quæ retractari non debet, sola est professio fidei, ille retractator rerum erit sacrilegus, qui professioni eius fuerit
- 47 diuersus. nam quia idem beatus Leo solam in synodo professionem fidei summo 30 ardore custodiat, innumeris epistolis demonstrat, ex quibus breuiter pauca perstrin-
- 48 gimus, ut in eis certior facta uestra fraternitas colligat quam multa taceamus. hinc est enim quod Marcianum Augustum scripto suo alloquitur, dicens: »fratri autem meo Leo ep. 115 Iuliano episcopo nouerit uestra clementia hoc me proprie delegasse, ut quicquid illic P. 1205 ad custodiam fidei pertinere probauerit, meo nomine uestræ fiducialiter suggerat potestati.« 35
- 49 hinc est quod Pulcheriæ Augustæ scribens ait: »quod uero piissimus imperator ad omnes Leo ep. 116 episcopos qui Chalcedonensi synodo interfuerunt, uoluit me scripta dirigere quibus ea quæ P. 1207
- 50 illic de fidei regula sunt definita, firmarem, libenter impleui.« hinc est quod Iuliano episcopo scribit, dicens: »quod necessarium credidit clementissimus imperator, liben- Leo ep. 117 p. 1208

4—5 non ex epistula Leonis ad Basilium, sed ad Leonem Augustum desumpta sunt. recte locum allegat Vigilius in Constituto = Coll. Auell. 83, 293

6—8 ne hæc quidem ex epistula Leonis ad Basilium, sed ex epistola ad Leonem Augustum, nec tamen eadem qua supra, desumpta sunt. schismaticorum errorem non correxit Pelagius

22—23. 24—28 hæc epistula periit, cf. Leon. epist. I p. 1456

4 male et schismatici et Vigilius initium sententiae omiserunt	qua sancti spiritus... doctrina	5 dispu-
atio P Vigilius disceptatio Leo	eorum — auctoritati P his — auctoritas Leo Vigilius	6 pie et
plene Leo	9 plena P	10 penset Baronius pensat P
		12 adtendatur P
22 sopitorum P	24 ab superscr. P	25 ut Baronius et P
30 quia Schw qui P	35 pietati Leo	29 rerum P uere Schw
		37 chalcedonense P

ter impleui, ut ad omnes fratres qui Chalcedonensi synodo interfuerunt, scripta dirigerem quibus placuisse mihi quæ <a> sanctis fratribus | nostris de regula fidei confirmata f. 130
 Leo ep. 51 sunt, demonstrarem. « hinc est quod Pulcheriæ Augustæ iterum scribens ait: »circa
 112 p. 1189 fratrem autem meum ueneratorem uestrum Iulianum episcopum quantum debeat crescere uestra dignatio, apostolicæ sedis æstimate iudicio, cum in causa fidei, cui gloriose
 5 pietas uestra famulatur, uicem ipsi meam eatenus delegarim, ut ab ea quæ uobis debetur obseruantia non recedens, me pietati uestræ præsentare non desinat. « causam quippe fidei memorans, nequaquam »eatenus« diceret, nisi quicquid extra fidem ageretur in synodo, excludi uoluisset.

52 Rursum per epistolam uestram dicitis a sede apostolica uos edoctos atque ab 10
 scrinio sanctæ ecclesiæ cui deo auctore præsumus, confirmatos, ne huic rei quæ sub piæ memoriæ Iustiniano principe gesta est, consentire debeat, atque hanc opitulationem excusationi uestræ adiungitis, dicentes quod in causæ principio et sedes apostolica per
 53 Vigiliam papam et omnes Latinarum prouinciarum pontifices damnationi trium capitulorum fortiter restiterunt. in quibus uerbis attendimus quod res quæ prouocare uos 15
 ad consensum debuit, a consensu uos ipsa diuellit. Latini quippe homines et Græcitas ignari, dum linguam nesciunt, errorem tarde cognouerunt, et tanto eis celerius post cognitionem credi debuit, quanto eorum constantia, quousque uerum cognoscerent, a certamine non quicuit. quorum consensum certe fraternitas uestra despiceret, si ausu præcipiti, priusquam uerum cognoscerent, consensissent; at postquam diu ab eis 20
 laboratum est et longo tempore ad iniurias usque certatum, hinc uestra fraternitas
 54 penset quia tot labores repente non relinquerent, nisi quæ uera sunt, agnouissent. quid enim diuini consilii fuisse credimus, fratres, quod diu Saulum omnipotens deus repugnatorem suæ fidei esse permisit et sic eum eiusdem fidei prædicatorem fecit, nisi ut cunctis quibus per illum fuerat prædicaturus, ostenderet quia ualde uerum esset dei 25
 euangelium, quod et tanta duritia inclinata prædicaret, ut dum ea auditores eius quæ ab illo contra fideles fuerant gesta, recolerent, repente eum ad fidem uersum non sine
 55 euidenti ratione sentirent? unde ipse quoque dum prædicationem suam | debere f. 147
 Act. 22, 19 facile ab infidelibus recipi domino diceret, ait: domine, ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcere et cædens per synagogas 30
 56 eos qui credebant in te. et cum Galatas, relicta euangelii regula, in Iudaismi conspiceret errorem declinasse, suam eis priorem contra euangelium duritiam
 Galat. 1, 13—16 rettulit et ab intentione perfidiæ eorum mentes retorsit, dicens: audistis conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei et expugnabam illam 35
 et proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ et uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in 40
 57 gentibus, continuo non ad quicui carni et sanguini. ecce, fratres karissimi, Paulus egregius doctor, quia diu ueritati restitit, inde ad confirmanda corda audientium in eiusdem prædicatione ueritatis adiutorium sumpsit, ostendens profecto quia fidem cui tanto prius labore restiterat, postmodum sine magnæ rationis
 58 certitudine non tenebat. debet ergo perpendere uestra dilectio quia prodecessorum 45
 nostrorum in hac causa consensus tanto post inanis non fuit quanto prius duris contra-

2 a om. P
me Leo

4 autem om. Leo
7 non superscr. P

5/6 gloria uestra Leo
16 deuellit P

6 deligarem P
32 errore P

7 pietati

dictionum laboribus insudauit. sed his insuper factum Petri, qui et Paulum superat, uestra fraternitas ad memoriam reducat. diu quippe restitit ne ad fidem gentes sancta ecclesia sine circumcissione reciperet, diu se a conuersarum gentium communionem subtraxit, Paulo attestante, qui ait: cum uenisset Antiochiam, in faciem Galat. 2, 11. 12 ei restitit, quia reprehensibilis erat. prius enim quam 5 uenirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat; cum autem uenissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos qui ex circumcissione erant. et paulo post: et cum uidissem ibid. 14 quod non recte ambularet ad ueritatem euangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum Iudæus sis, gentiliter et 10 non Iudaice uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? qui tamen ab eodem Paulo postmodum ratione suscepta, dum quosdam conspiceret quod f. 14^u gentiles ad ecclesiam uenientes pondere | seruandæ circumcissionis onerarent, dicit: quur temptatis deum, inponentes iugum ceruicibus disci- Act. 15, 10 pulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Numquid, fratres dilectissimi, Petro apostolorum principi sibi dissimilia docenti debuit ad hæc uerba respondi: hæc quæ dicis, audire non possumus, quia aliud 60 ante prædicasti? si igitur in trium capitulorum negotio aliud cum ueritas quæreretur, aliud autem inuenta ueritate dictum est, cur mutatio sententiæ huic sedi in crimine obicitur, quæ a cuncta ecclesia humiliter in eius auctore ueneratur? non enim mutatio 20 sententiæ, sed inconstantia sensus in culpa est. quando ergo ad cognitionem recti intentio incommutabilis permaneat, quid obstat, si ignorantiam suam deserens uerba 61 permutet? de ipso quoque auctore omnium deo scriptura adtestante cognoscimus quia dum consilium non mutet, sæpe sententiam mutat. neque enim inopinatus ei prouentus accesserat, cum de eo quem ipse ungui præceperat, dicebat: pœnitet 25 i Reg. 15, 35 me Saulem unxisse regem in Israel. hoc quippe se facturum etiam tunc præsciuit, cum eum quasi adprobando prætulit, nec ad pœnitentiam quasi inopinatus dolor accessit; sed tamen pœnitere se insinuat, quia non mutato consilio ea quæ dudum dixerat de illo uerba permutat.

62 In his autem testimoniis quæ ex epistolis Leonis prodecessoris nostri posuistis, 30 præmisistis dicentes: »doctrina uestræ reuerendæ sedis est per beatum Leonem successoresque eius, unde pauca commemorare præsumpsimus, mortuum ab hominibus damnari nullatenus oportere«, et tamen nulla eius testimonia subdidistis, quibus hanc sententiam firmaretis. ea enim quæ a uobis subiuncta sunt, retractationem fidei fieri prohibent, non autem damnari infideles mortuos contradicunt. sed neque hoc beatum 35 63 Leonem prodecessorem nostrum quodam loco dixisse meminimus. quis autem nesciat quod in nullo sibi eiusdem sancti Leonis et beati Augustini prædicatio contradicat? ipse namque ad Bonifatium comitem scribens ait: »si uera essent quæ ab eis obiecta Aug. ep. 185, 4 f. 15^r sunt Cæciliano, et nobis possent aliquando monstrari, ipsum iam mortuum anathematizarem. sed tamen ecclesiam Christi, quæ non litigiosis opinionibus fingitur, 40 sed diuinis attestationibus conprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non 64 debemus.« ecce mirabilis prædicator et scissionem sanctæ ecclesiæ propter hominem uetat et si qua peruersa deprehendat, eum quem publice defendebat Cæcilianum se etiam post mortem anathematizare non abnegat, quia uidelicet tunc uiuentibus uere 65 consulatur, cum culpa in fide perpetrata nec morte interueniente laxetur. si uero 45 hoc <non> faciendum dicere fortasse præsumimus, hoc procul dubio facimus, quod

2 resistit P
45 console///tur P

6 sedebat P
46 non suppl. Schw

14 temptastis P

28 pœniteri P

39 possint P

fieri uitamus. Theodorum quippe mortuum sancta synodus prima Ephesena damnauit. nam cum ab eius discipulis dictatum ab illo symbolum in eadem synodo fuisset prolatum, ilico illic a sanctis patribus cum auctore damnatum est. et quidem ipsi sancti patres in eadem synodo residentes ad deum iam recepti sunt, postquam Theodorum damnauerunt; et si damnari non debuisse mortuum dicimus, procul dubio 5
 66 mortuos accusamus et incipimus committere quod nitimur prohibere. sed cur diu et quæ nostis, loquimur? eiusdem Theodori ex libris illius dicta replicemus, et si Iesum deum ac dominum nostrum post mortem uiuere, immo quia uiuere creditis, post mortem Theodorum postposita dubitatione damnate; neque enim uestra fides patitur ut qui tot blasphemiiis redemptori nostro hostis extitit, a uobis ulterius defendatur. ipse 10
 L V 436 = 67 quippe contra Apollinarem in libro tertio loquens ait: »quomodo igitur tu, cui super
 M VIII 203 omnes maxime decet dementium regimen, illum qui ex uirgine natus est, deum esse
 Vigil. Const. et ex deo, consubstantialem patri existimari dicis, nisi forte sancto spiritui inputare
 29. 30 illius creationem nos iubes? sed qui deus est et ex deo et consubstantialis patri,
 ei quidem, qui ex uirgine natus erat, o mirande, et qui per spiritum sanctum secundum 15
 diuinas scripturas plasmatus est et confictionem in muliebri accepit uentre, inerat forsitan,
 quia mox quam plasmatus est, et ut templum dei esset, accepit, non tamen existimandum
 68 nobis est deum de uirgine natum esse.« et post pauca: »nec secundum tuam uocem
 pronuntiandum est omnino ex uirgine natum deum esse et ex deo, | consubstantialem f. 15^u
 Vigil. 32. 33 69 patri.« et post pauca: »si igitur cum carne eum natum esse dicunt, quod autem 20
 natum est, deus et ex deo et consubstantialis patri est, necesse est et hoc carnem dicere.
 quod si non hoc caro est, quoniam nec deus nec ex deo nec consubstantialis patri, sed
 ex semine Daudid et consubstantialis ei cuius semen est: non id quod natum est ex uir-
 70 gine, deus et ex deo et consubstantialis patri.« et post pauca: »non deus uerbum ex
 Maria natus est, natus autem est ex Maria qui ex semine est Daudid; non deus uerbum 25
 ex muliere natus est.« et iterum: »quod enim dictum est d u c e b a t u r a b s p i r i t u ,
 L V 438 = 71 aperte hoc significat quod ab eo regebatur, ab eo ad uoluntatem propositorum con-
 M VIII 205 fortabatur, ab eo ad hæc quæ oportebat, <ducebatur, ab eo quod decebat> docebatur,
 Vigil. 45 ab eo cogitationibus roborabatur, ut ad tantum certamen sufficeret, sicut et beatus
 Mt. 4, 1 Rom. 8, 14 Paulus docet: quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt 30
 Vigil. 48 72 filii dei.« idem cuius supra: »dicant igitur nobis omnium sapientissimi, si pro
 sensu domino Iesu Christo, qui est secundum carnem, deitas facta esset, sicut dicunt,
 quid sancti spiritus cooperatione ad hæc Christus indigebat? nec enim unigeniti
 deitas spiritu indigebat ad iustificationem; spiritu autem indigebat ad uincendum
 diabolium, spiritu indigebat ad operanda miracula, spiritu indigebat, ut doceretur ea 35
 73 quæ decebat, peragere, spiritu indigebat ut immaculatus appareret.« et post pauca:
 L V 439 = »ac si dicat Iesus: ego quidem, quem uidetis, nihil quidem facere possum secundum
 M VIII 207 meam naturam, cum homo sim; operor autem, quia in me manens pater omnia facit.
 Vigil. 58. 59 Ioh. 14, 23 quoniam enim et ego in patre et pater in me, deus autem uerbum unigenitus dei in

2—3 *Acta Ephes.* L III 678 = M IIII 1348 cf. *Acta Constant.* L V 454 = M VIII 227

11—122, 25 *Theodori capitulorum eadem uersio extat in Actis Constantinopolitanis* [N = Paris 16832, G = Sangallensis 672, S = Surii editio Colon.] et in *Vigilii Constituto* [Coll. Auell. 83, V = Vat. 3787]. uariam lectionem horum codicum non attuli nisi grauiorem

9 damnate Schw damnatis P 14 nos NGSV non P 15 ei NGV et PS 16 confictio-
 nem GSV confectionem PN 21 et hoc P hoc et NGSV 22 hoc P id NGSV ex consubstan-
 tialis P 27 uoluntatem P uirtutem NGSV 28 ducebatur — decebat om. P, docebatur in duce-
 batur corr. 29 roborabatur P corroborabatur NGSV 30 paulus docet P dicit paulus NGSV
 32 ihū P om. NGSV 34 autem P om. GSV propter lacunam deficit N 37 ac si dicat ih̄s P om. NGSV

- me est, certum est quod et pater cum ipso in me manet et opera facit. et non est mirandum de Christo hæc existimari, cum euidenter ipse de ceteris hominibus dicit: qui diligit me, meum uerbum obseruet, et pater diliget eum et ad eum uenimus et mansionem apud ipsum faciemus.»
- 74 et iterum: »sciebat subtiliter, ut notam quidem faceret gentibus pietatem, pateretur autem laborantium infirmitates et sic ad effectum suam uoluntatem educeret; et iustificabatur inde et immaculatus ostendebatur siue reparatione siue | custodia meliorum siue etiam paulatim ad meliora profectibus.» et post pauca: eiusdem Theodori ex commento secundum Iohannem: »dicit ad Thomam: infer digitum tuum huc et uide manus meas et porrige manum tuam et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. quoniam, dicit, non credis et tactum solum sufficere tibi ad credendum putas (hæc enim dicens non me latuisti), tange manu et cape experimentum et disce credere et non diffidere. Thomas quidem cum sic credidisset, dominus meus et deus meus dicit, non solum ipsum dominum et deum dicens (non enim resurrectionis scientia docebat et dominum esse cum qui resurrexit), sed quasi pro miraculo facto deum conlaudat.»
- 76 eiusdem Theodori ex commento quod est in Actibus apostolorum libro primo: »ille autem dixit oportere pœnitentiam agentes eos pro crucis iniquitate et agnoscentes saluatorem et dominum et omnium auctorem bonorum Iesum Christum quoniam propter istam peruenit et adsumptus est de diuina natura, in ipsum quidem fidem suscipere et eius discipulos fieri, ante omnia ad baptisma accedentes, quod et ipse tradidit nobis, reformationem quidem habens inspirationis futurorum, nomen autem celebrandum patris et filii et sancti spiritus. hoc enim quod est ut baptizetur unusquisque in nomine domini Iesu Christi, <non hoc dicit>, ut uocationem quæ in nomine patris et filii et sancti spiritus est, relinquentes, Iesum Christum in baptisate uocent; sed quale est hoc quod in Moysen baptizati sunt in nube et in mari, ut diceret quia sub nube et in mari Aegyptiorum separati sunt, liberati eorum seruitute, ut Moysi leges adtenderent, tale est ut baptizetur unusquisque in nomine Iesu Christi, ut cum ad ipsum accessissent tamquam saluatorem et omnium bonorum auctorem et doctorem ueritatis, ab ipso utpote auctore bonorum et doctore ueritatis uocarentur, sicut omnibus hominibus quamcumque sectam sequentibus consuetudo est ab ipso dogmatis inuentore uocari, ut Platonici et Epicurei, Manichæi et Marcianistæ, et si quidam tales dicuntur.
- 77 eodem enim modo et nos nominari Christianos iudicauerunt apostoli.» eiusdem | Theodori de libris de incarnatione: »plus inquietabatur dominus et certamen habebat ad animæ passiones quam corporis, et meliori animo libidines uincebat, mediante deitate ad perfectionem. unde et dominus ad hæc maxime instituens uidetur certamen.»

5 L V 440 =
M VIII 208
Vigil. 65

Vigil. 76
Ioh. 20, 27

Ioh. 20, 28

L V 441 =
M VIII 209
Vigil. 78—81

Act. 2, 38

1 Cor. 10, 2

L V 444 =
M VIII 214
Vigil. 115

5 male in excerpando iniliium sententiae praetermisit Pelagius

3 pater P pater meus NGSV	diligit PNGSV	4 ipsum PGV eum NS	7 reparatione P
reparatione peiorum V separatione peiorum NGS	13 manu NG manum PV	14 sic PVS si NG	
15 solum P om. NGSV (recte)	16 dominum P deum NGSV (recte)	20 istam P ista NGSV	
ipsum NGSV spū P	quidem PNGS om. V	21 discipulus P	omnia PNGS omnia autem V
22 reformationem — inspirationis P præformationem — sperationis NGSV (recte)			nomen P in nomine
NGSV (recte)	24 domini P om. NGSV	non hoc dicit om. P	24/25 uocatione P
27 diceret — mari superscr. P	in ² P om. NGSV	32/33 inuentu reuocari P in mg. m. 2 alibi	
inuentore reuocari	33 epicurei PNS epicurii G epicuri et V	marcianistæ P marcionistæ GSV	
martionistæ N	quidam NSV quidem PG	36 mediante PNGS mediante ei V	

- L V 445 = 78 item eiusdem ex libro contra Synusiastas uel Apollinaristas: »sed si caro erat, inquit,
 M VIII 215 crucifixa, quomodo sol radios auertit et tenebrae occupauerunt terram omnem et terræ
 Vigil. 120
 Matth. 27, 51 motus et petrae disruptæ sunt et mortui surrexerunt? quid igitur dicant et de tene-
 Exod. 10, 22 bris in Aegypto factis temporibus Moysi non per tres horas, sed per tres dies? quid
 Iosue 10, 13 autem propter alia per Moysen facta miracula, et quæ per Iesum Naue, qui solem stare 5
 4 Reg. 20, 11 fecit, qui sol temporibus Ezechiae regis et contra naturam retro uersus est, et de Helisei
 4 Reg. 13, 21 79 reliquii, quæ mortuum suscitauerunt?« eiusdem ex libro octauo de incarnatione:
 Vigil. 123 »manifestum autem est quod unitas conuenit; per eam enim collectæ naturæ unam
 personam secundum unitatem effecerunt. sicut enim de uiro et muliere dicitur quod
 Mt. 19, 6 i a m n o n s u n t d u o , s e d u n a c a r o , dicamus et nos rationabiliter secundum 10
 unitatis rationem quoniam non sunt duæ personæ, sed una, scilicet naturis discretis.«
 80 et post pauca: »quomodo igitur homo et deus unus per unitatem esse potest? qui uiui-
 ficat et qui uiuificatur, qui saluificat et qui saluificatur, qui ante sæcula est et qui ex
 L V 446 = 81 Maria apparuit.« eiusdem ex interpretatione symboli trecentorum decem et octo
 M VIII 216 patrum: »sed Christum quidem secundum carnem adsumptam serui formam, eum 15
 Vigil. 126
 Phil. 2, 7. 9 autem qui eam adsumpsit, super omnia nominans deum, intulit tamen hoc secundum
 coniunctionem, ut per significationem nominum naturarum manifestam diuisionem
 faciat. nemo igitur neque eum qui secundum carnem ex Iudæis est, dicat deum;
 Vigil. 128 82 nec iterum deum qui est super omnia, secundum carnem ex Iudæis. Iesum enim
 Act. 10, 38 dicit a N a z a r e t h , q u e m u n x i t d e u s s p i r i t u s a n c t o e t u i r t u t e ; 20
 qui autem de spiritu unctus est, omni modo aliquid inde adsumpsit. quis autem
 Vigil. 133 83 furens dicat, de spiritu aliquid adsumpsisse diuinam naturam?« et iterum: »certus
 quidem et ipse, filium dei se non secundum deitatis dicens natiuitatem, sed secundum
 quod domesticus dei | erat, per quod filii dei per uoluntatem domestici deo constituti f. 17
 homines interim uocabantur.« 25
- 84 Hæc de innumeris pauca protulimus, ut quasi per foramen angustum, quam
 nimium barathrum intus lateat, monstraremus; ecce quales plus quam decem milia
 libros Theodorus scripsisse perhibetur. pensate, quæso, si non tanto acriora tormenta
 promeruit, quanto pluriora conscripsit. sed hæc illius dicta quæ prolata sunt, utrum
 eius sint, fortasse dubitatur; patrum, si placet, scripta proferamus, ut apud uos libros 30
 eius, quos de perfidia illius testes deduximus, deductis insuper testibus adfirmemus.
- 85 Armeniæ quippe episcopi Proclo Constantinopolitanæ urbis antistiti libellos contra
 L V 463 sq. = Theodorum porrigentes, dicunt: »fuit aliquis pestis homo, magis autem fera hominis
 M VIII 240 habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema et nomen episcopi
 habuit, in angulo et ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mompsuestino secundæ 35
 Ciliciæ uili oppido, uere quidem et principaliter a Paulo Samosateno descendens, licet

1—7 locum qui a Cyrillo ex Diodoro Tarsensi excerptus erat [L V 457 = M VIII 232], falso Theodoro
 Acta et hic et illic [cf. Fritzsche, de Theodori M. uita et scriptis p. 91]

12—14 locus deest et in Actis et apud Vigilium

33— 126, 6 Actorum Constantinopolitanorum in his locis unici testes sunt NS; ex B[ellouacensi] Balusius
 fere nihil adnotat

1 synusiastas GS synoriastas P sumusiastas N uel apollenaristas P uel apolinaristas quæ et proposuit
 beatus cyrillus et refutauit GS que et proposuit cyrillus et refutauit N 3 disruptæ sunt P dirumpe-
 bantur N dirumpebantur GSV 4 in temporibus NGSV 6 temporibus P in temporibus NGS et
 in temporibus V uersus PGS reuersus NV 7 qui P suscitauerunt PNG resuscitau-
 runt SV 17 manifestam diuisionem PV manifestandi uisionem N manifestam et diuisionem GS
 19 ih̄m P (per negligentiam excerptoris) eiusdem ex commento epistolæ ad ebræos ih̄m GS ex comento eplæ
 ad hebreos ih̄m N 21 de PNGS dei V 23 ipse P ipse erat NGSV se P om. NGSV (recte)
 24 dei P deo NGSV filii NGSV filius P uoluntatem P uirtutem NGSV 35 mompsuestino P
 mobsuestene N 36 uili S bili N uel P

- Photino et ceteris hæresiarchis in libro de incarnatione domini nostri Iesu Christi in toto suo proposito ipsis uerbis inueniatur usus, et si quid peius. iste per machinationem et audaciam et errorem diaboli uolebat omnes homines acuta sua, sicut colubræ, 86 lingua et ueneno quod sub lingua aspidis est, deperire. et interim quidem retinebatur suo latibulo, timens potestatem eorum qui a magno deo et saluatore nostro Iesu Christo 5 acceperunt calcare super colubras, scorpiones et omnes uirtutes inimici, dico autem sanctos apostolos et qui consequenter ab his susceperunt, martyres et confessores et episcopos et ceteros sanctos; inuento autem nescio quomodo tempore, cœpit reperere et extra fines suos, fiduciam gerens, et in parœciam ad eum non pertinentem, tamquam 87 eruditus sermocinator, et in Antiochia Syriæ in ecclesia alloquens, sic dixit: »homo 10 Ps. 8, 5 Iesus; quid est enim homo quod memores eius? apostolus autem de Iesu Hebr. 2, 6 dictum fuisse hoc dixit. eum enim qui paulo minus ab angelis Hebr. 2, 9 f. 17^a minoratus est, | uidimus, inquit, Iesum. quid ergo? homo Iesus similiter omnibus hominibus, nullam habens differentiam ab homine eiusdem generis præter ea quæ gratia ei dedit.« quibus Proculus Constantinopolitanæ urbis episcopus 15 rescribens, ait: »fugiamus turbulentos et cænodoxos fallaciæ riuos, sectas dei in-pug-nantes, dico Arrii furorem diuidentem indiuiduam trinitatem, Eunomii audaciam circum-claudentem scientia inconprehensibilem naturam, Macedonii rabiem separantem a deitate inseparabiliter procedentem spiritum, et nouam istam blasphemiam, quæ Iudaismi multo amplius blasphemiam superat. nam illi quidem eum <qui est,> filium 20 negant, fraudantes ramo radicem; isti uero ei qui est, alterum introducunt, detrahentes sinceram naturam.«
- 88 Rursus de huius errore Ioannes quoque Antiochenæ ecclesiæ antistes ait: »multo L V 464 = autem tempore perseuerans Theodorus persuasit multis et Nestorio quod Christus filius M VIII 242 dei uiui, qui de sancta uirgine Maria natus est, non est qui ex patre natus est deus uer- 25 bum consubstantialis genitori, sed homo pro qualitate suæ uoluntatis ex deo uerbo cooperationem suscipiens.«
- 89 Rursus de eius errore Kyrillus ad Lamponem presbyterum scribens, ait: »cum L V 466 = apud Heliam commorarer, uir aliquis ex his qui nobiliter militant in palatio, epistolam M VIII 243 multorum uersuum et grandem optulit mihi signatam, quam se dicebat accepisse ab 30 Antiochenis orthodoxis; subscriptiones autem erant in ea plurimorum clericorum et monachorum et laicorum. accusabant autem Orientales episcopos, quasi tacentes quidem Nestorii nomen et dissimulantes ei aduersari, transilientes autem ad Theodori codices de incarnatione factos, in quibus multo peiores Nestorii blasphemias positæ sunt; pater enim fuit Nestorii perfidiæ, qui et illius mala locutus, impius et in his factus 35 90 est.« rursus de errore illius idem Kyrillus Alexandrinæ urbis episcopus ad Acacium

28—36 Graece extat in Opp. Cyrilli ed. Aubert t. V 2 p. 198; alia uersio habetur in Synodico Casinensi 206

4 lingua et NS linguae P	aspidis est PS est aspidis N	6 scorpions P et scorpions NS
uirtutes P uiros o in u corr. N uires S	8 repetere P	9 parrociam P parochiam N paroecia S
11 autem PS om. N	13 uidimus P uidemus NS	ih̄m NS ih̄s P
14 ab homine P ad homines NS	16 cænodoxos P cænosos NS	dī P dīm NS
17/18 circumclaudentem PS circumcidentem N	18 scientia S scientiam PN	19 nouam istam P nouam istam recentem N nouam istam et recentem S
20 eum filium negant P eum qui est filius denegant NS	21 ei NS eum P	23 antistis P
24 tempore P tempore scilicet NS	26 qualitate P	27 cooperationem PS operationem N
29 heliam PN Eliam S ἐν τῇ Αἰλιέων Graecus	33 ei P eum NS	aduersari PN auersari S
transilientes NS transientes P	34 blasphemias NS blasphemias P	35 nestorii perfidiæ NS nestori perfidi P
qui P om. NS Graecus	et ² P om. NS Graecus	36 est P culpa excerptoris est in quibus modo est (= ἐν τούτοις γέρονεν ἐν οἷς ὑὸν ἔστι) NS
idem ex quidem corr. P	36/124, 1 ep̄s — urbis superscr. P	

L V 467 = Melitinæ urbis episcopum scribens, ait: »non oportebat latere sanctitatem uestram
 M VIII 245 aut forsitan cognouit quod omnes Orientales religiosissimi <episcopi> in Antiochiam
 conuenerunt, cum transmisisset eis tomum domnus meus sanctissimus Proclus | bonorum f. 18
 plenum intellectuum et rectorum dogmatum. erat enim ei ratio multa et longa de
 dispensatione domini nostri Iesu Christi, supposuit uero capitula quædam collecta a 6
 Theodori codicibus, quæ consonantem Nestorii perfidiis intellectum habent, et ad-
 hortatus est eos etiam illa anathematizare.«

91 Rursus de errore illius Edessenæ ecclesiæ antistes ad beatum Kyrillum scribens,
 L V 469 = ait: »iam uero quidam unitatem secundum subsistentiam omnibus modis abdicant.
 M VIII 247 morbus enim aliquis sublatens inueterauit Orienti, inmedicabilis modo uulneris de- 10
 pascens ecclesiæ corpus et plurimos quidem latens, apud autem quasi studiosos et super-
 cilia extollentes eruditione latenter honoratus. episcopus enim quidam prouinciæ
 Cilicum Theodorus, uir uerisimilis dicendi et potens suadere, alia quidem supra tribunali
 ecclesiæ statim dicebat ad populi placentiam, alios autem laqueos in scriptis ponebat.
 qui in principiis quorundam eius codicum anathemate circumcludebat inspicientem non 15
 manifestare aliis scripta. iste primus exposuit non esse uere dei genetricem sanctam
 uirginem, tamquam deo uerbo non suscipiente secundum nos natiuitatem.« et post

92 pauca: »nec enim dicunt secundum substantiam uel secundum subsistentiam unitum
 esse deo uerbo hominem, sed bona uoluntate quadam, tamquam diuina natura non
 suscipiente alterum modum unitatis propter non circumscriptibile. iste dominum 20
 nostrum Iesum Christum non oportere adorari sicut deum, sed relatione dei honorari
 sicut imaginem quandam, magis autem manifestius secundum eos dicere, sicut instar
 aliquid relatione assidentis dæmonis. iste et carnem domini pronuntiauit nihil omnino
 Ioh. 6, 63 prodesse, dissipans domini uocem quæ est: c a r o n i h i l p r o d e s t. iste et apo-
 stolos dicit non cognouisse Christum quod deus erat, sed supra fidem quæ est in homine, 25
 ædificatam esse ecclesiam.«

93 Rursum de errore illius Hisychius Hierosolymorum presbyter, ecclesiasticæ hi-
 L V 470 = storiæ scriptor, ait: »ita Photinum multis et aliis <apud> eos secutis, Theodorus quidam
 M VIII 248 præcipue imitatus est, malitiosus quidem loquendi et in lingua paratissimus, et ipse
 tamen | instabili uoluntate, qui huc et illuc inclinans ferebatur. clericatui enim Antio- 30 f. 18^u
 cheno a prima ætate connumeratus et bene conuersari pollicitus, ad sæculares libidines
 rcuersus iterum delectabatur. in omnibus autem bonis imitabilis et beatus uir Iohannes
 Constantinopolitanus episcopus scripsit epistolam, quæ usque adhuc in codicibus legitur,
 et a peiore ad meliorem pœnitentiam eum transferre præualuit, et iterum bene conuersari,

1—7 alia uersio extat in Synodico Casinensi 212

8 Rabbulæ epistulæ inde ab episcopus enim (12) alia uersio extat in Synodico Casin. 200

1 uestram P tuam NS Synod. 2 aut [= ñ] PNS quæ [= ñ, recte] Synod. forsitan P forsitan
 et NS episcopi NS om. P antiochia NS 3 proclus P ep̄s proclus NS Synod. 4 plenum
 intellectuum S plenum intellectum N plenus intellectum P ei P ei et N om. S 5 uero P
 uero etiam NS uero et Synod. 6 nestorii NS Synod. theodori P 9 iam PS iamque N
 abdicant PS abdicantes N 10 sublatens PS subflantis N 11 latens PS latenter N stu-
 diosus P 13 suadere P persuadere NS alia quidem PS aliqua N tribunali PS B(ellouac.)
 tribunal N 14 statim NS statu P laqueos P laqueos perditionis NS 15 principiis PS
 principio N circumcludebat NS circumcludebant P inspicientem non PS inspiei omnia et uolens N
 18 uel secundum subsistentiam PNS om. B(ellouac.) 20 non PS quod N circumscriptibilem P
 iste P iste et NS 21 xpm P xpm dixit NS 22 manifestius PS manifestans N 25 homine PS
 hominem N 28 apud eos NS eos esse P quidam NS quadam P 29 est PS om. N in P
 om. NS B[ellou.] 30 instabili P instabilis NS 31 a PS om. N 32 delectabatur PS
 desideria N

iterum in clericatu esse cœpit. et Antiochia relicta, in Tarson transmigravit, ex qua in Mompuestinam transiit, ordinatus in ea episcopus, nondum deo uolente manifestam impietatis illius prædicationem fieri. prima autem elementa suæ doctrinæ ex Iudaico uaniloquio incipiens, codicem in prophetiam psalmodum conscripsit, omnes de domino prædicationes abnegantem; culpatus uero et periclitatus, contraria sibi dixit, non ex uoluntate sed compulsus omnium querimoniis, et codicem ipsum delere pollicitus, latenter
94 conseruabat Iudaicæ impietatis uaticum. et post pauca: »Christum enim Iesum generis nostri saluatorem et dominum, quem splendorem paternæ gloriæ et imaginem substantiæ Paulus uocat, ferre eum omnia dicens uerbo suæ uirtutis, qui purifica- Hebr. 1, 3 tionem nostrorum fecit peccatorum et ad dexteram paternæ maiestatis consedit, de quo ad Corinthios scripsit epistolam quod in eo Coloss. 1, 16 omnia sunt creata quæ sunt in cælis et in terris, uisibilia et inuisibilia quod per eum <et> in eum creata sunt omnia et ipse est ante omnia. hunc non incarnatum uerbum, sicut euangelicis uocibus edocti sumus, sed hominem per uitæ prouectionem et passionum perfectionem coniunctum deo uerbo scripsit stultus in omnibus et hæc in mysticis sermonibus ausus est.«

Contra errores eiusdem Theodori piæ recordationis Theodosius et Valentinianus legem promulgantes, inquit: »debitam a nobis uenerationem piissimæ doctrinæ reddentes, eos qui ausi sunt contra deum impie conscribere, debitæ condemnationi subicere et nominibus dignis uocari oportere existimauimus. iustum igitur circumdari
f. 19r eos confusione suorum peccatorum et in tali uocabulo permanere in æternum, quatenus nec uiui liberentur et post mortem permaneant contempti. igitur doctrina Theodori et Nestorii impiorum et pestiferorum uisa <est> nobis abominanda esse; similiter autem et omnes qui secuntur eorum errorem et consentiunt eorum impietati, iustum et ipsos eandem nominationem mereri et confusionem indui, ne dum nominantur Christiani, ex ipso inueniantur decorati uocabulo longe constituti a Christianorum proposito et
95 alienati a recta et immaculata fide.« et post pauca: »si quis præterierit præsentem nostram sanctionem et Theodoro et Nestorio adsenserit et illorum socios imitatur, post gladii ultionem omnis eius substantia fisco addicatur.« rursum contra errores illius piæ recordationis Theodosius et Valentinianus legem promulgantes, inquit: »nemo
30 habeat aut legat aut scribat aut proferat Nestorium seu illius libros uel codices omnino nocibiles uel ipsius Nestorii uel alterius, et maxime Nestorii aduersus solos Christianos conscripta aut Theodori; sed unusquisque habens tales codices, publice illos proferat
96 et in conspectu omnium igni tradat.« et si adhuc fortasse post tot prolatas patrum contra illum sententias uestra fraternitas dubitat, Theodoriti libros legat, in quibus **35**

17—29 est lex ab Iustiniano interpolata, cuius exemplar Latinum sed non plenum extat in Theodosiano 16, 5, 66, Graecum et plenum in Act. Ephes. L III 1210 = M V 413

30—34 ea legis forma quæ Iustiniani interpolationibus uacabat, extare non uidetur

1 tarson N tharsum S tharso P	ex qua — ornatus in mg. add. P	2 mompsuestina P
mopsuestiam NS	transiit NS transit P	4 prophetiam PS
prophetis N	5 prædicationes PNS prædictiones Labbaeus	6 omnibus cerimoniis P
11 corinthios PN Colossenses S erat error scriptoris	12 terris P terra NS	8 et ² PS om. N
14 uocibus PS uerbis N	16 stultum P	13 et NS om. P
dignis uocari epū uocari aut quod possumus subiri N, quæ e. g. ita emendare possis dignis eorum prauitate uocari aut quod possumus (pænæ genus excogitare) subire	19 condemnationis P	20 dignis uocari PS
igitur P iterum igitur NS	22 contempti P contempti et condemnati NS	
nec N et P	theodori P diodori et theodori NS	23 est NS om. P
28 et ³ — imitantur P imitans NS	28/29 post — omnis eius P eius post — omnis N	25 ne S
eius per — omnis S	29 addicatur P addicetur NS	30/31 nemo habeat P sed nec habeat
aliquis NS	32 nociuiles P et PS om. N	33 theodori P diodori et teodori et teodoreti
conscripta NS	publice illos P illos publice NS	

dum contra Kyrillum Alexandrinæ urbis antistitem eum defendere nititur, uerius ac-
 L V 473 = cusat, dicens: »interpretationem Kyrillus accusat octauæ psalmi et arguit hæc uerba
 M VIII 252 diuini Theodori: consideremus igitur quis est homo de quo stupescit et miratur quod
 unigenitus dignatus est eius memoriam et uisitationem facere. sed quod quidem
 non dictum est de omni homine, in superioribus demonstratum est; quod autem <nec> 5
 de uno quolibet, ex hoc certum est.« deductis itaque tot testibus blasphemias has
 eius esse quis dubitet, et tantis blasphemis illius cognitis, eum damnatum iure quis
 neget?

97 Discussio ergo primo de Theodori damnatione capitulo, nunc ad dicta epistolæ
 <Ibæ> indaganda transeamus. cuius tota series si solleter aspicitur, sanctæ Chal- 10
 cedonensi synodo quam sit aduersa, pensatur. in gestis namque eiusdem | synodi f. 19^u
 Leonis ac * * Kyrillus in Apollinaris dogma corruens reprobatur. scriptum quippe
 L IIII 662 = in ea est: »Kyrillus autem libros Nestorii uolens destruere, lapsus est et inuentus est
 M VII 244 98 in Apollinarii dogma cadens.« in gestis synodi Nestorius ut redemptoris nostri ad-
 uersarius iure damnatus ostenditur; uerbis uero epistolæ damnatus iniuste memoratur. 15
 L IIII 663 = sic quippe in ea dicitur: »antequam in synodo adueniret reuerentissimus et sanctissimus
 M VII 244 archiepiscopus Iohannes, Nestorium ex episcopatu deposuerunt, iudicio et inquisitione
 99 non facta.« in gestis synodi in dei et domini nostri una persona duas naturas Kyrillus
 confessus ostenditur; in uerbis epistolæ unam naturam credere dicitur atque ab hoc
 100 sensu correptus uix sero respuisse narratur. in gestis synodi anathematizatus Nesto-
 rius etiam post mortem dicitur, in uerbis uero epistolæ etiam post depositionem suam
 pro solo ciuium suorum odio ad ciuitatem suam non redisse perhibetur. sic quippe
 illic scriptum est: »Nestorius autem quia in suæ erat odio ciuitatis et uirorum qui in
 101 ea sunt maximorum, illic reuerti non potuit.« in gestis ac definitionibus synodi unus
 L IIII 666 = filius Iesus Christus deus et dominus prædicatur; in uerbis uero epistolæ unus filius 25
 M VII 249 dominus Iesus Christus dicitur et iuxta doctrinam Theodori atque Nestorii deus tacetur.
 et in gestis synodi nusquam Theodorus ueritatis doctor dicitur; in uerbis uero epistolæ
 L IIII 663 = idem cuius blasphemias supra protulimus, ueritatis doctor clamatur. qui nimirum
 M VII 245 102 si uera dixit, falsa erunt quæ de ueritate synodus protulit. quisquis igitur epistolam
 quæ Ibæ dicitur, ostendere quod sit ex synodo, nititur, quid aliud quam gesta eiusdem 30
 synodi destruere conatur? si enim sibimet ipsis diuersa sunt, nulla procul dubio
 auctoritate subsistunt, quia quæ se inpugnando destruunt, alios ædificare non possunt.
 si sibimet ipsis diuersa sunt, nulla firmitate conualescunt, domino attestante qui ait:
 Mc. 3, 24 103 *regnum in se diuisum non stabit.* sed absit hoc, absit ab illo uenerando
 concilio, ut sibimet contraria sapiat et uel superiora subsequentibus discordia præferat 35
 uel inferiora præcedentibus inpugnatura subiungat. sancta enim fides, quæ uno
 illic spiritu | accepta est, uno sensu credita, una est etiam uoce prædicata, et idcirco f. 20^u
 in cunctis mundi partibus forma nostræ professionis facta est, quia in præ<di>cantium
 104 uocibus sibimet ipsa dissimilis non est. sed cur tantummodo sanctam Chalcedonensem
 synodum conuelli dicimus, si auctoritatem huic epistolæ præbeamus? quæ nimirum 40

13—14. 16—18. 23—24 *usus est Pelagius uersione antiqua Actorum Chalcedonensium, quæ seruata est in codd. B(arberino 680), Parisino 16 832 (= N), R(eginensi 1045)*

2 interpretationem kyrillus P postea interpretaetionem NS arguit P inculpat N inculcat S
 4 quo P 5 autem nec NS aut P 6 ex P ex et corr. N et S certum PN dictum S
 10 Ibæ om. P 12 lacunam statuit Schw; parum feliciter Baronius locum ita reſinxit ac scriptis Leonis
 Cyrillus prædicatur, in epistola uero illa Theodoretæ (!) apollenaris P 13 est² P om. BNR
 14 apollenarii P 28 isdem P 38 prædicantium Schw præcantium P

si uera creditur, etiam tota sanctæ Ephesenæ synodi fides ac reuerentia dissipatur. hæc quippe ait quod in ea Kyrillus præmiorum medicamine sapientum oculos excæcauit. L III 663 =
M VII 244 quid ergo illic de ueritate certum dicitur, ubi ipsa ueritas sacerdotibus uendita esse perhibetur? sed quis hoc dicere, quis hoc consentiat patienter audire? reprobetur ergo una epistola mentiens, ne utraque sancta synodus tantæ falsitatis crimen sustineat. 5 uestræ fidei fundamentum tenemus, ne postquam sancta prima Ephesena synodus quasi uenalis arguitur, Chalcedonensis etiam, quod absit, culpa uarietatis notetur. quæ ut in uerbis suis quantæ sit concordiæ, clareat, necesse est ut uestra fraternitas, ubi sit completa, cognoscat.

- 105** Omnes namque nouimus quod in synodum numquam canones nisi peractis definitionibus fidei, nisi perfectis synodalibus gestis habeantur, ut seruato ordine, cum prius synodus ad fidem corda ædificarit, tunc per regulas canonum mores ecclesiæ actusque componat. uigilanti ergo cura respicite quia in sexta illius actione sanctæ fidei professio consummatur moxque in septima ad instructionem iam fidelium regula canonum figitur, ulterioribus uero actionibus nihil de causa fidei, sed sola negotia priuata uer- 10
106 santur. quod dum responsales uestri ita esse ambigerent, curæ nobis fuit ex prolatis 15
107 multis hoc codicibus demonstrare. nos tamen hac de re numquam dubitari posse credidimus, quia et eadem series sic se insinuat, ut credi aliter contradicat, primum quidem, quia, sicut dictum est, dum definita fidei regula in actione sexta ostenditur, 20
108 ordo causæ indicat ut in actione subiuncta canonum forma sequeretur. secundum 20
f. 20^a uero est quia et in actionis sextæ terminum iam canonum | norma prælibatur, dum illic a principe uenerabilibus episcopis dicitur: »aliqua sunt capitula quæ ad honorem uestræ reuerentiæ uobis reseruauimus, iustum existimantes hæc a uobis regulariter L III 610 =
M VII 173
109 per singulam synodum firmari« et cetera. prælibatione itaque sextæ actionis ostenditur quia iure constitutiones canonum non nisi in septima continentur. quid enim supererat 25
quod perfecta fidei professione fieret, nisi ut quorundam fidelium actiones inlicitas 30
110 sancta synodus positis regulis limitaret? quamuis <si> sollerter aspiciamus, canonum regulas positas non, sicut putatur, in septimæ, sed in textu sextæ actionis inuenimus. nam cum in eisdem constitutionibus sancientiis non dies, non imperium ponitur, non qui residerent, describuntur, procul dubio, cum non consueto exordio cœptæ sunt, 30
111 quia præcedenti actioni subnexæ sint, demonstrantur. quia uero in actione sexta fidei causa perficitur, ipsa episcoporum omnium generali subscriptione declaratur. nam qui post sententiam subscripserunt, cuncta quæ de fide agenda fuerant, finita testati sunt. unde et in causis post specialibus nudis tantummodo uerbis loquuntur atque 35
112 ea quæ decernentes dixerant, nulla subposita subscriptione firmauerunt. qui reuerentissimi episcopi ita in actione sexta omnia quæ de fide agenda fuerant, cognoscebant, ut, sicut illic scriptum est, clamarent: »supplicamus, dimitte nos; pie imperator, dimitte nos.« qui quia non pro fide, sed pro specialibus causis detenti sunt, principali illic L III 611 =
M VII 177
113 responsione monstratur, cum dicitur: »sacratissimus et piissimus dominus noster Marcianus Augustus ad sanctam synodum dixit: »laborastis multo spatio fatigationem perpassi; sustinete autem tres aut quattuor dies adhuc et præsentibus magnificentissimis iudicibus nostris singula quæquæ uultis, digno auxilio merituri, mouete.« qui 40

22—24. 37—41 ex antiqua uersione Actorum Chalcedonensium desumpta sunt

6 tenemus *Baronius* tenens *P* 12 ædificarit *Schw* ædificat *P* 23 reseruauimus *P* serua-
uimus *BNR* 24 singulam *BNR* [*cf. Graeca* κατά σύνοδον] singula *P* firmari *P* formari *BNR*
[*cf. Graeca* τυπωθήναι] 27 limitaret *Schw* litigaret *P* si *suppl. Baronius* 31 actionis *P*
39 augustus *P pp* (*i. e. perpetuus*) aug *BNR* 41 quæq. *P* quæ *BNR*

igitur ad singula quæquæ uellent, motura retenti sunt, liquet quia nequaquam ultra actionis sextæ terminum pro fidei causa restiterunt.

- 114** Sed cur de his extensa ratione agimus, qui tanta prodecessoris nostri beati Leonis | auctoritate fulcimur? ipse namque, sicut multa superius epistolarum eius adtesta- t. 21r
tione docuimus, gesta multiplicia causarum specialium reprobando, auctoritatem synodi in 5
sola fidei definitione constrinxit. hinc est enim quod peracta synodo cunctas nobis
suspicionum nebulas tergens, aperte ad Maximum Antiochenæ sedis antistitem scribit,
Leon. ep. 115 dicens: »si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam synodum uice mea misi, præter
^{119 P. 1217}
^{cf. p. 109,}
^{37—42} id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmi- 10
tatis, quia ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis hæresibus, catholicæ
essent fidei defensores. quicquid enim præter speciales causas synodalium concili-
orum ad examen episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem.«
116 sed solent nonnulli dicere hæc eum pro Anatolii Constantinopolitanæ urbis episcopi
præsumptione dixisse; qui si et res gestas et ea quæ nunc protulimus epistolæ uerba
considerant, suspicari protinus falsa cessent. namque cum prædictus Constantino- 15
politianæ urbis episcopus nouum aliquid conatur arripere, constat illic ei legatos sedis
apostolicæ cum summa auctoritatis libertate restitisse; quod et factum in synodo legitur
117 et eiusdem synodi ad præfatum prodecessorem nostrum epistolis adprobatur. a sæpe
fato autem eodem prodecessore nostro ad Maximum, sicut prædiximus, nouimus scriptum:
»si quid sane ab his fratribus quos ad sanctam synodum uice mea misi, præter id quod 20
ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia
ad hoc tantum ab apostolica sunt sede directi, ut excisis hæresibus catholicæ essent
118 fidei defensores.« si ergo de Anatolii causa loquens, hoc quod a uicariis suis actum
in synodo fuerat, redarguit, nimirum quia contradixerant, reprehendit; et quis hæc
cf. Leon. ep. 106 uel stultus sentiat? dum constat quod hac de re beatus Leo Anatolio conquerenti multa 25
in uicariorum suorum, quia contradixerant, laude rescribat; cuius epistolæ nunc idcirco
119 uerba non ponimus, ne uolumen hoc inmoderatus extendamus. cum uero et sub- f. 21u
icitur »quicquid enim præter speciales causas synodalium conciliorum ad examen
episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem«, aperte nobis licentia
tribuitur, ut quidquid illic extra fidei causas de personis gestum est, retractetur. speci- 30
alis quippe synodalium conciliorum causa est fides; quicquid ergo præter fidem agitur,
120 Leone docente ostenditur quia nihil obstat, si ad iudicium reuocetur. quia uero et
apud eosdem episcopos qui in Chalcedona resederunt, in ueneratione synodus nonnisi
usque ad fidei definitionem fuit, per hoc aperte ostenditur, quod plerique Græci anti-
quiores codices continere synodum nonnisi in sex actionibus subiunctis canonibus 35
demonstrantur, ut omnino cetera quæ priuato studio fuerant mota, non habeant. unde
121 et enkychia hæc ita esse testantur. nam Leoni Augusto Alypius episcopus Cæsareæ
L III 953 = Cappadociæ scribens, ait: »sic se habentibus, uestræ pietati significo quia ea quidem
M VII 596 quæ particulariter examinata sunt et quæ gesta a sanctis episcopis in Chalcedonensi
ciuitate collectis, non legi. neque enim a sanctæ memoriæ tunc episcopo Thalassio, 40
qui interfuit sancto concilio, aliquid hic amplius est allatum ex his quæ gesta noscuntur,
sed tantummodo definitionem expositam ab illo sancto concilio huc delatam inspexi.«
122 attestante ergo Alypio episcopo perdocemur quia præter causam fidei nil de synodo
in ueneratione Thalassius tenuit, qui illic et præter causam fidei episcoporum negotiis
priuatis interfuit. si igitur in actione sexta professio fidei consummatur moxque 45
canonum regula figitur, si beatus Leo negotiis quæ illic priuate mota sunt, contradicit.

1 quæq. P
12 deiudicandi P

liquet *Labbae.*s licet P
15 cessent *Schw* cessant P

8 quos *Leo* quod P
42 huc *Baluse* hac P

10 excisis *in excisis corr.* P
45 fidei *supersev.* P

si hoc quod ultra fidem gestum est, nec is qui fecit Thalassius tenuit: cur nos hæreticam
epistolam retractasse reprehendimur, qui hac in re cunctorum nos præcedentium aucto-
123 ritate roboramur? et quamuis ab eadem epistola alienum se Iba respondeat, quam-
uis quia adprobata sit, aut difficulter aut nullatenus demonstratur: licenter tamen
f. 22^r unusquisque eam repre|henderet, etiamsi episcopi in eodem concilio residentes suis 5
illam subscriptionibus approbassent, quia postquam beato Leone scribente ius retractandi
et diiudicandi conceditur, etiamsi qua esse poterat eorum qui interfuerant, in priuatis
negotiis auctoritas, uacuatur.

124 Discusso itaque secundo capitulo, tertium superest, quod tanto debemus in bre-
uitate constringere, quanto et uos nobis hac in re non credimus resultare. neque 10
enim Theodoriti omnia scripta damnamus, sed sola quæ contra duodecim Kyrilli capi-
tula, sola quæ contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur, quæ tamen et
ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi synodo uera confessus inue-
nitur. nam quomodo post errorem recte sapiat, et ea quæ prius scripserat, et ea quæ in
125 Chalcedonensi synodo ab illo sunt gesta, manifestant. ipse namque Nestorio scribens, 15
ait: »in his quæ in tuam uenerationem iniuste atque inique prolata sunt, nec si mihi Theodorct.ep.172
126 utramque manum quis absciderit, potero præbere consensum.« Himerio quo-
que Nicomediæ episcopo scribens, ait: »damnationi uenerandi et sanctissimi Nestorii. ibid. 174
127 quæ facta dicitur, non debemus præbere consensum.« ad Alexandrum quoque Hiero-
polititanum episcopum scribens, ait: »et ante tuæ sanctitati prædixi quia si domini mei 20 ibid. 175
uenerabilis et sanctissimi episcopi Nestorii fuerit dogma damnatum, nec ego <his> qui
128 hoc faciunt, communicabo.« ad Alexandrum uero Syriæ Palæstinarum præsullem
scribens, ait: »existimo præ omnibus maxime satisfactum esse domino meo sanctissimo ibid. 178
et uenerando Iohanni episcopo quod nullatenus adquiescam in damnatione domini
mei sanctissimi et uenerandi Nestorii episcopi præbere consensum, quæ in Tarso et 25
129 in Epheso facta est.« qui postmodum tamen, quamuis cum resistentium certamine,
sancto Chalcedonensi concilio ammissus, aperte anathema in Nestorium protulit seque
orthodoxum, ipso hæretico reprobato, monstrauit. dudum namque sanctæ ecclesiæ
130 diuersa sentiens et contra beati Kyrilli duodecim capitula scribens, ait: »sanctam uir- L III 894b =
f. 22^u ginem theotocon uocamus, non quod deum peperit | per naturam, sed quod hominem 30 M V 88c
131 ediderit coniunctum deo, quem ipse formauit.« et post pauca: »si naturalis coniunctio L III 902c =
facta est formæ dei et formæ <seruilis, compellente quadam necessitate, non sua cle- M V 97a
mentia, deus uerbum coniunctum est formæ> seruili et inuenietur legislator necessitatis

10—17 Pelagius uti uidetur Marii Mercatoris quæ fertur uersione p. 333 sq. Baluz., aliæ extant et in Actis Constantinopolitanis [L V 507 = M VIII 294] et in Synodico Casinensi 120

17—19 epistula per unum Marium Mercatorem seruata est [p. 337 sq. Baluz.]

20—22 est uersio Marii Mercatoris p. 338; alia extat in Synodico Casinensi 99

22—26 ex Mario Mercatore 336 sq. Baluz. desumpta sunt; falso Pelagius hunc Alexandrum ab eo quem modo attulit, diuersum esse putauit. alia uersio extat in Synodico Casinensi 66

29—31 est uersio Marii Mercatoris p. 276 Baluz.

31—130, 1 est uersio Marii Mercatoris p. 284 Baluz.

1 thalassius P	7 deiudicandi in diiudicandi corr. P	14 et ^r Baronius ut P	16 in his
P his Mar. Merc.	in P contra Mar. Merc.	prolata P patrata Mar. Merc.	17 Himerio
Mar. Merc. æmetro P	19 debemus ex conexu add. Pelagius	20 ante P ante iam Mar. Merc.	
quia si Mar. Merc. quasi P	21 his Mar. Merc. om. P	25/26 in tharso et in epheso P in Tarso et	
Chalcedone et Epheso Mar. Merc.	27 amissus P	29/30 uirginem sanctam Mar. Merc.	
30 peperit P peperit Mar. Merc.	31 ediderit P om. Mar. Merc.	quem ipse formauit P qui	
ipsum formauerat Mar. Merc.	32/33 seruilis -- formæ Mar. Merc. om. P	33 necessitatis Scha. necessita-	
tibus P necessariis M. Merc. ἀναγκαστικοῖς νόμοις Graeca			

- L III 915^c = 132** legibus seruiens. « et rursus: »nomine communicationis utentes, ut unum quidem
M V 112^b filium adoramus et eum qui adsumpsit et eum qui adsumptus est; differentiam tamen
 cognoscimus naturarum. theophoron autem dicere [portans uel deum indutus] ho-
133 minem Christum, ut a multis sanctis patribus dictum est, non recusamus. « et post
L III 931^c = alia: »considerate, inquit, apostolum et pontificem confessi-
M V 128^c onis nostræ Iesum, fidelem ei qui fecit illum, sicut et Moy-
Hebr. 3, 1 ses in omni domo sua. facturam autem eum quis esse dixerit recta sentiens,
 increatum et cum patre coæternum et deum uerbum? sed eum qui est ex semine Dauid,
 qui liber ab omni peccato, pontifex noster fuit et uictimam ipse se pro nobis optulit
134 deo, habens in se certe dei uerbum adunatum sibi inseparabiliterque coniunctum. « et 10
 rursus, ut eum quasi ostenderet ad deitatem per incrementa creuisse, in eodem opere
 subiungit, dicens: »ait angelus uirgini: spiritus sanctus superueniet in
Mar. Merc. p. te et uirtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nasce-
326 Baluz. tur ex te sanctum, uocabitur filius dei. considerate hic etiam
Lc. 1, 35 quia cuncta humanitus dicuntur. erit, inquit, magnus, non dixit est; et 15
 filius altissimi uocabitur, non dixit uocatur; et dabit ei dominus
 sedem Dauid patris sui, non dixit habet, sed dabit ei dominus;
 et regnabit, non dixit regnat; et super quos? super domum Iacob,
Mar. Merc. 135 non dixit super angelos et archangelos. « rursus in eodem libro secundo ait: »Iesus
p. 327 Bal. autem <plenus> spiritu sancto regressus est a Iordane et 20
Lc. 4, 1 iterum: regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam.
Lc. 4, 14 non dei uerbum cooperatione uel auxilio eguisse spiritus sancti arbitraris, sed uisibile
 templum uariis sancti spiritus donationibus fruebatur. « et post alia: »Iesus Chri-
Mar. Merc. p. 136 stus, inquit, heri et hodie ipse et in sæcula. quomodo igitur, o
328 Bal. sapientissimi, debemus aduertere? quomodo idem ipse heri et hodie et in sæcula, et 25
Hebr. 13, 18 temporaliter | et æternus, et in tempore et super tempora? nam si æternus est, tem- f. 23^r
Mar. Merc. p. 139 poralis non est, et si in tempore est, super tempus non est. « et rursus in domino
331 Bal. deo nostro Iesu Christo deitatis et humanitatis quasi unitatem adstruens, ait: »naturas
 discernimus, dei uerbi naturam integram dicimus et personam sine dubitatione per-
 perfectam; nec enim sine persona fas est adseuerare substantiam. perfectam quoque 30
 humanam naturam cum sua persona similiter confitemur. cum uero ad coniunctio-
140 nem respicimus, tunc demum unam personam merito nuncupamus. « quis hæc, fratres
 karissimi, plena omni impietate non uideat? a quibus tamen constat quod se post-
 modum ipse correxit, qui in sancta Chalcedonensi synodo Nestorium anathematizare

1—4 est uersio Marii Mercatoris p. 297 Baluz.

5—10 est uersio Marii Mercatoris p. 312 Baluz.

1 communicationes P 3 naturarum P naturarum et Mar. Merc. dicere P om. Mar.
 Merc. et Graeca portans — indutus P om. Mar. Merc.; est glossa marginalis 4 xpm P om. Mar. Merc.
 et Graeca dictum P dictus Mar. Merc. 5 apostolum et Mar. Merc. apostolus P 6 ipsum Mar. Merc.
 7 eum quis esse P esse quis unquam Mar. Merc. 8 et² P om. Mar. Merc. et Graeca deum uerbum
 Mar. Merc. et Graeca adm̄ uerum P m̄ in eū corr. 9 et uictimam — optulit P uictimam — offerens
 Mar. Merc. 10 inseparabiliterque P et inseparabiliter Mar. Merc. 12 ait — uirgini P et respon-
 dens angelus dixit ei Mar. Merc. 14/15 hic etiam quia P quod hic etiam Mar. Merc. 15 humanitus
 dicuntur P dicantur humanitus Mar. Merc. 16 uocatur P uocatur aut est Mar. Merc. 17 habet
 — dominus P habet sedem Dauid patris sui sed dabit ei deus sedem Dauid patris sui Mar. Merc. 20 ple-
 nus Mar. Merc. ab P, sed erasit est om. Mar. Merc. 21 egressus Mar. Merc. galilea P
 22 sancti P om. Mar. Merc. 23 sci sps P spiritus sancti Mar. Merc. 24 inquit P om. Mar. Merc.
 igitur P igitur hoc Mar. Merc. 26 temporaliter P temporalis Mar. Merc. 28 naturas P negle-
 genter excerptendo cum naturas Mar. Merc. 29/30 perfectum P 31 humanam naturam P naturam
 humanam Mar. Merc.

- consensit. quis non uideat quanta temeritate plenum sit Theodoriti scripta superbiendo defendere, quæ eundem ipsum constat, recta post profitendo, damnasse? dum uero eius et personam recipimus et ea quæ dudum latuerunt prauè scripta, reprobamus, in nullo a sanctæ synodi actione deuiamus, quia sola eius hæretica scripta respuentes, et cum synodo adhuc Nestorium insequimur et cum synodo Theodoritum profitentem ⁵
- 141** recta ueneramur. alia uero scripta illius non solum recipimus, sed eis etiam contra aduersarios utimur. nam cum Theodorus canticorum canticum uellet exponere et non ad commenta, sed potius ad deliramenta laberetur, per hunc librum Aethiopissæ reginæ Salomonem blanditum fuisse professus est; quod Theodoritus reprehendens, **142** nomen quidem eiusdem Theodori supprimit, sed tamen uesaniam patefecit. eiusdem ¹⁰ namque libri commenta conscribens, ait: »audio plures canticum canticorum detrahentes et non credentes spiritalem esse librum, fabulas autem quasdam aniculares per uesaniam textentes componere et præsumere dicentes quia sapiens Salomon ad se ipsum et filiam Pharaonis hunc librum conscripsit.« quomodo ergo nulla scripta eiusdem Theodoriti recipimus, qui illum etiam contra Theodorum adsertorem ueritatis inuenimus? ¹⁵
- f. 23^v **143** Hæc | ad scripta uestra respondimus; sed oportunum ualde iudicamus, ut <ad> ea quæ sine scripto <a> responsalibus uestris audiuius, breuiter uerba replicemus. dixerunt enim Theodorum a Iohanne Antiochenæ urbis episcopo mira per epistolam adtestatione laudatum; quod uerum nos nullo modo credimus. si tamen et tale aliquid fortasse repperitur, plus fidem primæ Ephesenæ synodo, plus Kyrilli libris, ²⁰ plus Hisychie quam aliis quæ innotescere nunc usque nequiuerunt epistolis commodamus. **144** debemus tamen [ac]cedere et iam concedentes aliquid dicere. ita ergo ut responsales uestri asserunt, esse sentiamus. uos scitis, fratres dilectissimi, quod res quæ dubietati **145** subiacet, in parte semper est interpretanda meliori. quid itaque obstat, si dum de eius errore occultum adhuc et dubium fuit, ab uno patre laudatus est, et innotescente ²⁵ post perfidia, pæne omnium magnorum patrum sententiis uelut inmanis bestia quasi **146** crebrescentibus iaculis est confossus? an non et malos a bonis aliquando laudatos nouimus nec tamen eisdem laudibus defensos? quid namque in hæresiarchis Origene deterius, et quid in historiographis inueniri Eusebio honorabilius potest? et quis nostrum nesciat in libris suis quantis Origenem Eusebius præconiis adtollat? sed ³⁰ quia sancta ecclesia suorum fidelium corda benignius quam uerba districtius pensat, et plus in hæreticis sensum proprium <reprobauit> quam testatio Eusebii absoluere **147** potuit, nec rursus Eusebium laudati Origenis culpa damnauit. an non et Gregorius Nysæ urbis episcopus cum canticorum canticum exponit, sicut inueniri in plerisque ^{cf. Patrol. Gr.} codicibus solet, magnis Origenem laudibus præfert? an non et Hieronymus nostræ ³⁵ ^{44 P. 764^b} ecclesiæ presbyter et singularis Hebræi sermonis interpres, tanto erga Origenem fauore impenditur, ut pæne discipulus esse uideatur? sed quia plus causa quam uerba pensanda sunt, nec istis sua benignitas nocuit nec illum a reatu proprio fauor alienæ adtestationis excusauit.
- 148** Cogor post hæc, fratres karissimi, dolens cum Paulo dicere: t e s t i m o n i u m ⁴⁰ Rom. 10, 2
f. 24^r p e r h i b e o u o b i s q u o d | æ m u l a t i o n e m d e i h a b e t i s, s e d n o n s e c u n -
d u m s c i e n t i a m; c u i u s e r g a u n i t a t e m s a n c t æ e c c l e s i æ d u m u i s c e r a c a r i t a t i s
149 a s p i c i o, d i s c o r d e s u o s i n t o l e r a b i l i u s i n g e m e s c o. p e n s a t e, q u æ s o, q u o a r d o r e s a n c t æ

18—19 cf. *Facundum* 2, 2. *Koncilstudien* II, Beilage

8 laberetur Schw laboret P 13 locus male uersus; componere delendum et scribendum erat præsumentes dicere, cf. *Græca* μύθους δὲ τινὰς οὐδὲ γραιδίως παραληροῦσιν ἀρμόττοντας ὑφαινόντων καὶ λέγειν τολμώντων 16 ad suppl. Schw 17 a om. P 22 cedere Schw accedere P 27 confossus ex confusus corr. P 28 heresiarebos P 32 reprobauit suppl. Schw

Phil. 2, 1. 2 unitatis anhelabat, cum Philippensibus diceret: si qua consolatio in Christo, si quod solacium caritatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera et miserationes, implete gaudium meum, ut idem sapientes, eandem caritatem habentes, unianimes id ipsum sentientes. qui igitur unianimitatem locuturus, tot et tales inquisitiones præmisit, quantum esset huius uirtutis meritum, non explendo, sed inquirendo monstrauit. at contra quam sit malum discordiæ, loquens Corinthiis ostendit; 150
 1 Cor. 1, 11. 12 ait enim: significatum est enim mihi de uobis, fratres, ab his qui sunt Clois, quia contentiones sunt inter uos, hoc autem dico quod unusquisque uestrum dicit: ego quidem sum 10
 Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ego autem Christi. quod cum quanta animaduersione loquatur, agnoscimus, si subiunctæ increpationis uerba pensamus. ait enim: diuisus est Christus? numquid Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? considerate igitur, fratres mei, et dum, deo adhuc expectante, omni incertitæ fini permittimur, uigilanti cura perpendite quia illam scissionem sanctæ ecclesiæ pro Theodero facere fraternitas uestra non metuat, quam pro se uel profiteri Paulus expauit. cur non ad memoriam pro unitate seruanda beati Augustini dicta reducit? 151
 Aug. de unico bapt. 22 [t. VIII 538] qui dum de unico baptismo loqueretur, idcirco Kyprianum martyrem, qui de iterando baptismo scripserat, defunctum perhibuit, quia licet paruum quid senserit, numquam 20 tamen se a totius ecclesiæ communionem suspendit. si igitur permanere in sanctitate seruauit, constat, fratres dilectissimi, quia dum uos ab ecclesiæ unitate disiungitis, omne uirtutis meritum perdidistis, etiam si recte teneatis; scriptum quippe est: pacem
 Hebr. 12, 14 sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. 25
 152 Multa locuti sumus, | quia et ad multa ratiocinando respondimus. et cum f. 24^o testimonia ex patrum dictis innumera suppeterent, perpauca posuimus, uidelicet cupientes ut scripta nostra in causis singulis narratio breuiata succingeret, ne fortasse tædium legenti generarent. unum tamen quod iam superius diximus, non tædet, si etiam crebro replicemus: quia fidem sanctæ Chalcedonensis synodi inlibatam per 30 omnia deo auctore seruamus eiusque definitiones, sicut Ephesenæ primæ, Constantinopolitanæ ac Nicænæ synodi inretractabiles nunc usque tenuimus et uel morte proposita inretractabiles custodimus. uestra igitur dilectio communionem fidelium orthodoxorumque fratrum non fugiat, ne præsentis uocis nostræ adiutorium si audire neglexerit, contra se in testimonium uertat; nos autem ad deum post uerba recurrimus 35 cumque, quantum possumus, fletibus exoramus, ut hoc quod uobis ad sequendam concordiam a nobis dicitur, ipse in uestris mentibus manu intimæ inspirationis operetur.

SVGGERENDVM DOMNO NOSTRO CLEMENTISSIMO AC PIISSIMO DOMNO MAVRICIO TIBERIO HVMILES VENETIARVM VEL SECVNDÆ RAETIÆ INGENVINVS MAXENTIVS AGNELLVS FONTEIVS LAVRENTIVS AGNELLVS FELIX AVGVSTVS IVNIOR ET HORONTIVS EPISCOPI 40

1 Pictatis uestræ est, clementissime dominator, preces humilium sacerdotum imperiali dignatione suscipere, quod etiam supplices deprecamur per dominum deum nostrum Iesum Christum saluatorem omnium, per fidem catholicam et regnum, quod

38 sq. *Primus impressit Baronius a. 590 n. XXVIII, cuius editio repetita est in Monumentis Germanicæ Epist. t. I p. 16 sq. [= Gregorii registrum I 16^a]*

meruistis a deo concessum, atque salutem dominorum filiorum uestrorum, quibus perpetuum imperium deo gubernante permaneat, ut aditum inueniat supplicatio nostra
 f. 25^r apud pias aures uestras et cum fiducia | recurrentes ad principalia remedia mereamur
 2 quæ petimus, impetrare. nam etsi nos peccata nostra ad tempus grauissimo iugo gentium summiserunt, auxiliante nobis domino nullo pondere pressurarum ab integritate catholicæ fidei inuenimur ullo modo titubare; deinde nec obliti sumus sanctam
 5 rem publicam uestram, sub qua olim quieti uiximus et adiuuante domino redire totis uiribus festinamus. suggerimus etenim, domine piissime princeps, scandalum ecclesiæ, quod tempore diuæ memoriæ Iustiniani principis totius mundi ecclesias conturbauit, nostrarum quoque prouinciarum partibus ex tunc iam esse compertum, damnationem scilicet trium capitulorum, id est epistolæ uenerabilis Ibæ episcopi Hedessensæ ciuitatis, personæ quoque Theodori Mompuestinæ episcopi atque scriptorum Theodoriti episcopi Kyrri. quæ in sancta synodo Chalcedonensi recepta sunt, et Vigilio tunc Romano præsuli atque omnibus pæne sacerdotibus damnatio ipsa, sicut reuera contraria sancti Chalcedonensis concilii, execrabilis noscitur extitisse. qui etiam
 15 Vigilius scripta sua per omnes prouincias mittens anathematis uinculis omnem populum obligauit, si quis damnationi trium capitulorum præberet aliquando consensum. et licet postea imperiali pondere ad consensum damnationis capitulorum ipsorum paulatim singuli tunc fuerint coartati, nostrarum tamen prouinciarum uenerandi decessores, quibus indigni successimus, prædicti quondam Vigilius instructionibus informati, ad
 20 hoc inclinari nullo modo potuerunt. quorum nos exempla deo propitiante seruantes cum uniuerso populo nobis credito, sequentes etiam in omnibus definitionem sancti Chalcedonensis concilii, defensionem capitulorum ipsorum et reuerentiam exhibemus et a communionem damnantium cum diuina gratia abstinere dinoscimur, et dum Zmaragdus gloriosus chartularius patrem nostrum sanctæ memoriæ Heliam archiepiscopum Aquiliensis ecclesiæ | pro causa ipsa uicibus contristaret, cum nostro omnium consilio atque consensu direxit ad pia uestigia principatus uestri preces, supplicans ut expectata dei misericordia, reuocatis omnibus consacerdotibus synodi nostri in potestate sanctæ rei publicæ, ad uestræ clementiæ præsentiam ueniretur et uestrum in causa ipsa expectaretur iudicium. quod pietas uestre mansuetudinis ad mercedem et laudem imperii
 7 sui clementi dignatione suscipiens, iussionem suam dedit ad prædictum gloriosum Zmaragdum, ut nullatenus quemquam sacerdotum pro causa communionis inquietare præsumeret, sed dei misericordia operante sustineretur quousque compressis gentibus
 8 ad libertatem omnes sacerdotes nostri concilii sub sancta re publica peruenirent. deinde defunctus est memoratus archiepiscopus noster Helias; nos uero pro impetratis precibus eiusdem cum omnibus populis nostris <ex> ardentibus deuotiores effecti, si fieri potuisset, eisdem diebus ad uestra certabamur redire uestigia, et gratias deo rettulimus et pro uita imperii uestri, sicut ipse nouit dominus, assiduas preces eius optulimus maiestati.
 9 post hoc ordinato in sancta Aquiliensi ecclesia beatissimo archiepiscopo nostro Seuero quæ contumeliæ inlatæ sint et quibus iniuriis ac cæde corporali fustium et qua uolentia
 10 ad Rauennatem fuerit ciuitatem perductus atque redactus in custodia, quibusque necessitatibus oppressus atque contritus fuerit, potuit ad domini nostri pias aures sine dubio peruenire; nos autem tam inauditis calamitatibus patrem et archiepiscopum

15—17 *eiusmodi epistulam Vigilius nunquam scripsit*

2 permaneat Schw permanet P 26 uicibus P pluribus uicibus Baronius uicibus nostris Schw
 35 impetratis Ewald imperatis P 36 ex suppl. Schw 38 imperi P 39 aquilensi P
 41 rabennatim P, b in u corr.

nostrum, quod numquam sub Christianos principes factum dinoscitur, cognoscentes
10 afflictum, insanabilium dolorum sumus stimulis uulnerati. nam in hoc tempore iterum
cognouimus reuerendum papam Gregorium ad eiusdem patris nostri exhibitionem
misisse cum sacratissima uestrae pietatis iussione, ut pro causa ipsa communionis ad
Romanam deberet ciuitatem deduci; quod audientes, quamuis certi essemus talem **5**
iussionem domni nostri specialiter aduersariorum improba inopportunitate subreptam,
| contabuimus et contriti atque luctu grauissimo sauciati ad ultimam desperationem **f. 26^r**
peruenimus, ut ad illius iudicium metropolita noster cogeretur occurrere, cum quo causa
ipsa esse dinoscitur et cuius communionem ab initio motionis causae huius usque nunc
11 decessores nostri et nos cum omni populo euitamus. et quidem memoratum bea- **10**
tissimum archiepiscopum nostrum frequenti contestatione conuenimus, ne nobis ab-
sentibus et a se ad praesens diuisis de communi causa ecclesiae aliquid audeat definire,
quoniam, piissime domne, sic accensi sunt omnes homines plebium nostrarum in causa
ista, ut ante mortem perpeti quam ab antiqua catholica patiantur communionem diuelli.
re uera, clementissime dominator, fidem catholicam conseruantes et Chalcedonensis **15**
concilii definitiones in omnibus uenerantes ut quibuslibet occasionibus contristentur,
12 nec deo nec uestrae pietati placere credendum est. ergo, mitissime dominator, totius
concilii nostrae paruitatis haec est deliberatio, sicut et eidem patri et archiepiscopo nostro
scripsimus, ut pro reddenda ratione communionis nostrae, contrito dei iudicio [in]
iugo barbarico, oportuno tempore ad uestrae pietatis uestigia occurramus, habentes **20**
praec oculis exempla fidelia, quibus edocti sumus * * omnes intentiones sopitae sunt.
13 sic Theodosii senioris Constantinopolitana synodus, deo propitiante, sedatis est scandalis
confirmata; sic deinde Ephesena prima synodus diuae memoriae Theodosio iuniore dis-
ponente bene noscitur definita; sic ad postremum praesentia Marciani diui principis
14 abscisis omnibus scandalis pax catholica in Chalcedonensi concilio reformata est. nam **25**
per absentiam Christianissimorum principum in Ephesena secunda episcoporum con-
gregatione a Dioscoro Alexandrino Flauianus sanctissimus regiae uestrae urbis episcopus
ueritatem catholicae fidei defendens occisus est aliique episcopi assertores orthodoxae
fidei iniuste deiecti sunt et scandalum ecclesiae pessimum generatum est, quod cum
15 magno labore postea diuae memoriae Marcianus imperator, auus uestrae pietatis, sua **30 f. 26^v**
praesentia in sancto Chalcedonensi consilio amputans, catholicam pacem uniuersali
16 ecclesiae restaurauit. hoc tantum prostrati deprecamur ut quia misericordia dei
circa sanctam rem publicam operante, in meliori statu Italiae partes, laborante fideliter
glorioso Romano patricio, dignanter perduxit et credimus nos celeriter deuictis gentibus
ad pristinam libertatem reduci, cesset uiolentia militaris, quam uestro felicissimo tem- **35**
pore deus fieri non permittat: sint indutiæ, et cum iussione sacratissimi imperii uestri
parati erimus ad pedes uestrae pietatis occurrere et nostrae fidei atque communionis
plenam reddere rationem. nam cum quo nobis ipsa causa est et quem in communionem
uitamus, iudicem experiri non possumus, quod etiam sacratissimis legibus uestris sta-
tutum est nullum posse iudicem esse in causa qua aduersarius comprobatur. sed **40**
sicut semper deus praesentia Christianorum principum intentiones ecclesiasticas sedare
dignatur, hoc et nunc fieri supplicamus. si enim aliter, clementissime domne, actum

2—5 est epistula Gregorii I 16, mensis Ianuarii 591

39. 40. Ewald adfert Cod. Iust. 3, 5

19 in P del. Ewald
sentia Christianorum principum)

21 lacunam statuit Schw; sensus postulat eiusmodi supplementum (quod praesentia Christianorum principum)

36 imperi P

42 si enim Schw enim si P

fuerit, ut archiepiscopum nostrum, quod absit, ad Romanam contingat uiolenter exhiberi ecclesiam, spes iam nulla erit conseruandæ iustitiæ, sed tantum pondus gra-
 17 uissimæ uiolentiæ. suggerimus etenim, pie dominator, quia tempore ordinationis
 nostræ unusquisque sacerdos in sancta sede Aquiliensi cautionem scriptis emittimus
 studio seu fide ordinatoris nostri nos fidem integram sanctæ rei publicæ seruatu- 5
 18 seruare. si conturbatio ista et compulsio piis iussionibus uestris remota non fuerit,
 si quem de nobis, qui nunc esse uidemur, defungi contigerit, nullus plebium nostrarum
 ad ordinationem Aquiliensis ecclesiæ post hoc patietur accedere, sed quia Galliarum
 archiepiscopi uicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem occurrent et dissoluetur 10
 metropolitana Aquiliensis ecclesia sub uestro imperio constituta, per quam deo propitio
 f. 27^r ecclesias in gentibus possidetis. quod ante annos | iam fieri cœperat et in tribus eccle-
 siis nostri concilii, id est Breonensi, Tiburniensi et Augustana, Galliarum episcopi con-
 stituerant sacerdotes; et nisi eiusdem tunc diuæ memoriæ Iustiniani principis iussione
 commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pæne omnes 15
 19 ecclesias ad Aquiliensem synodum pertinentes Galliarum sacerdotes peruaserant. ergo,
 domne pie, quia semper piissimorum principum fides pro tranquillitate ecclesiæ uigi-
 lauit et hoc studio, repensante deo, contrariæ gentes diuina manu compressæ sunt,
 mereamur nos humillimi sacerdotes supplicationis nostræ sortiri effectum. nam
 qui aliter pio domno nostro subrepere cupiunt, nec dei iudicium habent præ oculis nec 20
 utilitatem sanctæ rei publicæ uestre seu opinionem pii imperii, quam lacerari non
 metuunt de murmuratione totius populi partium istarum, qui persecutionem euidenter
 Christianis fieri suspicantur. præsentem igitur supplicem relationem confidenter
 direximus, quam pia clementia dignetur placida aure recipere, ut effectum nostræ
 supplicationis, deo uobis aspirante, sortiti pro quiete matris nostræ Aquiliensis eccle- 25
 siæ sacratissimis iussionibus releuemur et pro incolumitate domni nostri ac dominorum
 filiorum uestrorum domino deo nostro iugiter supplicemus.

20

ET SVBSCRIPTIO

Ingenuinus episcopus sanctæ ecclesiæ secundæ Rætiæ hanc relationem a nobis
 factam subscripsi 30
 Maxentius episcopus sanctæ ecclesiæ Iuliensis ut supra
 Laurentius episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ Bellunatæ ut supra
 Augustus episcopus sanctæ catholicæ Concordiensis ecclesiæ ut supra
 Agnellus episcopus sanctæ Treientinæ ecclesiæ ut supra
 Agnellus episcopus sanctæ Acelinæ ecclesiæ ut supra 35
 Iunior episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ Veronensis ut supra
 f. 27^v | Fonteius episcopus sanctæ Feltrinæ ecclesiæ ut supra
 Felix episcopus sanctæ Teruisianæ ecclesiæ ut supra
 Horontius episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ Vicentinæ ut supra

4 aquiliensis P 5 seu Schw sed P 10 occurrunt P dissoluitur P 20 qualiter P
 25 aquiliensi P 26 releuemur Schw releuetur P incolomitate P 31 iulieni P
 39 uetetinæ P, cf. Paul. Diac. hist. Lang. 3, 26 Horontius Vicentinus

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IESV CHRISTI IMP CAES FL MAVRICIVS TIBERIVS
FIDELIS IN CHRISTO PACIFICVS MANSVETVS MAXIMVS BENEFICVS ALAMANNICVS
GREGORIO VIRO SANCTISSIMO ET BEATISSIMO ARCHIEPISCOPO ALMAE VRBIS ROMAE
AC PAPAE

1 Consuetam et deo placitam uestram sanctitatem scientes et quod rectam catholicæ 5
nostræ ecclesiæ dogmatum <in> omnibus doctrinam exercetis, scire uos uolumus quod
episcopi Histriensium prouinciarum per clericos aliquos ad nos directos suggestiones
nobis transmiserunt, unam episcoporum ciuitatum et castrorum quos Langobardi tenere
dinoscuntur, aliam Seueri Aquiliensis episcopi aliorumque episcoporum qui cum illo
sunt, et tertiam solius eiusdem Seueri, in quibus omnes dixerunt tuam beatitudinem 10
milites ad illos transmisisse cum uno tribuno et excubitore, necessitatem inponentes
præfato reuerentissimo Seuero et testibus episcopis, ut ad tuam beatitudinem per-
ueniant propter diuersam uoluntatem quam habent ad sacra et catholica dogmata
2 sacrosanctæ nostræ ecclesiæ. et supplicauerunt nos indutias ad hoc sibi fieri et nullam
eis interim necessitatem inponi ad uestram sanctitatem peruenire, pollicentes quod 15
tempore oportuno ad hanc sacratissimam urbem accedentes per se ipsos suggerere nobis
habent quæ sibi obstare uidentur. quia igitur et tua sanctitas cognoscit præsentem
rerum Italicarum confusionem et quod oportet temporibus competenter uersari, iubemus
tuam sanctitatem nullatenus molestiam eisdem episcopis inferre, sed concedere eos
otiosos esse, quousque prouidentia dei et partes Italiae paceales constituantur et ceteri 20
episcopi Histriæ seu Venetiæ iterum ad pristinum ordinem redigantur. tunc enim
perfectius omnia pro pace et diuersitate dogmati cum antecedentibus tuis orationibus
corrigentur. ET SVBSCRIPTIO: Diuinitas te seruet per multos annos, sanctissime f. 28^r
ac beatissime pater. EXP

Fateor me sicut sancti euangelii quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere 25
et uenerari, Nicænum scilicet, in quo peruersum Arrii dogma destruitur, Constantino-
politano quoque, in quo Eunomii et Macedonii error conuincitur, Ephesenum etiam
primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Chalcedonense uero, in quo Eutychis Dios-
corique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima adprobatione
custodio, quia in his, uelut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit et, cuius- 30
libet uitæ atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis
esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. quintum quoque concilium pariter uenero,
in quo epistola quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, Theodorus personam media-
toris dei et hominum in duabus subsistentiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse
conuincitur, scripta quoque Theodoriti per quæ beati Kyrilli fides reprehenditur, ausu 35

1 sq. Mauricii imperatoris rescriptum primus publicauit Baronius a. 590 n. XXVIII; inde repetitum est
in Mon. Germ. Epist. l. I 21 sq. [Gregorii registrum ed. Ewald I 16^b]

8/9 est epistula quæ præcedit

18 sq. cf. epistolam quam mense Iulio a. 592 Gregorius Iohanni episcopo Rauennæ scripsit [II 45]: de
causa uero episcoporum Histriæ omnia quæ mihi uestra fraternitas scripsit, ita esse iam ante deprehendi in his
iussionibus quæ ad me a piissimis principibus uenerunt, quatenus me interim ab eorum compulsione suspen-
derem

25 sq. excerpta sunt ex synodica Gregorii papæ [I 24 p. 36, 19 sq.]

4 PAPAE P PATRIARCHAE Ewald
15 pollicentes Schw ut licentes P s in r corr.
fectis P 31 actioni P

5 rectam Schw rectæ P
20 prouidentiam P

6 in suppl. Scha
22 perfectius Baronius per-

dementiae reprobata refutantur. cunctas uero quas praefata concilia personas respuunt, respuo; quas uenerantur, amplector, quia dum uniuersali sunt consensu constituta, se et non illa destruit quisquis praesumit aut soluere quos religant, aut ligare quos soluunt. quisquis ergo aliud sapit, anathema sit; quisquis uero praedictarum synodorum fidem tenet, pax ei sit a deo patre per Iesum Christum filium eius, qui cum eo uiuit et regnat consubstantialiter deus in unitate spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. amen. EXPLIC

1 reprobata P prolata *Gregorius* praefata P praefata ueneranda *Gregorius* 4 uero *Gregorius*
ergo P

⟨EX VIGILII PAPAE EPISTVLA DE TRIBVS CAPITVLIS⟩

DEFINITIO FIDEI SANCTI CHALCEDONENSIS CONCILII

M VIII 457

L III 562 sq. 1 Aetius archidiaconus Constantinopolis nouæ Romæ dixit: »Sancta et magna et
 = MVII 108 sq. uniuersalis synodus quæ secundum dei gratiam et sanctionem piissimorum Christianis-
 simorumque imperatorum nostrorum Valentiniani et Marciani Augustorum congre- 5
 |gata apud Chalcedonam metropolim Bithyniæ prouinciæ in martyrio sanctæ et uene- f. 28^u
 rabilis martyris Euphimiæ, definiuit subter adnexa.

2 Dominus noster et saluator Christus notitiam fidei confirmans discipulis suis ait:
 Ioh. 14, 27 p a c e m m e a m d o u o b i s , p a c e m m e a m r e l i n q u o u o b i s , n e u l l u s
 a proximo suo dissonet in doctrina pietatis, sed æqualiter prædicationem ueritatis 10
 ostendat. sed quoniam non quiescit nequissimus per sua zizania insurgens sationibus
 pietatis inspergere et noui aliquid contra ueritatem semper inueniens, ob hoc consue-
 dominus noster prouidens humano generi, pium hunc et fidelissimum principem ad
 zelum fidei suscitauit et undique sacerdotii principes ad se conuocauit, quatenus, gratia
 domini omnium nostrum Christi operante, ab ouibus Christi omnem pestem quidem 15
 3 mendacii submoueret, germinibus autem ueritatis pingues efficeret. quod quidem
 et fecimus, communi decreto dogmata fugantes erroris, integram patrum renouantes
 fidem, trecentorum decem et octo symbolum [in] omnibus prædicantes et tamquam
 domesticos, qui pietatis huius compositionem receperunt, patres adscribentes, qui postea 458
 apud magnam Constantinopolim conuenerunt centum quinquaginta, qui et ipsi eandem 20
 4 fidem subsignauerunt. definimus igitur ordinem et omnes formas fidei conseruantes
 nos quoque ⟨quæ⟩ apud Ephesum olim facta est sancta synodus, cuius præsidēs fuerunt
 sanctæ memoriæ Cælestinus Romanæ urbis antistes et Kyrillus Alexandrinæ ecclesiæ,

JK 937. Primus Vigilii constitutum de damnatione trium capitulorum in P inuenit et publicauit St. Baluzius in Noua Collectione Conciliorum p. 155I sq.

3—141, 10 *usus est Vigilii uersione antiqua Actorum Chalcedonensium, cuius extant codices tres: B(arberinus 680), N = Parisinus 16832, R(eginensis 1045). definitio fidei actionibus et quintae [B N R] et sextae [B₁ N₁ R₁] inserta est. uilia leuia et orthographica non enotauit*

21—139, 6 *repetuntur infra p. 155, 32—40 [= P₁]*

1 *titulum, qui deest in P, addidi; epistolam [cf. p. 141, 27 fraternitas uestra] non ipsam seruatam esse, sed epitomam inde sequitur quod deest initium [cf. p. 141, 29 de supra scriptis trium capitulorum quæstionibus] et Leonis epistolæ omittitur maxima pars*

3 *dixit P legit B N R B₁ N₁ R₁* 4 *dī gratiam P B₁ N₁ R₁ gratiam dī B N gratiam R*

11 *per P B₁ N₁ R₁ om. B N R διὰ (τῶν ἑαυτοῦ ζιζανίων . . ἐπιφύομενος) Graeca* 12 *pietatis P B N R R₁ ueritatis B₁ N₁*

inspergere *codd. omnes; coaluit versio quae est per . . zizania . . insurgens cum altera quae est zizania. . inspergere* 15 *xpi¹ BNR B₁ N₁ R₁ xpō P* 16 *germinibus — efficeret superscr. P*

18 *omnibus B N R B₁ N₁ R₁ in omnibus ex nominibus corr. P* 21 *fidei P P₁ B N R R₁ om. B₁ N₁*

22 *quoque quæ B N R quoque, o in æ corr. P que quæ B₁ N₁ R₁ P₁* *sancta P P₁ B N R R₁ om. B₁ N₁*

23 *romanæ P P₁ B N R R₁ romæ B₁ N₁* *antistes P P₁ N R R₁ antistites B B₁ N₁*

præfulgere quidem rectæ et immaculatæ fidei expositionem trecentorum decem et octo sanctorum et beatissimorum patrum apud Nicæam sub piæ recordationis Constantino principe congregatorum, optinere autem etiam centum quinquaginta sanctorum patrum apud Constantinopolim definita, ad interemptionem quidem tunc exortarum hæreseon, confirmationem uero eiusdem catholicæ nostræ fidei.

5

SYMBOLVM APVD NICAËAM TRECENTORVM DECEM ET OCTO

5 Credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, uisibilium
f. 29^r omnium et | inuisibilium; et in unum dominum Iesum Christum, filium dei unigenitum,
qui natus est ex patre ante omnia sæcula, deum uerum de deo uero, natum non factum,
consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et propter 10
salutem nostram descendit et incarnatus est atque humanatus est et passus est, et
459 resurrexit tertia die et ascendit in cælos, uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in
spiritum sanctum. eos autem qui dicunt: erat aliquando quando non erat, et prius-
quam nasceretur, non erat, et quia <ex> non exstantibus factus est, aut ex alia sub-
sistentia uel substantia dicentes esse aut conuertibilem aut mutabilem filium dei, hos 15
anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

IDEM ETIAM CENTVM QVINQVAGINTA SANCTORVM PATRVM QVI CONSTANTINOPOLIM
CONGREGATI SVNT

6 Credimus in unum deum patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, uisibilium
omnium et inuisibilium; et in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum, 20
natum ex patre ante omnia sæcula, deum uerum de deo uero, natum non factum, con-
substantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines et salutem
nostram descendit et incarnatus est de spiritu sancto et Maria uirgine, et humanatus
<est,> et crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, et sepultus est et resurrexit tertia
die, ascendit in cælos et sedet ad dexteram patris, iterum uenturus cum gloria iudicare 25
uiuos et mortuos, cuius regni non erit finis; et in spiritum sanctum dominum et uiui-
ficantem, ex patre procedentem, cum patre et filio coadorandum et conglorificandum,
qui locutus est per sanctos prophetas, et in unam catholicam et apostolicam ecclesiam.
confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. speramus resurrectionem
mortuorum, uitam futuri sæculi. amen.

30

7 Sufficeret quidem ad plenam cognitionem pietatis et confirmationem sapiens hoc
et salutare diuinæ gratiæ symbolum; de patre enim et filio et sancto spiritu perfectionem
f. 29^v 8 docet et domini humanationem fideliter accipientibus repræ|sentat. sed quoniam
hi qui ueritatis reprobare prædicationem conantur, per proprias hæreses nouas uoces

6—16 non est ipsum Nicaenum symbolum, sed Constantinopolitano adaptatum

3 autem	PP ₁ RB ₁ N ₁ R ₁ om. BN	10 consubstantialem	PB ₁ N ₁ R ₁	cumsubstantialem	R con-
substantionem	N consustantionem	B	11 salutem nostram	PRR ₁	nostram salutem
descendit	PBNRB ₁ R ₁	descendit de cælis	N ₁	12 in ¹	PBNB ₁ N ₁ R ₁
non ex non	N, B [non ex erasa], non P	21/22 cumsubstantialem	R	14 ex non	RB ₁ N ₁ R ₁
25 in	PBNB ₁ N ₁ R ₁	ad R	24 est	BNRB ₁ N ₁ R ₁	om. P
B ₁ N ₁ R ₁	27 coadorandum	P adorandum	BNRB ₁ N ₁ R ₁	28 sanctos prophetas	PRB ₁ N ₁
prophetas sanctos	BNR ₁	et in	P in	BNRN ₁ R ₁	in erasit
speramus	P expectamus	BNRB ₁ N ₁ R ₁	32 scō spū	PRR ₁	spū scō
					BNB ₁ N ₁

genuerunt, hi quidem mysterium quod pro nobis est domini dispensationis cor-
rumpere praesumentes et dei genetricis uocem de uirgine Maria dicere renuentes,
alii uero confusionem permixtionemque introducentes et unam esse naturam carnis
et deitatis stulte confingentes et passibilem unigeniti diuinam naturam per con-
fusionem portentuose dicentes, ob hoc illis omnem machinationem contra fidem 5
uolens claudere praesens nunc sancta et magna atque uniuersalis synodus, praed-
icationem hanc ab initio inconcussam docens, definiuit principaliter trecen-
9 torum decem et octo sanctorum patrum fidem manere intemptabilem. et
propter illos quidem qui aduersum sanctum spiritum pugnant, posteriori tempore
a patribus apud Constantinopolim CL congregatis de substantia spiritus traditam do- 10
ctrinam corroborat, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi quod aliquid esset
minus in praecedentibus, inferentes, sed de sancto spiritu intellectum eorum aduersus
eos qui dominationem eius respuere temptauerunt, scripturarum testimoniis decla-
10 rantes; propter illos uero qui mysterium dispensationis corrumpere moliuntur et purum
hominem esse qui ex sancta uirgine Maria natus est, impudenter delirantes, epistolas 15
beati Kyrilli Alexandrinae ecclesiae praesulis synodicas ad Nestorium et ad alios per 460
Orientem congruas existentes suscepit ad conuincendas Nestorii uesanas, interpretatio-
11 nem uero eorum qui salutaris symboli pio zelo nosse desiderant; quibus etiam epistolam
magnae et senioris urbis praesulis beatissimi et sanctissimi archiepiscopi Leonis, quae
scripta est ad sanctae memoriae archiepiscopum Flauianum ad perimendam Eutyichis 20
malam intelligentiam, utpote et magni illius Petri confessioni congruentem et communem
quandam columnam nobis aduersus praua dogmata existentem, ad confirmationem
12 rectorum dogmatum utique | intellectum coaptauit. his namque qui in duos filios f. 30^r
dispensationis diuinae mysterium discerpere nituntur, obsistit, et illos qui passibilem
deitatem unigeniti ausi sunt dicere, a sacro coetu expellit; et his qui in duabus naturis 25
Christi temperamentum aut confusionem exquirunt, resistit, et eos qui caelestem aut
alterius alicuius esse substantiae dicunt quam ex nobis adsumpsit serui formam, ut
dementes abigit, et qui duas quidem ante unitionem naturas domini fabulantur, unam
13 uero post unitionem confingunt, condemnat. sequentes igitur sanctos patres unum
eundemque confiteri filium et dominum nostrum Iesum Christum consonanter omnes 30
docemus, eundem perfectum in deitate, eundem perfectum in humanitate, deum uere
et hominem uere, eundem ex anima rationali et corpore, consubstantialem patri secun-
dum deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia
nobis similem absque peccato, ante saecula quidem de patre genitum secundum deitatem,
in nouissimis autem diebus eundem propter nos et propter salutem nostram ex Maria 35
uirgine dei genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum filium domi-
num unigenitum, in duabus naturis inconfuse inmutabiliter indiuise inseparabiliter
agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem magisque salua
proprietate utriusque naturae, et in unam personam atque subsistentiam concurrentem,

14—17 repetuntur infra p. 155, 40—156, 4

15 delerantes PP₁ 18 nosse PRB₁N₁R₁ nos BN post desiderant postulat^r intellectum,
cf. Graeca τῶν . . . τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθοῦντων τὴν ἔννοιαν. u. infra ad 23 19 magnae BN N₁R₁
magne RB₁ magnam P 20 eutyichis P eutyches BNR eutyehetis B₁N₁R₁ 23 utique intel-
lectum PBNR atque intellectum B₁N₁R₁ intellectum huc ex 18 antiquissimo uilio translatum est
29 sequentes BNRB₁N₁R₁ sequenter P 30 consonanter BNRB₁N₁R₁ consonantes P
35 salutem nostram PRR₁ nostram salutem BNB₁N₁ 36/37 dñm PBRN₁R₁ dñ NB₁
39 in PRB₁N₁R₁ om. BN subsistentiam PBNB₁N₁R₁ substantiam R concurrentem
PBB₁N₁R₁ concurrente NR (recte)

non in duas personas partitum atque diuisum, sed unum et eundem filium unigenitum, deum uerbum dominum Iesum Christum, sicut ante prophetæ de eo et ipse nos Iesus
14 Christus crudiuit et patrum nobis symbolum tradidit. his igitur cum omni undique scrupulositate et diligentia a nobis dispositis, definiit sancta et uniuersalis synodus alteram fidem nulli licere proferre uel conscribere aut componere aut sentire aut docere
 5 aliter; eos autem qui ausi sunt componere fidem alteram aut proferre aut docere aut tradere alterum symbolum uolentibus uel ex gentilitate ad agnitionem ueritatis uel
 f. **30^a** ex Iudæis uel ex hæresi quacumque | conuerti, hos, si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clero; si uero monachi aut laici fuerint, anathematizari. «

10

15 »Dilectissimo fratri Flauiano Leo. Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur Leon. ep. 28
 fuisse tam seras, et gestorum episcopalium ordine recensito, tandem quid apud uos
 45) scandali contra integritatem fidei exortum fuisset, agnouimus, et quæ prius uidebantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis uidebatur, multum imprudens et nimis imperitus ostenditur, ut etiam de
 15 ipso dictum sit a propheta: noluit intellegere ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. quid autem iniquius quam
 Ps. 35, 4. 5 impia sapere et sapientioribus doctioribusque non cedere? sed in hanc insipientiam cadunt qui cum ad cognoscendam ueritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas uoces, non ad apostolicas litteras nec ad euangelicas auctoritates, sed ad semet
 20 ipsos recurrunt; et ideo magistri erroris existunt, quia ueritatis discipuli non fuerunt « et cetera quæ in eadem epistola usque ad finem continentur. Data Idus Iunias Asterio et Protogene consulibus.

13 Iun. 449

16 Posteaquam beati Chalcedonensis concilii expositionem uel beati Leonis epistolam de sancta et orthodoxa fide posuimus, quæ una eademque est trium præcedentium
 25 synodorum, id est Nicænæ, Constantinopolitanæ atque Ephesensæ primæ, et deo iuuantem in ea nos omni sinceræ mentis deuotione persistere fraternitas uestra et uniuersalis cognoscit ecclesia, necessarium ualde credimus pro eius seruanda per omnia reuerentia de supra scriptis trium capitulorum quæstionibus diligenter debere nos cuncta discutere
 17 et cauta promulgatione sententiæ definire. arbitramur ergo esse conueniens primum, 30
 sicut proposuimus, quid de epistola quæ ab Iba ad Marim Persam scripta dicitur, * * apertissima demonstratione declarare. dum igitur Ibas episcopus improbe a Samuhelo,
 f. **31^r** | Mara aliisque suis clericis impetitus et pro graui tamquam inpugnatae ab eo sanctæ fidei crimine epistola ad Marim Persam ei ab eisdem accusatoribus fuisset opposita nec non a Photio et Eustathio episcopis fuisset absolutus, quibus tunc a Theodosio
 35 piæ recordationis principe fuerat delegata cognitio, ac postea pro isdem a quibus fuerat purgatus criminibus per nefaria illa gesta Epheseni secundi concilii absens falsorum responsis testium, quam maxime eandem ad Marim epistolam eius esse adserentium, fuisset addictus, ueniens ad sanctam Chalcedonensem synodum hæc pro sua purgatione legitur adlegasse:

40

3—10 repetuntur infra p. 156, 23—29 [= P₁]

27 fraternitas uestra] quem alloquatur Vigilus, nescitur, quia initium epistolæ omissum est

29 cf. quæ ad caput epistolæ adnotata sunt

4 definiit ex definiuit corr. P definiit R N₁ P₁ definiuit R₁ definit B N B₁ 9 clericos B N R B₁ N₁
 R₁ P₁ clerici P 14 nomine Leo nomen P 18 doctioribusque ex doctoribusque corr. P
 23 protogene P 31 lacunam statuit Schw, supplendo e. g. (iudicandum est)

DE SYNODO CHALCEDONENSI IN ACTIONE DE IBA EPISCOPO HABITA POST ALIA ITA

L III 626 = 18
M VII 196

Ingressus Hibas reuerentissimus Edessenæ ciuitatis episcopus dixit: »Iniustitiam ab Eutythen et falsa figmenta perpeusus absens a quadraginta mansionibus et condemnatus, hic adueni impetrare clementiam, et adii sacrum et immortalem uerticem, et iussit uestram magnificentiam cum sancta hac et uniuersali synodo quæ aduersum me 5 sunt gesta, perquirere. deprecor igitur uos ut cognoscatis quia falsam accusationem pertuli et calumniam a quibusdam clericis. iubete ergo ea quæ iudicata sunt a Photio et Eustathio reuerentissimis episcopis, relegi. Vranus enim episcopus Hemeriorum, pro gratia Eutythis omnia agens, præparauit quosdam clericos accusare me et iudicium sibi prædictisque transmitti, et inuentus sum innocens a blasphemiiis quæ mihi inlatæ 10 sunt, et iudicatum datum est a præfatis reuerentissimis episcopis, accusationes quidem aduersum me per calumniam factas arguens, testificans autem me esse catholicum. iubete omnia quæ per absentiam meam in Epheso gesta sunt, euacuari et iustitiam mihi seruari, 460 qui sum in nullo culpabilis, et reddi mihi episcopatum pariter et ecclesiam. nam et omnes clerici Edesseni per quos scripserunt præfatis episcopis, testantur me esse 15 catholicum et alienus sum a nefariis blasphemiiis quæ mihi inferuntur« et cetera.

ITEM EX EIVSDEM SYNODI | ACTIONE VNDECIMA

f. 31

L III 634 = 19
M VII 204

Ingressus Ibas prædictus reuerentissimus uir dixit: »Deprecor magnificentiam uestram et hanc uniuersalem sanctam synodum. Eutythes aduersum me pro fide quædam falsa confinxit nec me in sancta synodo introire permisit.« et post alia: 20 »ob hoc etenim, sicut iam edocui, adii sacrum et immortalem uerticem, et iussit uestram magnificentiam et sanctam synodum audire quæ aduersum me gesta sunt, et cognouistis ex decreto quia in nullo culpabilis sum repertus.«

- 20 Claret igitur ab ipso initio quo Hibas Edessenæ ciuitatis episcopus sanctam Chalcedonensem synodum monstratur ingressus, epistolam quæ <ad> Marim Persam ab eo 25 scripta confingitur, quia sua fuerit, denegasse, adeo ut apertissime fateatur in secundi illius Epheseni concilii nefariis gestis iniustitiam se ab Eutyche et falsa figmenta per-
- 23 pèssum. constat autem in eadem secunda Ephesena audientia aduersus absentem prædictum episcopum hoc quam maxime flagitatum ut responsis testium iam pridem productorum accusatores eius niterentur ostendere Ibam episcopum 30
- 21 eam quæ ad Marim Persam scripta fuerat epistolam suam fuisse confessum. ex qua causa apparet eum, sicut ipse queritur, iniusta sententia fuisse damnatum. quod quia Ibas episcopus falsis figmentis falsaque accusatione et per calumniam aduersum se in secundo Epheseno prauo iudicio asserit concinnatum, euiden-

2 sq. utitur *Vigilius Actorum Chalcedonensium uersione antiqua, cuius extant codices B(arberinus 680), Parisinus 16832 = N, R(eginensis 1045); uitia leuia et orthographica non attuli*

17 quæ in uersione antiqua actio est undecima, Rusticus quem Conciliorum Collectores secuntur, fecit decimam

3/4 condemnatus P R condemnatur B condemnatur N 5 sancta B N R secunda P 6 quia P
quoniam B N R 8 hemeriorum P emeriorum B N emenorum R 9 eutythis R eutichis B N
eutythes P 10 blasphemiiis P R blasphemis BN inlatæ P inlata B N R 13 sunt P
cum Graecis sunt sub dioscoro B N R 15 per quos est falsa uersio eius quod in Graecis est δι' ἑν
16 translator miscuit constructiones, cf. *Graeca* ὅτι περ ὀρθόδοξος τυγχάνω καὶ ἀλλότριός εἰμι blasphemiis
P R blasphemis BN 25 ad om. P 26 confingitur *Harduinus* conpingitur P 27 eutyche// P

tissime declaratur a sæpe dicto Hiba episcopo memoratam ad Marim Persam scriptam
 23 epistolam quia sua fuerit, denegatam. huc accedit quod in illius concilii nefariis
 gestis ipsa [a] responsorum testium ab aduersariis episcopi Hibæ prolatio, quibus episto-
 lam eius fuisse falso nitebantur ostendere, nihil aliud indicat nisi quia in memoratorum
 24 Photii et Eustathii iudicio esse eiusdem Hibæ episcopi probari non potuit. nam si 5
 probata illic esset, gestis potius apud Photium et Eustathium habitis in Ephesena
 f. 32^r secunda synodo accusatores quam testibus uterentur; non enim de manifestis, | sed
 de incertis rebus producendorum testium necessitas inrogatur. unde iustissime Hibas
 episcopus, agens apud sanctum Chalcedonense concilium, falsos eosdem testes redar-
 guens, se absentem in secunda Ephesena synodo per figmenta potius quam per ue- 10
 ritatem accusationem perpessum esse conqueritur, quippe qui nouerat se in iudicio
 præfatorum episcoporum Photii et Eustathii nulla ab eisdem accusatoribus obiectione
 conuictum; contraque ad demonstrandam plenius innocentiam suam, Photii atque
 25 Eustathii episcoporum iudicatum relegi postulauit. in quorum iudicio dum ab accu-
 satoribus libellus fuisset oblatus, incipiens ita: »Nos equidem optabamus omne tempus 15 L III 643 =
 uitæ sine litigio uiuere; quoniam autem ea quæ audacter gesta sunt aduersus nostram M VII 220
 ecclesiam et sanctissimam patrum nostrorum fidem a uenerabili episcopo nostro Hiba
 iniustitiæ proxima, impulerunt nos ad hanc accusationem descendere« et reliqua, dum-
 46^r que ab eisdem cognitoribus per interlocutionem decretum fuisset, ut a generali accu- L III 646^d =
 satione descendentes, singillatim ex scripto accusatores quæ aduersus Hibam episcopum 20 M VII 221^b
 dicerent capitula designarent, nihil aliud, quantum ad fidei causas pertinet, id est quod
 patrum fidem, ut accusatores dixerant, inpugnare uideretur, nisi hoc tantummodo
 ab eis accusatio scriptis oblata noscitur continere, quia beatum Kyrillum appellat
 26 hæreticum et ob hoc Nestorianus esse monstratur. ita enim dicit: »quia Nestorianus L III 650^c =
 est et beatum Kyrillum episcopum hæreticum appellat.« quod in se maxime quæ 25 M VII 225^c
 ad Marim Persam scripta legitur, certum est epistolam continere, quodque statim iudices
 pro graui hæreseos dictum pondere se suscepisse sua interlocutione testati sunt, dicentes
 27 ita: »Quando obiurgatio capitulum sequitur animæ periculum ferens, superfluum L III 651^a =
 iudicamus inquisitionem fieri ceterorum. quæ igitur manifeste interdicta sunt et ca- 30 M VII 228^c
 nonibus et legibus et sunt aperte odiosa deum timentibus, hæc eligite primitus et his
 instate. uidetur autem nobis hæc esse integra, primo quidem rectæ esse fidei oportere
 f. 32^u 28 qui sacerdotio fungitur, et ita esse totius luxuriæ liberum« et cetera. quis ergo dubitet
 ex eo iudices capitulum ad animæ periculum pertinere dixisse et ex eo censendum non
 rectæ fidei sacerdotem qui beatum Kyrillum appellauit hæreticum, cum nihil aliud
 in accusatione ante hanc interlocutionem propositam de causis ad fidem pertinentibus 35
 29 dictum sit nisi quia »Nestorianus est et beatum Kyrillum appellauit hæreticum.« ex
 quo satis apertum est epistolam ad Marim Persam scriptam, quæ beati Kyrilli dogmata,
 quibus non consentientem Nestorium constat esse damnatum, definiendo rectæ fidei
 esse contraria, beatum Kyrillum appellaret hæreticum, ab aduersariis Hibæ episcopi,
 quia eiusdem Hibæ fuerit, nullo modo comprobata nec eundem Hibam quia eius 40
 fuerit, fuisse confessum, quoniam si apud præfatos iudices ab Iba factam doceri potuisset
 epistolam, numquam eorum sententia Ibas meruisset absolui, cum tanto interlocutionis
 suæ pondere fidei prius causam quæri magnopere uoluerunt, quam in beatissimo Kyrillo,
 qui ab Iba nominatus dicebatur hæreticus, æstimauerunt fuisse grauissimam.

3 a del. Schw prolatio Harduinus prælatio P 9 chalcedonensem P 10 absente P
 12—14 nulla — episcoporum in mg. P 22 fide P 28 superflua B N R 29 manifesta B N R
 indicta P 31 uidetur P R uidetur B N integra] pro τὰ κάρια *interpret* uidetur legisse ἀκήρια
 32 et ita P ita B N R εἶτα *Graeca* 33 cessendum P 42 tanto Schw tantæ P 44 grauissima P

30 Nam et subsequens constituti textus his conuenire quæ dicta sunt, per sua loca subter adnexa euidenter ostenditur. ad petitionem namque Hibæ Photii atque Eustathii episcoporum in memorato sancto Chalcedonensi concilio relecta serie iudicati, hæc post aliqua prædictos iudices, dum de accusationis aduersus Ibam episcopum institutæ ordine loquerentur, in sua claret dixisse sententia, quæ ita se habent: 5

L IIII 627 = 31
M VII 197

»His ergo dantibus capitula quædam et rogantibus ut horum fieret subtilis inquisitio, incumbentes nos capitulis et inuenientes in his inmissionem quandam aduersus Hibam reuerentissimum episcopum, quasi non recte saperet, sed alia præter piam doctrinam doceret, necessarie ex hoc prius inquisitionem cum magna diligentia facere sumus impulsus. præcepimus etenim accusatoribus dici quæ essent quæ ab episcopo Hiba dice- 10 rentur, sicut | ipsi dicebant, pii dogmatis aliena. dixerunt eorum ipsorum quædam, f. 33^r

L IIII 630 = 32
M VII 200

et cum multa mota fuissent, quæ in actis inserta sunt, et post pauca iidem iudices ita dixerunt: »et consiliis, pietatem ubique præponentes et inquirentes, præparauimus reuerentissimum Hibam episcopum, quod et ipse ad satisfactionem eorum quæ leui 462 dicta fuerant, sapuit ex scripto dare quid sentit uel sapit de pia nostra fide; quod et fecit. 15 ex abundanti autem prædictus reuerentissimus uir promisit et in suæ <ea> eloqui ciuitatis ecclesia et manifeste anathematizare malignæ impietatis principem Nestorium et eos qui sicut ille sapiunt et qui uel libris uel codicibus eius utuntur. confessus est autem sic se credere, sicut continent litteræ quæ uenerant inter reuerentissimæ et sanctissimæ memoriæ Iohannem magnæ Antiochenæ ciuitatis episcopum et Kyrillum maximæ Alex- 20 andrinorum ciuitatis episcopum, quibus ministrauit beatæ memoriæ Paulus Emesinorum ciuitatis episcopus, ex quibus uniuersalis consensus efficitur, consentire autem et in omnibus quæ nuper gesta sunt a sancta synodo quæ conuenit in regia et Christiana Constantinopoli ciuitate, habere autem omnia quæ placuerunt in Epheseno metropolitano concilio quod a sancto spiritu mouebatur, æqua autem huic iudicare quæ in 25 Nicæa sunt constituta, et nullam differentiam arbitrari eius ad aliam. et nimis eius sanctitatem laudauimus, quod prone sapuerit curare eos qui uel suspicione uel alio quoquo modo eius læderent opinionem doctrinæ« et cetera.

33 Constituti igitur quod a uiris uenerabilibus Photio et Eustathio prolatum est, tenere perpenso, in quo dicitur »dantibus capitula accusatoribus«, quæ utique dari, 30 sicut superius legitur, nisi scripto minime potuerunt, inuenta[m] illic inmissione[m] aduersus Hibam episcopum facta[m] quod alia præter piam doctrinam saperet uel doceret, nihil aliud pronuntiasse iudices clarum est, negotio, ut ipsi memorant, subtiliter inquisito, | quam per inmissionis figmenta calumniose aduersus Hibam episcopum f. 33^u

23—24 i. e. synodus quæ a. 448 inde ab 8. usque ad 22. Nov. Constantinopoli a Flauiano contra Eutychen habita est

13 consiliis P multis usi consiliis B N R sicut Graeca 14/15 eorum quæ leui dicta fuerant uitio non tantum translatoris quantum librarii laborant; ex Graecis enim τῶν λεγόντων βεβλαφθαί apparet in leui latere lædi 15 sapuit P BN rapuit R ἀρπάσαντα Graeca cf. ad 27 16 /// abundantia P abundanti B R habundanti N suæ eloqui P sua ea eloqui B N R ciuitatis PR ciuitatem BN 19 uenerant P uenerunt B N R; expectatur conuenerunt, cf. Graeca τὰ γράμματα τὰ τῆς συμβάσεως τῆς γεγενημένης μεταξὺ κτλ. 24 constantinopolim ciuitate P constantinopolim ciuitatem B N R 24/25 ex Graecis quæ sunt ἔχειν δὲ τὰ δεδογμένα ἐν τῇ Ἐφεσίῳν μητροπόλει ἅπαντα ὡς παρὰ συνόδου ὑπὸ ἁγίου πνεύματος κινήσεως apparet hæc corrupta esse ex Ephesena metropoli tamquam a) concilio 25 æqua et sunt ex æquam et est antiquitus corrupta; cf. Graeca ἴσην τε αὐτὴν ἠγεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσῃ quæ B NR qui P 27 sapuerit PBNR = ἀρπάσαντα 28 qui læderent opinionem = τοὺς . . . βεβλαμμένους περι τὴν ὑπόληψιν 31/32 inuentam — inmissionem — factam P emend. Schen

- 34 accusationem esse propositam, non studio ueritatis. et quid est quod in capitulis scripto porrectis accusatores contra episcopum Hibam de fidei causa detulerant, nisi quod Nestorianus esset beatum Kyrillum hæreticum nominando, quem in Apollinaris L IIII 662^d = incidisse hærese[m] et hæretica conscripsisse epistola quæ ad Marim Persam scripta perhibetur, adfirmat? unde clarum est Hibæ episcopi eandem epistolam non fuisse, 5 cum ei per inmissionis falsitatem quod eadem epistola continet, iudices testentur obiectum. quem memorati superius constituti locum questioni episcopi Hibæ manifestum est conuenire, per quam in sancto ac reuerendo Chalcedonensi concilio Vranium L IIII 626^e = episcopum queritur pro Eutyichis agentem gratia quosdam clericos qui suæ accusationi M VII 196^b insisterent, præparasse; ex quo satis apparet ipsam inmissionem in sua sententia Photium 10 et Eustathium iudices tacito inmittentis nomine lacerasse, quam Hibas episcopus palam in sancta Chalcedonensi synodo expresso concinnatoris uocabulo denotauit. non est igitur ambiguum hoc quod ad criminandum beatum Kyrillum pertinet et pro hæresi <seu> scismate Hibæ constat obiectum idque epistolam continere manifestum est, ab accusatoribus inmissionis calliditate confictum et accusati negatione et iudicum defenitione fuisse monstratum.
- 36 Adicitur quoque eiusdem pagina constituti quod »ad satisfactionem eorum quæ« p. 144, 14 ab accuatoribus »leui dicta fuerant, sapuit« Hibas episcopus »ex scripto dare quid 463 sentit uel sapit de pia fide«. unde apparet consequenter Hibæ episcopi accusatores notari per omnia falsitatis, qui inconsulto simultatis calore lapsi, leuiter potius quam 20 uere criminati fuisse Hibam monstrantur episcopum, adeo ut aduersus ea quæ tenor epistolæ ad Marim Persam scriptæ in obtrectationem beati Kyrilli et duodecim capitulorum eius adseruit et eadem accusatorum leuitate atque falsitate obiecta Hibas dixisse conuinci non potuit, ex scripto insuper idem Hibas episcopus quid de pia fide sentiret, f. 34^r ostenderet, tamquam puritati suæ sufficere non iudicans quod conuinci aliquid contra 25 rectam fidem dixisse non potuit, nisi etiam ipsam fidem qualiter semper retinisset animo, sua sententia publicaret; quod uel iudicibus uel ipsi Hibæ episcopo necessarium minime fuerat, si supra dicta epistola et eius esse et orthodoxo sensu dictata potuisset 37 ostendi. quapropter diligenter adtendendum est quod dicitur ad satisfactionem eorum quæ leui dicta fuerant, prone sapuisse Hibam episcopum ex scripto ostendere 30 quid de pia fide sentiret. euidenter etenim clarum est ita epistolæ ad Marim textum pio dogmati inueniri contrarium, ut quamuis leuitate accusantium quam rerum ueritate Hibæ episcopo firmetur obiecta, tamen ne uel hoc quod false ipsius dicta fuerat, eius catholicæ fidei derogaret, prone sapuit contra illius impietatem quid de pia fide sentiret, ostendere. neque enim de orthodoxæ fidei sinceritate quid sapiebat, necessarium 35 esset scripto depromere, nisi in illa epistola quæ ei obiecta fuerat, clareret perfidiæ macula quam uitabat. constat igitur et eius non esse epistolam, quæ leuitate accusantium obiecta firmatur, et fidei rectæ aduersariam, contra cuius obiectionem ex scripto recta fides opponitur.
- 38 Rursus consequenter et euidentius ad Hibæ episcopi purgationem in eodem adstruitur iudicato quod Hibas episcopus ex abundanti promississe memoratur manifeste p. 144, 16 anathematizare malignæ impietatis principem Nestorium et eos qui sicut ille sapiunt uel qui libris aut codicibus eius utuntur, habere autem se omnia quæ placuerant in Epheseno concilio, quod a sancto spiritu mouebatur, nihilque a Nicæno differre con-

3 apollinaris P 4 incidisset P hæretica Schw hereticam P epistola Schw eplam P
 14 seu suppl. Schw 15/16 et accusati — monstratum in mg. add. P 26 dixisse — fidem in mg.
 add. P 32 pio Schw pium P 35 ostendere Schw ostenderet P 36 depromere Schw depromeret P
 41 iudicato Schw iudicatum P

- 39** cilio. porro autem epistola quæ ad Marim Persam scripta relegitur, non solum non habere quæ in Epheseno primo concilio gesta sunt, sed etiam graui execratione respuisse et condemnasse monstratur, quippe cum et Nestorium iudicio et inquisitione non facta memoret esse damnatum et beatum Kyrillum in Apollinaris hæresem incidisse et ei similia scripsisse pertinaci ac | sacrilego errore definiat et duodecim beati Kyrilli capitula 5 f. 34^o
- 40** omni impietate plena et rectæ fidei contraria nuncupasset. unde eidentissime declaratur quia ex professione Hibæ episcopi, per quam ex abundantia, ut attestantur iudices, uniuersa quæ in Epheseno primo concilio gesta sunt, seruare et recipere profitetur, quia eius fuerit, epistolam denegatam. nam si eius esse constitisset epistolam, in qua, ut dictum est, Ephesena prima synodus inpugnatur, non dicerent iudices Hibam 10 episcopum ex abundantia inter alia promisisse habere omnia quæ placuerunt in Epheseno primo concilio, sed pro correctione potius declaranda dicerent necessarie coactum prædictum episcopum illa recipere quæ ab eo pridem per epistolam fuerant improbata; non enim ex abundantia professus Hibas diceretur episcopus, si ipsa rerum necessitate 464
- 41** cogente, ut appareret orthodoxus, fateretur. cui etiam dilucidæ rationi consequenter 15 quæ inferius continentur eiusdem iudicati uerba proficiunt, quibus dicitur: »ita etenim eius sanctitatem laudauimus quod prone sapuerit curare eos qui uel suspicione uel quoquo modo eius læderent opinionem doctrinæ« et cetera. ex quibus uerbis apertissime claret ex abundantia hoc quoque Hibam episcopum fuisse professum, per quod non ueritas, quæ de eo probata non fuerat, sed etiam suspicio, si potuisset accedere, 20
- 42** purgaretur. cum autem epistola ad Marim Persam scripta non ea quæ quandam suspicionem facerent, sed apertissima et manifesta Ephesenæ primæ synodi et duodecim capitulorum beati Kyrilli legatur crimina continere, nemini uenit in dubium quin Hibæ episcopi minime probata fuisset epistola, qui ex abundantia etiam de suspicionibus liber ostensus est; et quomodo de ueritate reprehensibilis facti argui poterit 25 qui de suspicione quoque reddi uoluit alienus?
- 43** His igitur ita se habentibus congruenter et una eademque suadente iustitia, etiam legatorum sedis apostolicæ interlocutio prolata subsequitur, quæ ex decreto proprio Photii atque Eustathii uenerabilium episcoporum, | tam de his quæ ex scripto accu- f. 35^r satores dederunt, quam de his quæ inter gesta locuti sunt, id est ab omni accusatione 30 inculpabilem et liberum Hibam fatetur episcopum repperiri, et id tantummodo postulat, ut utrum sententiam suam Photius atque Eustathius uenerabiles uiri recognoscerent, sua professione signarent. ita enim se habet:

L IIII 631^c 44 Paschasinus et reliqui episcopi per presbyterum apostolicæ sedis dixerunt: »Sanctissimi episcopi qui decreto proprio et inculpabilem et omni accusatione liberum Hibam 35 reuerentissimum declararunt, si propriam sententiam recognoscunt, edicant.«

Photius reuerentissimus episcopus Tyru dixit: »Etiam; nostrum est decretum.«

Eustathius reuerentissimus episcopus Berytu dixit: »Mea <est> subscriptio«, et reliqua.

- 45** Ex qua inquisitione cum tantummodo de recognoscenda sententia iudices monu- 40 issent, nihil de qualitate sententiæ dubitantes, immo etiam quia per eam Hibas episcopus liber ab omni accusatione inuentus sit, adprobantes, dilucide aperteque monstratur

4 apollenaris P 5 pertinaci ac *Harduinus* pertinacia P 9 epistolam³ Schw epistola P
 16 ita etenim P et nimis *supra* p. 144, 26 cum B N R 17 laudabimus P 21 scriptam P
 28 quæ Schw qua P 31 fatetur Schw fateretur P 32 cognoscerent P 35 et¹ P om. B N R
 cum *Graecis* 37 tyru P tyri B N R 38 uerytu P beritu B beritii N byritu R est B N R om. P

decreto uenerabilium Photii atque Eustathii episcoporum etiam legatorum apostolicæ sedis indubitabilem accessisse consensum quia, sicut dictum est, ab omni accusatione liber Hibas extitisset episcopus.

46 Relecto itaque Photii atque Eustathii episcoporum quod pro se Hibas episcopus protulit, iudicato et ab eisdem iudicibus, sicut supra dictum est, repetita professione 5 recognito, cum in subsequentem diem de persona eiusdem Hibæ episcopi fuisset cognitio protelata, rursus ingressus Hibas episcopus hæc legitur fuisse conquestus:

47 »Deprecor magnificentiam uestram et hanc uniuersalem sanctam synodum. Euty- L III 634^b =
ches aduersum me pro fide quædam falsa confinxit nec me in sancta synodo introire M VII 204^d
permisit; per quadraginta mansiones inuicem per diuersos ordines direxit me; uiginti 10
et amplius carceres mutauit, tamquam non esset carcer in Antiochia, in ordine comi-
tianorum dicentibus mihi quia 'damnatus es'. si uidetur ergo magnificentiæ uestræ
et sanctæ uestræ synodo quæ sine iudicio in absentia mea aduersum me gesta sunt,
infringere, in uestra erit potestate. ob hoc etenim, sicut iam edocui, adii sacrum
465 et inmortalem uerticem, et iussit uestram magnificentiam et sanctam synodum audire 15
f. 35^u quæ aduersum me gesta sunt, et cognouistis ex decreto | quia in nullo culpabilis sum
repertus.

48 His ergo in querelam deductis claret Hibam episcopum apertissimis deplora-
tionibus allegare quod in secretario superiore conquestus est, ea quæ in sceleratis illis
gestis Ephesenæ secundæ synodi aduersus eum de fide gesta sunt, ab Eutythen fuisse 20
conficta, ubi, sicut iam superius dictum est, per introducta contra absentem responsa p. 143, 2^{sq.}

49 testium maxime epistolam ad Marim Persam eiusdem fuisse docere conati sunt. quam
epistolam in hoc loco duplici modo ab Hiba episcopo, sicut et superius adsertum est,
denegatam euidenter apparet. primo quod accusatoribus eius ipsa productio testium
nisi contra negantem necessaria non fuisse conuincitur; nemo enim contra illum testium 25
responsis indiget, quem uiderit quod ab eo factum arguit, confiteri. quam negationem
suam Hibas episcopus euidentius ex formidine accusatoris ostendit, dicens: »nec me
in synodo introire permisit«; ita enim contra se falsos testes eum præparasse testatur,
ut cum suam aduersarii studio profligatam queratur absentiam, confirmet se præsentem
50 non potuisse conuinci. deinde quod in sancto ac reuerendo Chalcedonensi concilio 30
præsens Hibas episcopus, dum ea quæ aduersus eum in Ephesena secunda testibus
aliisque modis gesta sunt, ficta conqueritur, epistolam quam eius esse illic responsis
testium dictum false fuerat, aliena < m a se e > sse procul dubio profitetur. unde et
competenter sequitur quia sancti illic in Chalcedona residentes iudices ex decreto Photii
atque Eustathii in nullo eum cognouerint esse culpabilem, apertissime profitentem 35
quod ea quæ de fide aduersus eum accusatores tam in libello apud Photium et Eusta- p. 143, 15^{sq.}
thium episcopos oblato, in quo dixerunt eum plurima contra fidem patrum dicere,
quam in capitulis ex scripto datis, in quibus dixerunt »Nestorianus est et beatum Kyrillum p. 143, 24
appellat hæreticum«, nec non < quæ > et in his sunt dicentes eum publice adlocutum
»non inuideo Christo facto deo; in quantum enim factus est, et ego«, quam accusationem 40 L III 651^d =
uidere licet eorum et in quibus eum Nestorianum esse et beatum Kyrillum hæreticum M VII 237^c

5 iudicatum P 11 mutauit PBN cum Graecis mutauit R 11/12 falsa uersio est Grae-
corum quae sunt ὡς εἶμι [= dum sum] ἐν φυλακῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὸ τὴν κομητικὴν τὰ εἶν, λέγουσί μοι
[= dicunt mihi] ὅτι »καθηρέθης* pro εἶμι ἐν legit interpret εἰ μὴ ἦν 13 gesta sunt PBN gestum est R
19 alligare P in exceleratis P 21 conficta Harduinus confecta P 29 aduersari P
31 testibus Harduinus testatus P 33 alienam a se esse Baluae alienasse P 39 quæ add. Schw
41 uidere licet Schw uidelicet P

appellasse dixerunt, false aduersus se ab accusatoribus fuerint intimata et ita iudicato
 | quoque uencrabilium Photii atque Eustathii episcoporum quia leuiter <ac> false f. 36^r
 dicta sint, <sit> constitutum, adeo ut ex eodem decreto ab omni accusatione liber et
 51 in nullo inuentus culpabilis diceretur. quod cum ita sit, euidenter ostenditur epistolam
 p. 146, 3^{sq.} ad Marim Persam scriptam, quæ duodecim beati Kyrilli capitula omni impietate plena 5
 et rectæ fidei dicit esse contraria et Nestorium iudicio et inquisitione non facta dam-
 natum, nullo modo quia Hibæ fuerit, adprobatam, quippe cum ipse de se apertissime
 fateatur quod ea quæ de fide aduersus se accusatores dixerint, false dixissent; cum
 si aut ipse suam esse epistolam fateretur aut ab accusatoribus aliqua fuisset probatione
 conuictus, non utique Photii atque Eustathii episcoporum iudicio, in quorum examine 10
 hæc fuerunt flagitata, absolutissime censeretur quod leuiter ac false ac per inmissionem
 52 quamdam ab accusatoribus suis Hibas episcopus fuerit impetitus, <cum sine> necessitate
 et Nestorium anathematizauerit et omnia quæ in Epheseno primo placuerunt concilio, 466
 se habere tamquam ea quæ in Nicæa acta sunt, uoluntaria professione testatus sit;
 quæ utique ab epistola quæ ad Marim Persam scripta dicitur, excusato Nestorio constat 15
 esse reiecta, propter quod nulli uenit in dubium quod ea quæ aduersus nos false dici
 asserimus, neque a nobis dicta neque a nobis facta esse omnimodis fateamur et quæ
 ex abundantia recepisse adstruimus, et antea tenuisse firmemur.
 53 Ad huius quoque indubitabiliter ostendendæ negationis augmentum commode
 sequentium gestorum ordo conecitur. cum enim quidam iam in sancta Chalce- 20
 donensi synodo absolutioni Hibæ episcopi uocem contradictionis opponere
 et ingredi eius accusatores iudices præcepissent, ingressus Theophilus diaconus cum
 aliis, dum interrogaretur utrum accusaturus Hibam uenisset episcopum, ita respondit:
 L IIII 634^e = »Accusatores manifesti sunt, et hic non sunt. ego diaconus sum, et scio uolentiam
 M VII 205^d ciuitatis; et si accuso, testes non adsunt, et denegat.« quæ accusatoris responsio 25
 manifestat quod ita ea quæ apud Photium et Eustathium episcopos obiecta sunt, dene-
 gauit Hibas | episcopus, ut in Chalcedonensi synodo, cum ipsa idem a se obicienda f. 36^u
 54 nosset, ab Hiba episcopo deneganda confirmet. unde quorundam ualde est stupenda
 contentio, qui epistolam ad Marim Persam scriptam, ab accusatoribus pro magno crimine
 obiectam et in Chalcedonensi synodo ex gestis apud Photium atque Eustathium epi- 30
 scopos habitis rursus ad conuincendum, ut putabant, Hibam episcopum proferendam,
 eundem Hibam episcopum quia sua fuerit, mentiuntur esse confessum, cum, <ut> supra
 dictum est, accusatores ipsius, præcedentes negationes eius experti, ea quæ a se ex
 55 memoratis gestis obicienda nouerant, certissime negaturum esse testentur. in tan-
 tum enim in illo Photii atque Eustathii episcoporum iudicio Hibam episcopum, con- 35
 scientiæ suæ ueritate subnixum, sciebant ea quæ ab accusatoribus proposita fuerant,
 denegasse, ut in sancto Chalcedonensi concilio etiam ipsis Photio atque Eustathio præ-
 sentibus, quorum pridem iudicio res fuerat agitata, confirment denuo negaturum; num-
 quam enim accusator, isdem rursus in cognitione sedentibus, Hibam episcopum diceret
 negaturum, si apud eos in priore iudicio sciret iam fuisse confessum. 40
 L IIII 635^a 56 Post hæc cum interlocutio iudicum in Chalcedona residentum quæreret ab accu-
 = M VII 205^d satoribus Hibæ episcopi, utrum scriptas probationes præbere de re aliqua potuissent,
 Theophilus diaconus dixit: »Habeo monumenta quæ super hoc gesta sunt in Beryto,
 57 et quæ in Epheso« et cetera. animaduertendum est igitur quod nihil aliud contra

2 ac suppl. Schw
 rate P agitata Baluze, sed cf. p. 142, 29
 cf. Pelagii epistulam primam p. 105, 32
 nec:um P
 38 negatorum P

3 sit suppl. Schw
 7 adprobatam P
 12 cum sine suppl. Schw
 32 ut suppl. Baluze

9 fuisse P
 11 flagi-
 10 argumentum Baluze, sed
 30 subnixum Harduinus sub-

Hibam episcopum aduersarii eius quod in Chalcedonensi proferrent synodo, se habere dixerunt nisi ea quæ apud Photium et Eustathium episcopos et postea in Ephesena
 58 secunda de eo sunt habita monumenta. ex quo apparet non sibi eos iudicasse sufficere, immo contra se futurum potius æstimasse, si ea tantummodo quæ apud memoratos Photium et Eustathium episcopos aduersus Hibam episcopum gesta sunt, legentur, in quibus neque testibus neque sua monstrabatur confessione conuictus, nisi
 f. 37^r et ea proferri quæ nefarie in secunda Ephesena synodo acta sunt, poposcissent, | in
 467 quibus illis falsis testibus uterentur, qui Hibam episcopum epistolam quæ ad Marim Persam scripta est, mendaciter suam esse dixerunt confessum. certum est igitur nullum aduersus Hibam probationis, ut putabant, habuisse eius aduersarios documentum, nisi hoc solummodo quod in illa non dicenda synodo aduersum se Hibas episcopus
 59 per sui absentiam adstruit fuisse confictum. quod in sancta Chalcedonensi synodo residentes iudices rei ueritate permoti, suæ interlocutionis iustitia submouerunt, interrogantes Thalassium atque Eusebium episcopos, qui tunc in secunda Ephesena cum aliis adfuerunt, utrum eorum audientiam præsens Hibas fuisset expertus. qui dixerunt: »Non aderat.« qua responsione cognita, Orientales et Pontici episcopi in Chalcedonensi concilio clamauerunt: »Absentem nullus addicit.« quorum interlocutio, ita prolata, ea quæ aduersus Hibam episcopum in secunda Ephesena gesta sunt, euidenter euacuat, ad illorum, id est Photii et Eustathii, consequenter omne remittens
 61 acta negotium, quorum iam sententia Hibam episcopum nouerant absolutum. quod in sequentibus euidentiore iudicum interlocutione signatur, qui gesta nefaria secundæ Ephesenæ synodi contra Hibam episcopum pro execratione atque mendacio sui habita relegi uetuerunt. nam ut apertius manifestetur intellegi, Hibam episcopum uniuersa quæ ab aduersariis in iudicio Photii atque Eustathii episcoporum obiecta fuerant et nunc in sancto Chalcedonensi concilio ex gestis quæ Theophilus proferebat, obicienda erant, 26 indubitabiliter denegasse, interrogatio iudicum in Chalcedona residentum uel responsio Photii episcopi sine cuiusquam ambiguitatis patefecit obstaculo, quæ ita se habent:

L IIII 635^b =
M VII 208^bL IIII 674^b =
M VII 257^bL IIII 635^e =
M VII 208^d

80

62 »Magnificentissimi et gloriosissimi iudices dixerunt: »Hibas igitur reuerentissimus a suis accusatoribus est conuictus?«

Photius reuerentissimus episcopus dixit: »Non«, et cetera.

Quid hac probatione clarius, quid euidentius dici potest quam ut ea quæ accusator
 f. 37^u propositurus negaturum Hibam confirmauit episcopum, hæc quoque | ipse Photius iudex, apud quem pridem gestum fuerat, confitens, quia non conuictus esset Hibas
 63 episcopus, eum procul dubio quæ obiecta sunt, negasse testetur? quam negationem maxime ad epistolam quæ ad Marim Persam scripta legitur, pertinere sequentium 35 declarat ordo gestorum. nam cum ad documentum eorum quæ in iudicio Photii et Eustathii ex scripto dederant, id est quia Nestorianus esset et beatum Kyrillum
 p. 147, 37^{sq.} appellasset hæreticum, blasphemias illas protulissent, quas se putabant testibus probaturos, id est »non inuideo Christo deo facto«, et reprobatis testibus nihil ex eis ostendere potuissent, ad illa quæ pridem ex scripto dederant, redeuntes, hoc quod epistola
 40 L IIII 659 =
M VII 240^b ad Marim Persam scripta continet, obiecerunt, id est quia beatæ memoriæ Kyrillum
 64 et duodecim eius capitula appellasset hæretica. cui parti Photius atque Eustathius iudices, sicut superius ipsi professi sunt, diligentius incumbentes, modo ab eodem Hiba episcopo perscrutantes, modo probationes ab accusatoribus exigentes, utrum aliquid

4 si Schw se P
29 acusatoribus P

13 suæ Schw sunt P

21 iudicium P

22 sui P superflua Schw

post unitatem ecclesiarum factam in obtreptione beati Kyrilli a sæpe dicto Hiba episcopo dictum sit, uehementer et sagacissime quæsiuerunt; aduersum quæ Hibas respondens episcopus omnibus exceptionibus suis eam quæ ad Marim Persam scripta legitur, inpugnauit epistolam, asserendo quia post unitatem et pacem inter beatum ⁴⁶⁸ Kyrillum et Orientales factam in nullo beato Kyrillo derogasset. porro autem sæpe ⁵ dicta ad Marim Persam scripta epistola iam post unitatem pacemque ecclesiis restitutam et beatum Kyrillum incidisse in Apollinaris hæresem eique similia conscripsisse confirmat et duodecim eius capitula asserit rectæ fidei esse contraria, Nestorium autem iudicio et inquisitione non facta damnatum. quod scriptor epistolæ non per suum aut alicuius alterius intelligentiæ euenisse dicit errorem, ut beatus Kyrillus conscripsisse ¹⁰ hæretica dogmata putaretur, sed ita in ea prauitate idem confictor epistolæ permanens, illa orthodoxa beati Kyrilli dogmata hæretica uidetur | adstruere, ut ab eis potius ^{f. 38r} beatum Kyrillum ueluti abnegantem quæ prauè conscripserat, asserat recessisse. quæ ^{L IIII 666^b 66} omnia Hibæ episcopi professioni qua se ab aduersariorum obiectione tuetur, esse con- ^{= M VII 248^b} traria quicumque pio ac recto corde legit, intellegit. neque enim ipsi iudices tanta ^{L IIII 659^b =} diligentia, si quid uel leui derogatione post unitatem dictum sit, exquirentes, Hibam ^{M VII 240^a} episcopum, si eius esse tam aperte blasphemantem epistolam conprobassent, paterentur ⁶⁷ sine ultione transire aut dicerent non esse conuictum. quæ autem beati Kyrilli maior iniuria potest uel exquiri uel fieri quam dogmata eius quæ in Ephesena prima exposuit, hæretica definire, per quorum orthodoxam prædicationem uiuus ac mortuus ²⁰ omnibus honorabilis et reuerendus existit? quæ dogmata beati Kyrilli dum per epistolam ad Marim Persam scriptam, posteaquam adunati sunt beatæ memoriæ Kyrillus et Iohannes Antiochenæ ciuitatis episcopi, constet profana uoce omnimodis inpugnari, quis sana mente possit aduertere Hibam, negantem quia post unitatem aliquid aduersum beatum Kyrillum dixerit, epistolam non negasse, quæ post illam unitionem ²⁵ eius dogmata esse definit hæretica. nisi forte aliquis ita ab humani sensus ratione discedat, ut credat Hibam nihil de beato Kyrillo dixisse contrarium, si eum hæretica conscripsisse testetur et circa eius personam arbitretur eundem Hibam seruasse reuerentiam, si sanctam doctrinam, qua reuerendus est omnibus, accusauit. atque ideo si singularis beati Kyrilli iniuria est eius damnasse doctrinam et hæreseos aperta uidetur ³⁰ professio prædicationi derogare catholicæ, si Hibæ probaretur epistola, in qua utraque manifestum est contineri, numquam Hibas episcopus, utrumque negando, ex utroque meruisset absolui.

⁶⁹ Huc accedit quod luce clarius demonstratur nullum etiam tempus inueniri posse, neque ante adunationem neque post unitionem beati Kyrilli cum Orientalibus factam, ³⁵ quo eadem epistola ab Hiba episcopo scripta doceatur. nam <cum> ipsius tenor epistolæ euidenter | ostendat quia post unitatem pacemque ecclesiis reformatam in ^{f. 38v} derogatione beati Kyrilli eiusque dogmatum facta sit, Hibas uero post adunationem beati Kyrilli cum Orientalibus factam nihil se tale aliquando dixisse testetur, constat neque ante adunationem, quia hoc in eiusdem epistolæ tenore non legitur, neque post ⁴⁰ adunationem, quia hoc Hibas sua professione denegat, ab eodem Hiba memoratam ⁷⁰ epistolam fuisse conscriptam. et ut nulli prorsus habeatur ambiguum in eadem negatione qua cœperat, Hibam episcopum perstitisse et hoc ex præsentis Hibæ uerbis ⁴⁶⁹ iudices ita sensisse et accusatores eum tamquam negantem uoluisse nec præualuisse

7 apollinaris P
se Schw quare P
34 accidit P
Schw aliquid P

9 iudicio Baluse iudicium P
23 inpugnari Schw inpugnare P
nullus P
36 quo Baluse quod P
42 habeatur Baluse habetur P

12 uidetur Schw uideretur P
14 qua
28 postulatur idem Hibas
cum suppl. Schw
39 aliquando

conuincere, ipsius necesse est interlocutionis iudicum et prosecutionis accusatorum quæ in sancta Chalcedonensi synodo ex gestis Photii et Eustathii releguntur uerba pensemus, quæ ita se habent:

»Reuerentissimi episcopi«, id est Photius et Eustathius, »dixerunt: »Si post mor- L IIII 662^b =
tem beati Kyrilli reuerentissimus Hibas episcopus cum uisus est hæreticum nominasse 5 M VII 241^a
et hæreticum habuisse, monstrate.«

Maras dixit: »Probamus«.

Quod procul dubio neque iudices adhuc probari quærent neque accusatores repromitterent probaturos, si hoc Hibas episcopus non negasset.

- 71 Licet ea quæ superius in gestis apud Photium et Eustathium habitis eorumque 10
iudicato ad negationem Hibæ episcopi demonstrandam multimode ex interlocutionibus
iudicum et accusatorum prosecutionibus ipsiusque Hibæ exceptionibus claruerunt,
abunde sufficerent, tamenetsi minus aliquid in Photii atque Eustathii episcoporum
iudicio legeretur expressum, ea quæ in Chalcedonensi synodo continetur Hibæ episcopi
72 negantis epistolam satisfaceret sola professio. lecta enim ex gestis apud Photium 15
et Eustathium habitis epistola ad Marim Persam scripta, confestim Hibas uocem negan- L IIII 666^d =
tis opposuit, dicens: »Iubeat uestra clementia relegi litteras clericorum Edessenorum, M VII 249^a
ut cognoscatis quia et ab his quæ mihi inlata sunt, alienus existo et uiolentiam sum
f. 39^r 73 perpeusus.« ubi primum diligenter est attendendum quod post lectum | ad Marim
Persam scriptæ epistolæ textum eandem epistolam iudices in Chalcedona residentes 20
suo probantur omisisse silentio, quippe quam nouerant totiens iam accusati negationibus
refutatam. nam si uidissent in ea esse aliquid quod Hibæ episcopi absolutioni pro-
ficeret, mox eius lectione permoti decernerent frustra accusatores ex gestis Photii et
Eustathii episcoporum pro crimine hæreseos illa producere, quibus e contrario Hibas
episcopus ostendebatur orthodoxus; postremo nec iuberent suis interlocutionibus Edes- 25
senorum epistolam recenseri, quam contra eam quæ ad Marim Persam scripta dicitur,
Hibas episcopus pro se relegi postulauit, si per eam quam accusator protulerat, lauda-
74 bile potius et non magis uituperabile accusati meritum monstrabatur. quid quod
ipse Hibas episcopus, relecta eadem ad Marim Persam epistola, non eius adsumpsit
defendere qualitatem nec suæ fidei rectitudinem ex eiusdem epistolæ professione mon- 30
strare? continuo enim, si suam esse aut recta nouisset dogmata continere, contra
suos accusatores insurgeret dicens: »cæco corde me impetunt, ut ea mihi pro hæreseos
crimine obiciant, unde possum orthodoxus comprobari; immo se ostenderunt hæreticos,
75 qui epistolam cuius dictatio catholicam fidem adstruit, hæreticam criminantur.« uerum
Hibas episcopus, sciens nec suam esse epistolam et per omnia piis dogmatibus inimicam, 35
aduersus eam magis illam Edessenorum epistolam, quæ eum nihil aliquando contra
catholicam fidem dixisse attestabatur, opposuit, illud secutus quod supra, ingressus
sanctum Chalcedonense concilium, allegauit, dicens: »nam et omnes Edesseni clerici p. 142, 15
per quos memoratis episcopis scripserunt, testantur me esse catholicum.« in tantum
iam tunc in Photii et Eustathii iudicio et postea in sancta Chalcedonensi synodo ob- 40
470 iectam sibi ad Marim Persam epistolam negans suam, orthodoxæ fidei scit esse contra-
riam, ut propriæ fidei documentum non de istius textu, sed de Edessenorum clericorum
f. 39^v 76 attestacione requireret. si igitur iudices non solum nihil ex ea æstimantes accusati

2 synodo *Baluse* synodi *P*
nasse et hereticum *P om. BNR*
31 nouisset *Cotelerius* non esse *P*

4 si *BNR* se *P*
6 monstrate *PR* monstrare *BN*
38 chalcedonensem *P*

5 beati *P* beatissimi *BNR* 5/6 nomi-
16 eplam — scriptam *P*
alligauit *P*

Hibæ episcopi iuuari negotium, immo uidentes absolute contrariam, aliam, quam pro sui purgatione accusatus expetiit, statuerunt suis interlocutionibus relegendam et ipse accusatus Hibas episcopus non illam ad Marim Persam defendendo, immo potius eius refutandæ causa illam Edessenorum relegi postulauit, constat eam quæ ad Marim Persam scripta est, interlocutione iudicum et professione Hibæ episcopi quia eius fuerit, ab-
 77 negatam, et quia scelesta dogmata contineat, adprobatum. ergo Hibas episcopus innocentis animi sui feruore permotus, euidentioris negationis etiam in Chalcedonensi synodo festinans adicere documentum, relegendas Edessenorum litteras ex gestis idem apud Photium et Eustathium habitis, quæ aduersarius eius protulerat, postulauit; quorum gestorum hanc partem, sicut in consequentibus demonstratur, ex industria 10 accusator omiserat, qua Hibam euidentius nouerat adiuuari.

78 Deinde quid ipsa uerba Hibæ episcopi lucide adstruant, intuendum. prose-
 p. 151, 17 quitur enim, ut supra meminimus, ita: »Iubeat uestra clementia relegi litteras clericorum Edessenorum, ut cognoscatis quia et ab his quæ mihi inlata sunt, alienus existo et
 79 uiolentiam sum perpressus.« quibus uerbis apertissime declaratur quod quia e uestigio 15 post lectam epistolam ad Marim Persam adstruit Hibas episcopus alienum se et ab his quæ sibi inferuntur, existere et uiolentiam se perpressum atque ob hoc Edessenorum debere relegi litteras clericorum, euidenter, tamquam manu ipsa epistolæ ad Marim Persam ostenderet lectionem, a cuius se purgari crimine festinaret, dixit »et ab his quæ mihi inferuntur, alienus existo«, ostendens et ab aliis quæ præcedenti loco ei obiecta 20 sunt, et ab epistola ad Marim Persam scripta, quæ statim relecta fuerat, alienum se
 p. 147, 8sq. 80 per omnia demonstrari. ubi illud quoque quod supra ingressus Hibas episcopus sanctam Chalcedonensem synodum grauissime legitur fuisse conquestus, a falsis se in secunda Ephesena accusationibus impetitur, | in concilium ingredi non fuisse permissum, f. 40^r uiginti aut amplius carceres permutasse, nunc post lectionem epistolæ non omisit ad- 25 iungere, ut appareat illud quod, sicut dictum est, ingressus sanctam Chalcedonensem synodum de iniustitia in secunda Ephesena sibi inlata conqueritur, ad huius causam epistolæ pertinere, post cuius lectionem adstruens alienum se ab his quæ sibi inferuntur,
 81 existere, uiolentiam quam ab Eutythen est perpressus, adiunxit. lecta itaque, ut Hibas petiit, ex gestis Photii atque Eustathii iudicum, ad quos utique directa fuerat, 30
 L IIII 667^c = Edessenorum epistola clericorum, qui eam ut Photius et Eustathius in gestis suis in-
 M VII 252^a necterent, petiuerunt, quæ gesta ab aduersariis Hibæ episcopi in Chalcedonensi synodo sunt prolata, ob quam causam eiusdem epistolæ desiderata sit lectio, ipsius uerbis agnoscitur, quæ ita se habent:

L IIII 667^a 82 »A multis atque diuersis de Phynicia ad nos uenientibus cognouimus ea quæ ab 35
 = M VII 249^b his qui insurrexerunt in sanctissimum et reuerentissimum episcopum nostrum Hibam, gesta sunt. perterriti in eo quod dictum est (transcendunt enim et illos qui sine deo 47¹ sunt et infideles et hæretici et Iudæi et pagani, quæ dicta sunt nobis quia nobis præsentibus dixisset idem reuerentissimus episcopus: 'non inuideo Christo facto deo, quoniam et ego, si uolo, possum fieri secundum illum'), omnes nos, quos dicunt audisse 40 ea quæ dicunt, manifestum facimus uestre reuerentiæ coram dei clementia quia neque ab eo neque ab ullo alio tale dictum aliquando audiuius neque in aures nostras ingressum est tale aliquid aliquando, anathematizantes nos ipsos et terribili gehennæ nosmet ipsos obnoxios facientes, si nouimus aliquid tale dictum ab eo aut aliquid aliud

2 expetiit *Baluse* est petiit *P* 4 causam *P*
 phœnitia *R* phenitia *B N* 36 in *P* et in *B N R*
 hibam *P* scissimo et reuerentissimo ep̄o nro iba *B N R*

18 ipsa *Schw* ipsam *P* 35 phynicia *P*
 36 scissimum et reuerentissimum ep̄m n̄m
 38 sunt nobis. *P* nobis sunt *B N R*

contrarium catholicæ fidei. si enim, aliquo tali dicto, passi fuisset communicare ei qui dixit, aut missas cum eo tenere, ultimo supplicio fuisset obnoxii, tamquam communicantes tali errori et cetera.

- 83 Quibus ita se habentibus euidenter ostenditur omnia in quibus ab accusatoribus, f. 40^v tam ex scripto libellis oblatis quam deinceps | inter gesta loquentibus, Hibas dixisse 5 arguebatur episcopus, quia Hibas episcopus non dixerit, Edessenos clericos fuisse testatos. nam cum dicant se non nosse quod uel tale dictum, id est »non inuideo Christo facto deo«, uel huic simile, hoc est quod ex quacumque parte Nestorii uideatur dogmatibus conuenire, uel aliud aliquid rectæ fidei contrarium dixerit Hibas episcopus, apertissime clarum est quod et ab his quæ epistola ad Marim Persam scripta continet, 10
- 84 Hibam episcopum sua adtestatione purgauerint. cum enim sæpe dicta epistola, dicendo beatum Kyrillum in Apollinaris hæresim incidisse et ei similia conscripsisse p. 146, 3 eiusque duodecim capitula omni impietate plena et et fidei rectæ contraria Nestoriumque iudicio et inquisitione non facta damnatum, non solum uideatur aliquid contra rectam fidem dicere, uerum etiam ipsam rectam fidem inpugnando respuere, Edesseni 15 uero clerici nihil Hibam episcopum suum rectæ fidei contrarium dixisse testentur, constat ex attestacione Edesseni cleri memoratam quæ ad Marim Persam scripta legitur, Hibæ epistolam non fuisse. et ut euidentius agnoscatur prolatis Edessenorum clericorum litteris illam præcipue quæ ad Marim Persam scripta legitur, fuisse epistolam
- 85 confutatam, quid e uestigio Theophilus accusator fuerit prosecutus, diligentius oportet 20 attendi. qui non hanc Edessenorum uelut superfluam aut ad epistolæ ad Marim Persam scriptæ subuersiones nihil iudicans profuturam, credidit omittendam, sed magno- L IIII 674^a =
M VII 256^d pere tota mentis intentione asserere nisus est has Edessenorum litteras clericorum esse falsatas, ex eo scilicet ualde permotus, quod nihil contrarium catholicæ fidei Hibam dixisse testati sunt. quo dicto uidens continuo illam epistolam ad Marim Persam 25 scriptam, quæ contra rectam fidem apertissime loquitur, inpugnatam, istam Edessenorum epistolam uoluit arguere falsitatis, per quam uidebat omnes obiectiones suas fuisse
- f. 41^r 86 conuictas. | cui rei adstruendæ proficit subsequens ordo gestorum. dum enim Theophilus aduersarius Hibæ, sicut iam supra, ita et in hoc loco quæri ex gestis in Ephesena secunda habitis quæ nitebatur astruere, poposcisset ab omni episcoporum 30 concilio in Chalcedona residentum, gesta in secunda Ephesena habita sunt prohibita recenseri. ex qua prohibitione constat adsertionem Hibæ episcopi comprobata, p. 142, 33^{sq.} qua se per calumniam et falsis figmentis ab Eutythen perhibuit impetum, ubi menda-
- 472 cibus productis testibus quia epistolam ad Marim Persam scriptam suam esse Hibas 87 episcopus dixerit, constat esse confictum. in his autem patrum interlocutionibus 35 quæ de euacuanda Ephesena secunda synodo sunt prolata, nihil aliud præter Domni depositionem et ordinationem Maximi certum est esse firmatum; Domnum uero pro cf. L V 546^c =
M VIII 343^a nullo alio crimine nisi quod beati Kyrilli duodecim capitula prohibuerat prædicari, clarum est fuisse damnatum. unde manifesta ratione et euidenti ueritate constat, si epistolam ad Marim Persam, quæ duodecim capitula beati Kyrilli esse definit hære- 40 tica ipsumque beatum Kyrillum Apollinari similia conscripsisse, sancti patres in Chalcedona residentes Hibæ episcopi [eundem] fuisse quoquo modo repperissent, eundem nullatenus in grauiori eiusdem causæ crimine absoluendum esse decernerent, qui Domni Antiocheni episcopi damnationem de sola tantummodo eorundem duodecim capitu-

10 ep̄lm P 11 purgauerit P 12 apollenaris P 16 testetur P 17 clerici P
35 episcopus Baluze esse P 39 manifesta ratione Baluze manifestatione P 41 apollenari P
42 eundem del. Schw eundem Schw eum P

lorum prædicatione prohibita factam conuelli non passi sunt et ordinationem Maximi
 88 firmauerunt. quomodo enim ipsi idem iudices in uno eodemque negotio Hibam
 et Domnum, ab Ephesena secunda synodo condemnatos, sua interlocutione Hibam
 absolui decernerent, Domnum paterentur manere damnatum, nisi eum quem absolui
 decreuerunt, approbassent in eodem crimine non teneri? nam cum apud sanctam
 Chalcedonensem synodum tam execrabilis obtrectatio beati Kyrilli et duodecim capi-
 5 tulum eius fuerit, ut pro eis etiam in reprobâ Ephesena secunda | synodo addictum f. 41^u
 Domnum paterentur manere damnatum, quanta apud memoratam sanctam Chalce-
 donensem synodum innocentia Hibæ episcopi claruit, ut eum in eiusdem Ephesenæ
 secundæ nefario examine pro eodem adiudicatum crimine definiret absolui! in qua
 10 causa numquam innocens claruisset, si illa ad Marim Persam scelestâ epistola eiusdem
 Hibæ episcopi potuisset ostendi.

89 Tractatis igitur omnibus et dilucida ratione dissertis per quæ tam ex gestis apud
 Photium et Eustathium episcopos habitis quam ex eorum iudicato aliisque pluribus
 modis euidenter apparuit quod epistolam ad Marim Persam scriptam suam per omnia
 15 negauerit Hibas episcopus numquamque potuerit ex eiusdem obiectione conuinci, restat
 ut ueritate simili declarem quemadmodum a sensu uel definitione siue professionibus
 uenerabilium patrum in Chalcedona residentum sæpe dicta epistola ad Marim Persam
 90 scripta aliena uideatur existere et eorum sententiis obuiare. quod ut omnium reddatur
 sensibus manifestum, primitus inspicere nos oportet quid patres nostri in Chalcedonensi
 20 synodo residentes in prædicatione receptioneque beatæ recordationis prodecessoris
 nostri papæ Leonis epistolæ uel in explanatione sanctæ fidei sint professi et pia tenendum
 doctrina tradiderint, ut his inspectis, quantum ab eorum definitione traditioneque
 epistola ad Marim Persam scripta dissonet existatque contraria, demonstretur et
 91 ob hoc appareat eam patrum nostrorum sententiis nullo modo comprobata. in
 25 actione quarta synodi Chalcedonensis, dum post lectam beatæ recordationis papæ
 Leonis epistolam patres nostri de confirmatione eiusdem epistolæ loquerentur, ita dixe-
 runt:

L III 472 =
 M VII 9

Anatolius reuerentissimus episcopus regiæ Constantinopolis dixit: »Epistola
 sanctissimi et apostolici archiepiscopi Leonis consonat symbolo trecentorum decem et
 30 octo sanctorum patrum qui apud Nicæam, et centum quinquaginta qui apud Con-
 stantinopolim postea sunt collecti, qui eandem fidem confir[m]auerunt, sed et his quæ f. 42^r
 in Epheseno sub beatissimo et sanctissimo Kyrillo gesta sunt ab uniuersali et sancto con-
 cilio, quando maledictum Nestorium condemnauit. quapropter consensi et eidem
 epistolæ libenter subscripsi.« 35

Paschasinus et Lucentius uiri reuerentissimi episcopi et Bonifatius presbyter,
 uicarii sedis apostolicæ, per Paschasinum dixerunt: »Manifestum est nec poterit dubitari
 unam fidem beatissimi papæ sedis apostolicæ rectoris cum trecentorum decem et octo
 apud Nicæam patrum concordare atque seruari, sed et centum quinquaginta apud
 Constantinopolim congregatorum sacerdotum, qui eandem fidem firmauerunt, sed et
 40 Kyrilli sanctæ recordationis uiri apud Ephesenum, quando Nestorius pro suo errore
 damnatus est, statuta in nullo penitus discordare, ideoque etiam beatissimi papæ episto-

9 innocentæ P 17 ad sensum P 23 tradiderit P 24 existatque Schw ex his
 atque P 32 et P et in B N R 33 epheseno P epheso B N R 36 lucentius P lucen-
 sius N R lucensinus B 37 dubitari P dubitare B N R 41 ephesenum P ephesum B N R
 42 statuta B N statua R statuto P

lam, quæ illam fidem exposuisse pro erroris Eutyichis causa dinoscitur, uno sensu unoque spiritu uidetur illi fidei esse coniunctam. «

Maximus reuerentissimus episcopus Antiochiæ Syriæ dixit: »Concordat epistola sanctissimi archiepiscopi regiæ Romæ Leonis expositionibus trecentorum decem et octo apud Nicæam sanctorum patrum et centum quinquaginta apud Constantinopolim 5 nouam Romam et in Epheso a sanctissimo Kyrillo episcopo expositæ fidei, et subscripsi. «

92 et post reliquos similia interloquentes episcopi Illyriciani triginta duo ex charta dicta- L IIII 492^b =
uerunt notis per Sozontem episcopum Philippon ita: »Sanctorum patrum trecentorum M VII 29^c
decem et octo fidem, quæ est salus nostra, et seruamus et cum ipsa uitam nostram
complere oramus. et centum quinquaginta ante dictæ fidei consonat. et ser- 10
uantes perexequimur et omnia quæ acta sunt et decreta in prima Ephesena synodo,
cuius præsidēs fuerunt beatissimus Cælestinus apostolicæ sedis princeps et beatissimus
Kyrillus magnæ ciuitatis Alexandriæ. et orthodoxum esse sanctum patrem nostrum
archiepiscopum Leonem cognouimus. « sed et reliqui episcopi similia sunt professi.

93 His ergo se ita habentibus, nulli uenit in dubium quin patres nostri ita a se uene- 15
f. 42^u rabiliter crederent suscipi beati Leonis | epistolam, si eam cum Nicænæ <et> Consti-
nopolitanæ synodorum, tum etiam beati Kyrilli in Ephesena prima expositis assererent
conuenire doctrinis. et si illa tanti pontificis et tanta orthodoxæ fidei luce præ-
fulgens epistola his exigitur comparationibus approbari, quomodo illam ad Marim
Persam epistolam, quæ specialiter Ephesenam primam synodum respuit et beati Kyrilli 20
exposita dogmata definiuit hæretica, ab isdem patribus credatur orthodoxa nominari,
cum illa condemnet, quorum conlatione tanti pontificis, ut dictum est, meruit doctrina
94 laudari? nam et uniuersalis synodi Chalcedonensis adclamatio unam fuisse utriusque,
id est beati Leonis et beati Kyrilli fidem atque doctrinam euidentissime comprobauit,
ita dicens: »pie et uere Leo docuit. Kyrillus ita docuit. Kyrilli æterna memoria. 25 L IIII 367^b =
95 Leo et Kyrillus similiter docuerunt. anathema qui sic non credit. « unde fit ut M VI 972^b
illa epistola ad Marim Persam non solum non suscepta, uerum etiam anathematizata
monstretur, dum dogmata Kyrilli in Ephesena prima exposita appellat hæretica, quæ
qui non sequitur, anathematis ex sententia sanctæ Chalcedonensis synodi pœna dam-
474 96 natur. huc accedit eiusdem uenerandæ Chalcedonensis synodi etiam fidei explana- 30
tionē sententia, quæ ad locum ita se habet:

»definimus igitur ordinem et omnes formas fidei conseruantes nosque quæ apud p. 138, 21 sq.
Ephesum olim facta est sancta synodus, cuius præsidēs fuerunt sanctæ memoriæ Cæ-
lestinus Romanæ urbis antistes et Kyrillus Alexandrinæ ecclesiæ, præfulgere quidem
rectæ et immaculatæ fidei expositionem trecentorum decem et octo sanctorum et bea- 35
tissimorum patrum apud Nicæam sub piæ recordationis Constantino principe con-
gregatorum, optinere autem etiam centum quinquaginta sanctorum patrum apud
Constantinopolim definita, ad interemptionem quidem <tunc> exortarum hæreseon,
f. 43^r confirmationem uero eiusdem catholicæ | nostræ fidei. Symbolum apud Nicæam
cccxviii. « et post alia: »propter illos uero qui mysterium dispensationis 40 p. 140, 145q.

1 eutyches P 2 coniunctam Schw coniunctum P coniuncta BR coniuncta N 6 noua
roma P Kyrillo ep̄o P itemque infra p. 162, 42/43 ep̄o cyrillo R ep̄o cirillo BN 8 filippon BNR
philoppon P 9 ipsam P ipso BNR 10 antedictæ fidei BNR antedicta fide P con-
sonat BNR consonant P 16 et add. Schw 19 exigitur Schw exigit P 23 una P
24 comprobabit P 30/31 explanatione Schw exclamatione P 32 nosque quæ P, cf. adno-
tationem ad p. 138, 22 38 tunc suppl. Schw cf. p. 139, 4 om. P

corrumpere moliuntur, et purum hominem esse qui ex sancta uirgine Maria natus est, impudenter delirantes, epistolas beati Kyrilli Alexandrinæ ecclesiæ præsulis synodicas ad Nestorium et ad alios per Orientem congruas existentes suscipit ad conuincendas Nestorii uesantias» et reliqua.

- 97 Ecce omnium fidelium sensibus patet quod sancti patres nostri in Chalcedona 5 residentes, cum iam de catholicæ fidei explanatione censerent, ordinem et omnes formas fidei quæ in Ephesena prima, cui beatæ memoriæ Cælestinus et beatus Kyrillus Alexandrinus episcopus præsiderunt, habitæ sunt, sicut Nicæni atque Constantinopolitani communi circumspectione se seruare professi sunt, illorum definita suam procul dubio fidem esse testantes. per quod apparet omne quicquid ab ordine uel formis in Ephe- 10 seno primo concilio habitis discrepat eisdemque monstratur esse contrarium, beatorum Chalcedonensium quoque patrum inpugnare sententias. porro autem epistola ad
- p. 146, 3 Marim Persam scripta, dicendo beatum Kyrillum hæreticum eiusque duodecim capitula impia et fidei rectæ contraria Nestoriumque iudicio et inquisitione non facta damnatum, omni ordini atque omnibus formis in Ephesena prima synodo habitis manifestatur 15 esse contraria. unde fit ut ualde demonstretur absurdum eorum decretis illam putari epistolam esse susceptam, quæ apertissime ipsorum inpugnat de fide iudicium, ut per hoc non solum præcedentes patres, sed semet ipsos, quod uel dici nefas est, aliqua
- 99 uideantur contrarietate destruere. nam huiusmodi omnia quæ in derogatione Ephe- 20 seni primi concilii dicta sunt uel dicenda erant, etiam in hac quam de fide sancti patres Chalcedonensis synodi protulerunt explanatione fuisse damnata ex his quæ subsecuntur, | euidētissimæ ueritatis luce conspicitur, quæ ita se habent: f. 43^u

p. 141, 3 sq. »his igitur cum omni undique scrupulositate et diligentia a nobis dispositis, definiit sancta et uniuersalis synodus alteram fidem nulli licere proferre uel conscribere aut componere aut sentire aut docere aliter; eos autem qui ausi sunt componere fidem 25 alteram aut proferre aut docere aut tradere alterum symbolum uolentibus uel ex gentilitate ad agnitionem ueritatis uel ex Iudæis uel ex hæresi quacumque conuerti, hos, si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clero; si uero monachi aut laici fuerint, anathematizari.«

- 100 Cum ergo dixerint patres nostri ordinem et omnes formas fidei Epheseni primi 30 concilii se seruare et nulli licere alteram fidem proferre, conscribere uel sentire seu tradere aut aliter docere omnesque qui præsumunt talia, esse damnatos, epistolam 475 uero ad Marim Persam scriptam, inpugnantem per omnia beati Kyrilli expositam in Ephesena prima doctrinam, non solum aliter sed et contrarie non dubitemus adstruere, constat synodali iudicio eiusdem damnationis sententia comprehensam, ac propterea 35 ab eis a quibus epistola ad Marim Persam apertissime prædamnata legitur, multo magis clarum est non fuisse susceptam.

- 101 Nec quemquam debet permouere fidelium quod quidam subripiendo nituntur adstruere quædam in hac epistola ad Marim ita dicta, ut quasi his quæ bene dicuntur, possint conuenientia demonstrari, cum hæreticorum consuetudo sit uenena sua fucatis 40 celare sermonibus et uerba præmittere, quæ quasi orthodoxis uideantur professionibus consonare, et reseruare indulgentia malignos aditus per quos eorum pestilentia intro-
- Ps. 54, 22 mittatur erroris, sicut de eis propheta testatur: m o l l i e r u n t s e r m o n e s s u o s

2 impudentes P delerantes P 3 suscepit supra omnes codices 9 circumspectionem P
10 omnem P 12 sententiis P 21 chalcedonensi P fuisset P 39 ut Schw et P 40 focatis P

super oleum, et ipsi sunt iacula, et iterum: quoniam in multis Ps. 54, 19
erant mecum; de quibus etiam et doctor gentium dicit apostolus: habentes 2 Tim. 3, 5
102 formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. neque
f. 44^r enim Nestorio prodest | duas naturas et unum filium confiteri, quamuis et orthodoxis
sit communis ista professio, cum idem Nestorius duarum naturarum unam subsistentiam, 5
quod est proprium orthodoxorum, dicere recusans, fraudulenter se duas naturas et
103 unum filium dixisse euidenter aperiat. unde quia ante dicta epistola ad Marim
Persam per hoc tam manifestum malum quod de beato Kyrillo et de patribus qui in
Epheseno primo conuenerunt, adseruit, non dubitatur quid eius scriptor defendendo
Nestorio aut praua eius recipienda doctrina senserit, qui de eiusdem Nestorii dam- 10
natoribus uel sanctis eorum dogmatibus tam impia et nefanda conscripsit, aperta ue-
ritate fit cognitum eandem <ad> Marim Persam epistolam Nestoriani sensus fraude atque
peruersitate conscriptam, et ideo quamuis hoc solum ad reuerentiam sanctæ Chalce-
donensis synodi conseruandam et ad hæreticorum excludendas insidias, qui ad Marim
Persam epistolam a nostris adprobatam patribus mentiuntur, uideatur satis superque 15
sufficere, quod de eadem suscipienda patres nostros nullo modo iudicare potuisse mul-
tipliciter superius disserta testantur, quibus ab ipso initio quo Hibas episcopus sanctam
Chalcedonensem synodum uidetur ingressus, uiolentiam se et falsas criminationes in
secunda Ephesena queritur fuisse perpessus, ex gestis Photii et Eustathii eorumque
104 iudicato Hibæ claruit epistolam non fuisse. quod post lectum ex gestis Photii et 20
Eustathii eiusdem epistolæ in Chalcedonensi concilio textum manifestissime ostendit
negantis quoque Hibæ professio, ad excludendam illam ad Marim aliam Edessenorum
pro se relegi postulantis; quod Theophili inimici Hibæ episcopi, deserti suffragio ueri-
tatis, demonstrat nihilominus euidenti ratione suffragium, qui non illam ad Marim,
quam obiecerat, præsumpsit adstruere, sed illam potius quam pro se Hibas episcopus 25
relegi poposcerat, etsi incompetenter, tamen nisus est arguere falsitatis; quod ipsorum
f. 44^u patrum nostrorum in Chalcedona residentium | Domnum, in eodem accusatum negotio,
permittens manere damnatum Hibamque absoluendum patefecit absque ambiguitate
476 sententia; quod idem eiusdem uenerandi Chalcedonensis synodi euidentius multipliciter
decretis ostenditur, dicentis suam fidem esse quam illa ad Marim inpugnat epistola, 30
et ob hoc eam eorum damnatam fuisse iudicio, quorum fingitur interlocutione suscepta.
105 Quamuis igitur et ex supra scriptis luce ueritatis indubitanter appareat nulla
nos necessitate constringi quærere ex cuius epistolæ textu aliqui patrum <in> Chalce-
dona residentium suis interlocutionibus Hibam episcopum pronuntiauerint apparuisse
catholicum, quod nobis ualde sufficiat euidentissime demonstratum quod de epistola 35
ad Marim Persam scripta nullum tale potuerint proferre iudicium (hoc enim nobis suf-
ficienter contra hæreticorum machinas suffragatur, qui uolunt hanc ad Marim Persam
epistolam a sancta Chalcedonensi synodo uideri susceptam, quod non solum docuimus
non uideri susceptam, uerum etiam a patribus nostris omni modo refutatam fuisse
monstrauimus, quippe qui eam inter hostes suæ rectæ fidei euidentissime prolata sen- 40
106 tentia damnauerunt), ergo, quia, ut diximus, contra aduersarios sanctæ Chalcedonensis
synodi, utrum suscepta an non suscepta uere possit ostendi, uidetur nobis fuisse nego-
tium et, illis susceptam superuacue suspicantibus, nos ex ipsis etiam patrum uocibus
potius declarauimus improbatam, non est necessarium nos cogi dicere de qua epistola

4 Nestorio *Baluse* nestorium *P* 8/9 in Epheseno primo *Schw* primo in epheseno *P*
12 ad *om.* *P.* 26 etsi *Schw* et se *P* 28 permittens *Schw* permittentes *P* 30 dicentes *P*
illam — *eplam* *P* 31 damnata *P* 32 scriptis *Schw* scripta *P* 33 in *suppl.* *Schw*
36 talem *P* 41/44 ergo — non est necessarium *pendet de* quamuis (32)

patres nostri in illis suis interlocutionibus senserint, cum nobis abunde sufficiat quod de ista unde uertatur causa, non senserint, tamen inspectis singulorum patrum interlocutionibus et superiori, quam disseruimus, rectitudini coaptatis, hoc quoque de qua
 107 epistola locuti sunt, facile piam sectantibus intelligentiam poterit apparere. ubi primum omnium nobis est diligenter atque sagaciter intuendum quod patrum nostrorum 5 uno sensu unaque mente de absolute Hibæ episcopi consonæ fuerint prolatae sententiæ, dicentium quod idem Hibas episcopus ab omnibus quæ ei ab accusatoribus f. 45^r
 108 obiecta sunt, sit innoxius adprobat. legatorum enim sedis apostolicæ interlocutio in prima sui parte ita se habet:

L IIII 675^e =
 M VII 261^b

»Relectis chartis agnouimus ex sententia reuerentissimorum episcoporum Hibam 10 reuerentissimum innoxium adprobari.« quam euidenter ab Anatolio Constantino-politano episcopo interlocutio prolata subsequitur, exprimens quod ab his quæ in eum accusatores intulerunt, innocens fuisset inuentus. sic enim dicit: »Reuerentissimorum episcoporum et iudicum fides ac lectio omnium quæ sunt subsecuta, demonstrant innoxium Hibam reuerentissimum ab his quæ in eum accusatores intulerant.« 15 cui planius adhuc superiorum sensum adstruens Maximi Antiocheni sententia consequenter adiungitur, ita se habens: »Ex his quæ modo relecta sunt, manifestum est quia ab omnibus ei inlatis reuerentissimus Hibas innocens est repertus.«

109 Oportet igitur intueri quemadmodum in principio interlocutionum trium istorum primum locum tenentium iudicum ad abiciendam et reprobendam ad Marim Persam 20 epistolam sententia, etsi diuerso prolata ore, uno tamen spiritu dictata conueniat. quid est enim quod dicitur per Photii et Eustathii constitutum et ex relectis chartis Hibam innoxium ab omnibus quæ ei accusatores intulerunt, adprobari, nisi quia epistola illa, in obrectationem doctrinæ beati Kyrilli et in defensionem Nestorii, ipsius, ut ita dicamus, orthodoxæ fidei nitens fundamenta subuertere, ab aduersariis, sicut reuera 25 477 est, pro magno crimine Hibæ obiecta episcopo, ab eodem aliena reperta, supra scripto-
 110 rum, ut dictum est, trium patrum decretis euidentissime reprobatur? neque enim ab omnibus quæ ab accusatoribus ei inlata sunt, iuste pronuntiari innocens uidebitur, si epistolam ad Marim Persam, quæ maxima pars est criminum, immo in qua omnia ei obiecta crimina continentur, his interlocutionibus non probetur exclusa, et ideo, 30 quoniam certum est, si eius doceretur epistola, quod innocens pronuntiari non possit, constat, quia innocens pronuntiatus est, eius epistolam non fuisse.

111 His igitur interlocutionibus quia maxime | ad excludendam atque refutandam f. 45^u ad Marim Persam epistolam conuenienti sensu atque studio pro absolute Hibæ episcopi sint prolatae, apertissime demonstratis, consequens est ut ceterorum patrum 35 idem sentientum definitiones pari ueritate debeamus inspicere, tacitis paulisper reuerentissimorum Iuuenalis atque Eunomii episcoporum interlocutionibus, quas licet ex alia parte, ipsi tamen sensui conuenire suo loco monstrabimus. itaque Thalassius Cæsareæ Cappadociæ episcopus sic dicit: »Reuerentissimis episcopis Photio et Eustathio comprobantibus Hibæ negotium et non adiudicantibus eum, horum opinione suasus 40

L IIII 678^d 112
 M VII 264^c

10—11. 13—15 17—18 adferuntur a Vigilio in Constituto de tribus capitulis = Coll. Auell. 83, 238—240
 39—159,3 adferuntur a Vigilio in Constituto de tribus capitulis = Coll. Auell. 83, 242

8 innoxius Baluze obnoxius P 11 adprobari PBNR demonstrari Coll. Au. 14 lectio omnium P Coll. Au. cum Graecis lectio horum B N lectorum R 15 quæ — intulerant PBNR accusationibus quæ ei inlatae sunt Coll. Au. secundum Graeca 18 repertus P 20 ad abiciendam Baluze adiciendam P 24 defensione P 38 monstrabimus Schw monstrauius P thallassius P

et ego uolo haberi eum in sacerdotio, sicut et sanctissimis præsulibus uisum est, quia maxime gestis suscepit ut anathematizaret illa quæ eius accusatores aduersus eum
113 deposuerant ex scripto.« cui fidelium et perspicuæ ueritatis amatori non clareat omnem quam de abnegata uel refutata ad Marim Persam epistola superius reddidimus rationem et præcedentium patrum interlocutionibus conuenire monstrauius, hæc ⁵
114 quoque reuerentissimi Thalassii prolata sententia plene ac breuiter explicari? cum enim dicit Photii et Eustathii comprobantium Hibæ negotium et non adiudicantium eum sequi sententiam et consequenter adiungit quod ipse Hibas episcopus ad innocentia suæ cumulum quæ ei sunt ab accusatoribus ex scripto obiecta, damnauerit, indubitanter ostendit ita et in Chalcedonensis synodi examine et in illo Photii et Eustathii iudicio ¹⁰
ab illius epistolæ ad Marim Persam crimine alienam Hibæ dictationem atque conscientiam fuisse repertam, ut illic omnia, non solum aduersariis non probantibus aut Hiba episcopo denegante, uerum etiam damnante, fuerint improbata. unde constat epistolam ad Marim Persam, illa quæ accusatores obiecerant crimina continentem, non solum patrum in Chalcedona residentum iudicio, sed ipsius Hibæ sententia, sicut ¹⁵
115 tam. Eusebii quoque | Ankyræ, Stephani Ephesi, Diogenis Kyzici et Romani Myro- ^{L IIII 678 sq. =}
rum Lyciæ, quamuis diuersis locis, uno tamen sensu prolata sententiæ superiorum ^{M VII 264 sq.}
iudicium decreta confirmant. nam alii Photii et Eustathii faciendo iudicati memoriam, alii ex damnatione Nestorii eiusque hæresis Hibæ episcopi innocentiam comprobantes, ²⁰
epistolam ad Marim Persam, quæ excusat Nestorium et beatum Kyrillum appellat hæreticum, ad Hibam episcopum non solum non adtenuisse, uerum etiam ab eo dam-
116 natam esse testantur. Iohannes episcopus Sebastia, Seleucus episcopus Amasia, ⁴⁷⁸
Constantinus episcopus Melitina, Patricius episcopus Tyanorum, Petrus episcopus Gangrorum et Artanius episcopus Trapezuntis similiter censuerunt, ita dicentes: »Defi- ²⁵
nitio reuerentissimorum episcoporum Photii et Eustathii demonstrat innoxium reuerentissimum Hibam. similiter autem et eius abnegatio facit nos in eo quod receperit proniores.« qua interlocutione memoratorum sacerdotum euidenter apparet per hæc duo Hibam episcopum de his quibus accusatus est, innoxium esse repertum, id est
117 ex definitione Photii atque Eustathii episcoporum et ex sua abnegatione. porro ³⁰
definitione Photii et Eustathii declaratur quia licet false ab accusatoribus fuerit impetitum, tamen ad satisfactionem uel false obiectorum prone sapuerit ex scripto quid de ^{p. 144, 14 sq.}
recta fide senserit, profiteri et ex abundantia anathematizauerit Nestorium et habere se dixerit omnia quæ in Epheseno primo concilio placuerunt; deinde quia eius quoque abnegatio per quam se etiam in Chalcedonensi concilio post lectionem ad Marim Persam ³⁵
epistolæ, quæ eiusdem Hibæ episcopi apertissimæ et piæ professioni contraria est, ab his quæ sibi inflata sunt, existere perhibuit alienum, proniores efficeret animos iudicantum, ut crederent quia spretis et refutatis quæ ab eo negata sunt, illa tantum et antea
118 habuerit, quæ se habuisse et recepisse professus est. quibus ita monstratis, clarum est epistolam ad Marim Persam, omnibus quæ se recepisse Hibas dixit, contrariam ⁴⁰
f. 46^a existentem et illa potius quæ anathematizauit Hibas episcopus, defendentem, | nullatenus ab Hiba episcopo fuisse dictatam. nam ut omnibus fieret manifestum quod

1 haberi eum in sacerdotio P haberi eum sacerdotio BNR habere eum sacerdotium Coll. Au. ἔχεισθαι τῆς ἱερουσύνης Graeca et P om. BNR Coll. Auell. 2 gestis P Coll. Auell. in gestis BNR
3 deposuerunt Coll. Au. 6 thalassii P 14 obiecerat P 16/17 damnata P 25 artanius P B artanius ex artanaus corr. R artanus N atarbuis Coll. Au. secundum Graeca trapezuntis BNR
trapezontis P 27 in eo quod receperit est mala uersio Graecorum quae sunt περὶ τὸ δέξασθαι αὐτόν
28 quæ Baluze quia P 36 professionis P 38 expretis P

Hibas negando ea quæ ab accusatoribus inlata sunt, illa quæ de pia fide confessus est, reddiderit certiora, ita interlocutio dicit: »et abnegatio eius fecit nos in eo quod receperit, proniores«, ac si diceret: ex eo credibilius quæ de pia est fide confessus, accipimus, quod illa quæ ei obiecta fuerant, abnegauit, ut non uelut obiectorum ueritate conuictus, tamquam ex necessitate corrigens, quid de pia fide sentiret, ostenderet, sed obiectorum magis negatione purgatus, ita et antea sensisse, quemadmodum sentire confessus est, crederetur. sicut enim facti confessio nocentem uel in præteritum facere potuit, 119 ita non conuicta negatio reddidit etiam de præteritis innocentem. cui negationi, per quam Hibas episcopus epistolam ad Marim Persam ostenditur refutasse, Eunomii atque Iuuenalis episcoporum interlocutio competenter aptatur. quas interlocutiones 10 primitus sibi consonare deo iuuante monstrandum est, deinde docendum quemadmodum epistolam ab Hiba negatam esse confirment. quæ ita se habent:

L IIII 678^c 120 Iuuenalis reuerentissimus episcopus Hierosolymitanus dixit: »Qui conuertuntur, = M VII 264^b hos scriptura diuina suscipi iubet, quapropter et ab hæreticis reuertentes suscipimus. unde et præuideo reuerentissimum Hibam mereri clementiam, quia et senex est, et ut 15 habeat episcopatus gradum, esse catholicum.«

L IIII 679^c = Eunomius episcopus Nicomediæ dixit: »Iam quidem ex his quæ relecta sunt, M VII 265^d innoxius adprobatus est uenerabilis Hibas. in quibus etenim dicendo male culpæ uisus est beatissimum Kyrillum, in postremis recte confessus, illa quæ culpauerat, refutauit. unde et ego anathematizantem eum Nestorium et Eutychem et impia 20 eorum dogmata et consentientem his quæ a sanctissimo archiepiscopo Leone scripta sunt et ab hac uniuersali synodo, dignum esse episcopatu decerno.« 479

121 Antea ergo nobis inspicienda est Eunomii interlocutio, quæ planius | Hibæ episcopi f. 47^r intellectum adserens, quid ex ea re etiam episcopus Iuuenalis sensit, exponit. dicens enim ex his quæ relecta sunt, Hibam innoxium comprobatum, Photii et Eustathii, sicut 25 et superiores patres, comprobat sine ambiguitate iudicium, ut his uerbis etiam negationem Hibæ episcopi et pro eodem Hiba attestationem Edessenorum epistolæ clericorum 122 comprehendere uideatur. pro qua re gestorum apud Photium et Eustathium habitorum ordinem competenter attendens, ne quis in aliquorum animis aduersus Hibam episcopum ex hoc scrupulus remaneret, quod aliquando ante unionem aliter intellegens 30 beati Kyrilli doctrinæ fuerat oblocutus, necessarie purgat quod correcta Hibas intelligentia sua, beati Kyrilli orthodoxa dogmata suscipiens et ea recta esse confessus, prioris intelligentiæ quam ante unionem ecclesiarum habuit, refutauit errorem, ostendens euentissime ab Hiba episcopo quod eius fuerit quæ ad Marim Persam legitur epistola, 123 denegatum. cum enim adprobet ab his quæ ante unionem ecclesiarum Hibas de 35 beato Kyrillo dixerat, recedentem, post unitatem quia se recte habeant, fuisse confessum,

13—22 adferuntur a Vigilio in Constituto de tribus capitulis = Coll. Auell. 83, 241. 248

17—22 Iam quidem — decerno in Graecis desiderantur et Eunomii sententia cum Iohannis Seleuci Constantini ceterorum quæ sequitur, coniuncta est

6 quemadmodum sensisse quemadmodum sentire P 10 iubenalis P 12 ad P 13 eps hierosolimitanus P hierosolymitanus episcopus Coll. Au. hierosolimitanus episcopus R hierosolimatus eps BN
14 hos PBNR om. Coll. Au. scriptura BNR Coll. Au. scripta P suscipimus P Coll. Au. sus-
cepimus BNR 15 et P om. BNR Coll. Au. præuideo P Coll. Au. peruideo BR prouideo N
συνοπω Graeca 16 esse catholicum PBNR catholicum existentem Coll. Au. secundum Graeca
18 etenim PBNR enim Coll. Au. 19 beatissimum PR Coll. Au. beatum BN 22 ab P om. BNR
Coll. Au. esset P 27 attestatione P 30 remanere P unitione P 35 denegatam P

epistola autem ad Marim Persam post unitatem scripta beati Kyrilli dicta esse hæretica mentiatur ipsumque in Apollinaris hærese incidisse confingat, certum est hanc ab Hiba
124 etiam præsentis interlocutionis testimonio denegatam. cui sensui Iuuenalis episcopi conuenit sine ambiguitate sententia. quæ cum adstruit Hibam orthodoxum extitisse, ostendit ab eo epistolam quæ ad Marim Persam scripta est, denegatam, quippe **5** tamquam rectis dogmatibus inimicam, et Photii atque Eustathii ceterorum decretis conueniens adprobat iudicatum; cum uero conuersum dicit debere suscipi, Eunomii interlocutioni congruens, de beati Kyrilli dogmatibus, de quibus ante unionem aliter senserat, eum iam post recte, sicut oportuit, sentientem ad congruæ intelligentiæ sensum
f. 47^u adprobat esse conuersum. per quod, sicut multipliciter iam ostensum est, | constat **10** illam epistolam quæ post unionem contraria loquitur, Hibæ episcopi non fuisse.
125 Quamuis igitur idonee sufficienterque tam ex supra memoratis omnibus adser- tionibus quam ex interlocutionibus patrum in Chalcedona residentum de Hibæ episcopi absolute sibi per omnia consonantibus fuerit demonstratum quia epistola ad Marim Persam, rectis inimica dogmatibus et eiusdem Hibæ professioni contraria, ab eodem **15** fuerit abnegata et patrum multimode refutata iudicio, et per hoc clareat a nullo ex eodem patrum numero potuisse suscipi quam et ipse cui obiecta est, negando a se repulit et ubique eorundem patrum de pia fide sententia prolata damnauit, tamen ex abundantia intellegere adiacet, de qua epistola legatorum sedis apostolicæ uel Maximi Antiocheni sensisse interlocutio uideatur, et ut illud quod fidelium decet sensibus inhærere, **20**
126 nihil in patrum decretis inueniri contrarium, demonstramus. apertissime creditur de epistola Edessenorum clericorum, quam Hibas episcopus pro se relegi postulauit, patres nostros in suis fecisse interlocutionibus mentionem. quam utique Edessenorum **48^o** clericorum epistolam ex illa parte gestorum apud Photium et Eustathium haborum, quam callide ac fraudulenter aduersarius eius omiserat, relegi festinauit, ut illam ad **25** Marim quæ ex ipsis idem gestis contra eum relecta fuerat, confutaret, per quam supra dictam ad Marim Persam epistolam quia Hibas episcopus rectam fidem inpugnauerit et beati Kyrilli dogmata in Ephesena prima synodo tradita omni impietate plena
127 et rectæ fidei dixerit esse contraria, aduersarii ostendere nitentur. unde necesse fuit illam quæ, dirigentibus Edessenis clericis, Photio et Eustathio episcopis iam pridem **30** tradita fuerat et in eorum recensita iudicio ipsisque gestis inserta, ad sui purgationem Hibas in Chalcedonensi quoque synodo relegi precaretur, quæ inter cetera ita dicit:
f. 48^r »anathematizantes nos ipsos et terribili gehennæ nosmet ipsos obnoxios facientes, **p. 152, 43 sq.** si nouimus aliquid tale dictum ab eo aut aliquid aliud contrarium catholicæ fidei. si enim, aliquo tali dicto, passi fuisset communicare ei qui dixit, aut missas cum eo **35** tenere, ultimo supplicio fuisset obnoxii, tamquam communicantes tali errori« et cetera, ut per hoc quod asserunt Edesseni clerici, nihil eum tale uel aliquid aliud orthodoxæ fidei dixisse contrarium, illa omnia quæ rectæ fidei contraria ad Marim Persam epistola continebat et ab aduersariis ad inpugnationem Hibæ episcopi, quia ab eo dicta fuerint, fingebantur, excluderet et negationem suam idem Hibas episcopus, in qua paulo **40** ante dixerat »quia et ab his quæ mihi inlata sunt, alienus existo«, apertissime confir- **p. 152, 14**
128 maret. hanc ergo Edessenorum clericorum legati apostolicæ sedis ante oculos habentes epistolam, dum prius ex lectione chartarum et ex iudicato Photii et Eustathii episcoporum dixissent Hibam innoxium comprobatum, secuti sunt dicentes: »relecta enim **L IIII 675^e =** enim eius epistola agnouimus eum esse catholicum«, ut primum ex ipso rerum apud **45** **M VII 261^b**

44/45 adferuntur a Vigilio in Constituto de tribus capitulis = Coll. Auell. 83, 238

2 apollenaris P

40 excluderet Schw excludere I'

Acta conciliorum oecumenicorum. III, 2.

<Photium et Eustathium> gestarum ordine de ea, id est Edessenorum quæ apud eos
 postremo loco relecta monstratur epistola suis credantur interlocutionibus censuisse.
 129 quod autem eius, id est Hibæ episcopi eam significasse uidentur epistolam signante
 magis hanc ipsius appellando quam pro se relegi petiit, illam potius ad Marim Persam,
 quæ contra eum prolata est, ostendunt ipsius non fuisse, illo loquendi modo quo indubi- 5
 tantly omnes homines et de aliis et de se uti solent, ut eorum documenta chartæ epistolæ
 130 dicantur, qui eis pro se utuntur et quorum ostenduntur prodesse negotiis. quam
 enim illi sanctissimi cognitores potius Hibæ, quem absoluebant, esse epistolam iudi-
 carent, illam ad Marim Persam, quam pro magnis criminibus quæ in ea epistola con-
 tinentur, ad Hibam inpugnandum obiecerant aduersarii eius, an [ad] illam Edessenorum, 10
 quæ eum ab omnibus purgat obiectis? illam ad Marim epistolam, quam obiectam sibi
 ipse Hibas, sicut multipliciter ostensum est, | abnegauit, an illam Edessenorum, quam f. 48^a
 ad illius epistolæ ad Marim inpugnationem et pro suæ orthodoxæ fidei adprobatione
 ut relegeretur, exegit? illam ad Marim Persam, quæ eum, si ipsius probaretur, rectam
 fidem inpugnasse adstruit, an illam Edessenorum, quæ eum contra catholicam fidem 15
 p. 152, 15 sq. nihil dixisse testatur? illam ad Marim Persam, post cuius lectionem statim Hibas
 episcopus intulit quia et ab his quæ sibi inlata essent, alienus existeret, an illam Edes- 48¹
 p. 153, 21 sq. senorum, per quam Theophilus aduersarius eius cognoscens se fuisse conuictum, eam
 falsitatis crimine nitebatur infringere? ergo illa ad Marim Persam accusatoris potius,
 qui eam protulit nec probauit, quam Hibæ, qui eam negauit, esse iustissime ab omnibus 20
 131 uel æstimata est uel æstimari debet epistola. nunc illud nihilominus est sagacius
 intuendum per quam potissimum orthodoxus Hibas episcopus a uicariis sedis apostolicæ
 fuerit iudicatus, per illam ad Marim Persam, quæ cum apertissime Ephesæ primæ
 et beati Kyrilli fidei ibi expositæ, quam Chalcedonense concilium firmat ac sequitur,
 contradicit, scriptorem suum ostendit hæreticum, an per istam Edessenorum, quæ 25
 nihil Hibam episcopum catholicæ fidei contrarium umquam dixisse sub terribilis iuris-
 iurandi et anathematis interpositione confirmans, ab aduersariorum obiectione pur-
 gatum, pronuntiari fecit orthodoxum? per illam ad Marim Persam, quam inter eos qui
 non credunt sicut in Ephesena prima synodo Kyrillus exposuit, sancta Chalcedonensis
 synodus anathematis pœna percussit, an per illam Edessenorum, quæ eorundem patrum 30
 iudicio consonans; eis magis qui aliquid contra fidem catholicam dicentibus communicant,
 132 infligit anathema? quæ omnia etiam interlocutioni Maximi Antiocheni episcopi
 L IIII 67^b = conuenire eadem quæ disserta est ueritate perspicitur. qui rescriptum epistolæ
 M VII 264^a nominando, non de illa ad Marim Persam, sed de Edessenorum clericorum epistola
 sensisse monstratur. quomodo enim de epistola ad Marim Persam, a qua primam 35
 Ephesenam synodum | et beati Kyrilli illic prædicatam certum est inpugnari doctrinam, f. 49^r
 p. 155, 3 aliquid memoratus Maximus orthodoxum dixisse putandus est, qui, sicut supra plene
 iam diximus, dum de recipienda beatæ recordationis papæ Leonis epistola censeretur,
 eam ob hoc recipendam statuit, quia beati Kyrilli in Epheso expositæ fidei conueniret,
 dicendo ita: »Concordat epistola sanctissimi archiepiscopi regiæ Romæ Leonis exposi- 40
 tionibus trecentorum decem et octo apud Nicæam sanctorum patrum et centum quin-
 quaginta apud Constantinopolim nouam Romam et in Epheso a sanctissimo Kyrillo
 133 episcopo expositæ fidei, et subscripsi.« quis igitur sic a totius humanitatis ratione
 sepositus inuenitur, ut credat hunc sacerdotem in causa uel definitione fidei ita sibi
 extitisse contrarium, ut qui tam præclari pontificis atque doctoris, id est beati Leonis 45

1 Photium et Eustathium *suppl. Baluse*3 signanter *Harduinus*8 quem *Baluse* quam *P*10 ad *P del. Baluse*13 adprobatione ut *Schw* adprobationem *P*16 post *Baluse* pro *P*20 eam *Schw* eum *P*26 umquam *Schw* numquam *P*39 quia *Baluse* qui *P*

epistolam, aperte pia dogmata continentem, beati Kyrilli quæ in Epheso est exposita, comparando doctrinæ, iudicavit orthodoxam, illius e contrario epistolæ orthodoxum diceret esse scriptum, quod hæretica uoce ipsa beati Kyrilli dogmata molitur euertere? cum ergo impossibile sit uideri unum eundemque iudicem in definitione fidei aut res-
 134 orthodoxæ fidei ad inpugnandam primam Ephesenam synodum adstrui cupiunt, quasi 10
 482 de illa quæ ad Marim Persam legitur epistola, quam contra Hibam episcopum in Photii
 et Eustathii iudicio eius aduersarii protulerunt, intellegatur ita Maximum Antiochenum
 episcopum iudicasse. quod longe ab eiusdem Maximi esse sensibus alienum superius
 135 idonea et multiplici ratione probauimus. nam illud quod ab aduersario eius scrip-
 f. 49^u tum prolatum nominat, de ista Edessenorum | clericorum dictum esse non dubium est. 15
 cum enim nihil aliud Theophilus aduersarius Hibæ episcopi contra eum in Chalce-
 donensi synodo nisi gesta apud Photium et Eustathium habita protulisset et eam par-
 tem gestorum, ut euidenter apparet, in qua continebatur Edessenorum epistola cleri-
 corum, maliuole subprimens, illam tantum per quam grauari putabat Hibam episcopum,
 fecisset recitari, tunc Hibas episcopus, ut eum euidentius confutaret ex ipsis quæ ab 20
 eodem aduersario prolata fuerant chartis, illam partem ab eo fraudulenter omissam
 relegi petiit, per quam illa epistola quæ aduersus eum lecta fuerat, probatur exclusa, ut
 per hoc quod ipse aduersarius Theophilus protulerat, conuinci efficacius monstraretur.
 136 unde et Maximus episcopus, uim idoneæ probationis exprimens, post relectam Edesse-
 norum epistolam clericorum ex his chartis quas aduersarius protulerat, ostensum Hibam 25
 137 pronuntiauit orthodoxum. ut autem plenius contentiosi hæreticorum animi supe-
 rentur, diuersis modis ostenditur hanc Edessenorum epistolam non uelut nouam in
 Chalcedonensi concilio ab Hiba prolatam, sed olim Photio et Eustathio episcopis contra-
 ditam et eorum gestis insertam. primo enim ex eo quod tempore iudicii ad eos data
 legitur, eis ad quos directa est, tradita nullo modo dubitatur, quippe cum in eorum 30
 iudicio per eam Hibas ad purgationem eorum quæ obiecta fuerant, indiguerit adiuuari.
 138 deinde quod in eadem epistola petisse a memoratis Photio et Eustathio inpensius Edesseni p. 152, 31
 clerici releguntur, ut suis eam curarent gestis inserere, quod fieri nihilominus et ipse
 iudicii ordo poscebat. quæ ita gesta non solum ueritas præsentis ratiocinationis
 ostendit, sed et ipsius Hibæ testatur superius et in Chalcedonensi synodo et in Photii 35
 atque Eustathii examine deprompta professio, siquidem sanctum Chalcedonense con-
 cilium episcopus Hibas ingressus, dum se adserit absolutum Photii et Eustathii consti-
 tuto, ita dicit: »nam et omnes clerici Edesseni per quos scripserunt præfatis episcopis, p. 151, 38
 f. 50^r testantur me esse catholicum«; ostendens | utique ad eos scriptum et in illorum iam
 iudicio Edessenorum clericorum rescripto se ab obiectis omnibus absolutum et catholi- 40
 139 cum declaratum. deinde dum in illa parte gestorum apud Photium et Eustathium
 habitorum, quam, ut dictum est, contra eum aduersarii relegi petiuerunt, tres testes
 quos in Photii et Eustathii iudicio aduersus eum aduersarii producere nitebantur,
 memoratus Hibas episcopus reprobaret, ita dixit: »Est clerus noster plus minus nomi- L III 654^b =
 num ducentorum aut plurimum; neque enim retineo numerum. omnes clerici testati 45 M VII 232^a

8 aliquem *Baluse* aliquid *P* 15 nominat *Schw* nomina *P* 19 subpraemens *P* 20 fe-
 cisset *Baluse* fuisse *P* 28 ad hiba *P* 36 chalcedonensem *P* 44 plus minus *B N R* pluri-
 mus *P* 45 plurimum *P B N R* est uitium antiquissimum pro plurium retineo *P* et in eo *B N R*

sunt, siue orthodoxus sim siue hæreticus, et per confessiones scriptas, quæ et directæ sunt sanctissimo episcopo Domno, et ad uestram reuerentiam scripserunt. si consonat tantorum testimonium clericorum tribus, sicut dicit ipse, testibus qui cum ipsis uenerunt ad accusandum in Constantinopolim et nunc cum ipsis existunt, uestrum est iudicare. «

140 ex quo euidenter apparet ita eum in ipso Photii et Eustathii iudicio ad confutandos 5 483 testes ab aduersario producendos clericorum Edessenorum epistolæ fecisse memoriam, ut et eam iudicibus iam traditam demonstraret et ex cognito isdem iudicibus totius Edesseni cleri rescripto paucorum clericorum exigeret non debere testificationes amitti. unde minime dubitatur [per] illam partem gestorum fuisse ab aduersariis ex studio prætermisam, in qua Edessenorum clericorum pro Hiba litteræ tenebantur 10 insertæ, et Hibam necessarie hanc ipsam Edessenorum epistolam ex ea parte quæ suppressa fuerat, relegi postulasse ac propterea episcopum Maximum pronuntiasse ex relecto rescripto de gestis ab aduersario prolatis ipsius rescripti epistolæ, id est Edesse-

141 norum, dictationem orthodoxam declaratam. omissam uero ab aduersariis illam gestorum partem qua Hibas episcopus ab obiectis euidentius purgabatur, et aliis modis 15 ostenditur. nam in eadem Photii atque Eustathii sententia qua referunt uniuersa quæ ab Hiba episcopo in suo fuerint acta iudicio, continetur quod prone sapuerit Hibas episcopus ex scripto dare | quid de pia fide sentiret, et ex abundanti anathematizauerit f. 50^u Nestorium et ea se in suæ promiserit eloqui ciuitatis ecclesia et alia, quæ eiusdem iudicati

142 tenore monstrantur. quæ omnia pars illa gestorum pro aduersariorum Hibæ episcopi 20 uoto in Chalcedonensi synodo relecta non continet; gesta tamen in Photii atque Eustathii iudicio esse eorum sententia declaratur. per quod constat sine dubio eas partes ab aduersariis malitiose subpressas, quas sciebant Hibæ episcopo amplius profuturas.

143 nam ut hæc apud Photium et Eustathium episcopos actis inserta fuisse minime dubitetur, Thalassii episcopi Cæsariæ Cappadociæ in Chalcedona residentis manifestat absque 25

p. 144, 15 sq. **144** ambiguitate sententia, quæ post alia ita dicit: »quia maxime gestis suscepit ut anathematizaret illa quæ eius accusatores aduersus eum deposuerant ex scripto.« quod utique quia in parte illa gestorum quæ aduersariis episcopi Hibæ desiderantibus recensita est, non legitur, manifestum est ex his quæ Photius et Eustathius in suo iudicio gesta referunt quia actis inserta fuerint, memoratum episcopum Thalassium 30 cognouisse, et ideo omni ueritatis luce probatum est ita et illam partem gestorum, in qua Edessenorum clericorum continebatur epistola, ab aduersariis fuisse subpressam, sicut et hæc pars, ne relegeretur, ommissa est, quæ non ex illa parte quam aduersarii relegi uoluerunt, sed ex Photii atque Eustathii episcoporum, quæ apud eos acta sint,

145 sententia declaratur. igitur indubitanter apparet ex illis gestis quæ ab aduersariis 35 prolata quidem sunt, sed studiose pro parte subpressa, Edessenorum epistolam Hibam episcopum pro se relegi poposcisse et de eius epistolæ rescripto, quod ab aduersario prolatum sit, Maximum Antiochenum episcopum sua interlocutione dixisse. cuius autem epistolæ orthodoxa potuit pronuntiarum dictatio, ualde est superius adprobatum et ex hoc manifestius apparebit, quia in præcedenti prosecutione sua Hibas ex Edessenorum 40 rescripto se adseruit orthodoxum comprobari. unde consequenter ortho|doxa f. 51^r dictatio eiusdem Edessenorum epistolæ dicta est, per quam et ipse se orthodoxum

147 petiit a iudicibus æstimari et eorum sententia est declaratus orthodoxus. cedat itaque impudentia peruersorum tam Eutylianæ hæreseos quam Nestorianæ sequacium, 484 qui hæretica fraude nituntur suadere quod quilibet in Chalcedonensi synodo residens 45

1 et² P om. B N R 3 dicit ipse P ipse dicit B N R 5 ipsos P 8 cleri Baluse clerici P
 8/9 amitti P 9 per del. Schw 12 postulasset P 23 ad P 24 fuisset P 25 thal-
 lassii P 30 qui P thalassium P 37 poposcisse Baluse poposcissent P 45 resedens P

de illa ad Marim Persam epistola totius impietatis plena aliquid orthodoxum dicere uel sentire potuerit. cum enim Hibas episcopus in principio quo sanctæ Chalcedonensis synodi examen ingressus est, ita fuerit prosecutus dicendo se per clericorum p. 142, 15 Edessenorum adtestationem æstimatum fuisse uel æstimari debere catholicum, idem apud Photium et Eustathium episcopos ad purgationem suam adserucrit oportere sufficere quod adtestati sint Edesseni clerici per confessiones suas quas ad eosdem episcopos 5 scripserunt, se esse catholicum, rursus in eadem defensione permanens, post illius ad Marim Persam epistolæ lectionem Edessenorum clericorum pro se relegi, cuius sæpe p. 152, 17 mentionem fecerat, epistolam postulasset, quis tam lucidæ ueritatis inpugnator existat, qui non ex istius Edessenorum epistolæ textu, per quam ipse accusatus Hibas <se> æstimari 10 poposcit orthodoxum, a patribus orthodoxam dictationem et eundem Hibam catholicum pronuntiatum fuisse cognoscat, sed illius epistolæ ad Marim Persam dictationem putet orthodoxam iudicatam, quæ ei et pro crimine hæreseos obiecta est et si eius probata fuisset, hæreticus potuit iudicari?

149 Itaque anathematizamus atque damnamus supra scriptam epistolam quam ad 15 Marim Persam hæreticum scripsisse Hibas confingitur, quæ deum uerbum de sancta L V 577 = M VIII 385 dei genetrice et semper uirgine Maria incarnatum et hominem factum esse abnegat, sed purum hominem ex ipsa natum esse dicit, quem templum appellat, ut ex hoc alius deus uerbum et alius Christus intellegatur, et sanctum Kyrillum, qui rectæ fidei doctor f. 51^u et prædicator extitit, ut hæreticum et similia Apollinari scribentem criminatur | et 20 culpam primam Ephesenam synodum tamquam sine examinatione et inquisitione Nestorium condemnauerit, et duodecim capitula sancti Kyrilli impia et contraria rectæ fidei uocat eadem epistola, defendit autem Theodorum et Nestorium et impia eorum dogmata et conscripta. prædictam igitur epistolam ad Marim Persam anathematizamus atque damnamus, in qua nefandæ superius designatæ blasphemiam continentur, 25 et quicumque ea quoquo tempore crediderit accipiendam uel defendendam aut conatus fuerit aliquando præsentem damnationem resolueret, pari anathemate condemnamus; eos autem qui memoratam epistolam ad Marim Persam, designatas superius blasphemias continentem, a sancta Chalcedonensi synodo a præsentis temporis, innotescente sibi nostri serie constituti, contenderent esse susceptam uel a quocumque eorundem patrum 30 in Chalcedona residentum orthodoxam pronuntiatam nituntur adstruere, pari anathematis pœna percillimus, quoniam non solum sancto ac reuerendo Chalcedonensi concilio inrogare moliuntur iniuriam, uerum etiam incentores ac renouatores se sopiti scandali profitentur, per quod uniuersalis rursus concuti possit ecclesia, ut doctoris gentium apostoli iuste uideantur feriri sententia qua dicit: ut in a m e t a b s c i d a n t u r 35 Gal. 5, 12 qui uos conturbant.

151 Expletis quæ de sopienda primi capituli quæstione, id est de epistola ad Marim 485 Persam disserenda uel definienda erant, necesse nobis est, quid de Theodoro Mompuesteno eiusque dictis ecclesiasticæ unitatis ratio uel fidei a sanctis patribus traditæ cautela fieri exigit, expedire. perpendimus itaque quod huius quoque quæstionis 40 152 exordium ex hæreticorum cænoso fonte manauerit. cum enim Nestoriani ante plures annos non ualerent impia eius dogmata sub ipsius damnati Nestorii nomine quorundam sensibus decipiendis inserere, hinc proferendi erroris sui oportunitatem exquisitis fraudibus inuenerunt, ut ex Theodori Mompuesteni libris, quem iactitant in pace f. 52^r ecclesiæ defecisse, impia | rursus Nestorii dogmata blasphemias inmanioribus innouata 45

2 sc̄i P
lenari P

5 adseruerit Schw adstruit P
34 ecclesiam P

10 se post æstimari ins. Harduinus
43 proferendi Baluse profrenti P

20 apol-

introducere niterentur. quorum uenena, diuturnis temporibus occulte serpentina, nunc aperta professione manantia, nostros et Christianissimi principis omniumque orthodoxorum animos permouerunt, attendentium non esse ulterius differenda remedia, ubi, per patientiam dissimulatione nutrita, tam magni mali uidetur creuisse perniciēs.

153 hoc enim memoratos Nestorianos publice et incessanter adstruere nulli uenit in dubium, ⁵ dicentes: »nos patrem non tam Nestorium quam Mompuestenum Theodorum ueneramur eiusque libros tota nostræ deuotione mentis amplectimur, nec erit quisquam qui nobis obsistere <ualeat>, cum dogma nostrum sic antiqui doctoris Theodori ubique uulgatis codicibus adstruatur«; quorum Nestorianorum uocibus nonnullus ineruditi uulgi

154 numerus cotidianis diebus praua seductione decipitur. cum ergo constet amplius per ¹⁰ defuncti Theodori nomen atque conscripta Nestorianæ hæresis errorem populis intro- mitti quam uiuus potuit inferre Nestorius, non tam neglegentiæ quam coniuentiæ dis- crimen nos credidimus incururos, si tam necessariæ correctionis, quam periclitantis

155 ecclesiæ dispensatio flagitat, differri ulterius remedia pateremur. neque enim, ut quidam inaniter diffamabant, Theodori eiusque dictorum poterit excusationi proficere ¹⁵

L IIII 663^d = quod in epistola ad Marim Persam nomen Theodori uel scripta eius uidentur copiose
M VII 245^b laudari, cum et præcedenti adsertione multipliciter fuerit demonstratum eandem episto- lam, sicut a nobis, ita et a sanctis patribus in Chalcedona residentibus iuste damnatam et hoc potius ad malorum Theodori demonstrationem abunde sufficiat quod illic nomen scriptaque eius laudata sunt, ubi beatus Kyrillus et Ephesena prima synodus in pug- ²⁰

156 natur. quæ cum ita sint, non tamen destitimus per fidiōres interpretes scripta eiusdem Theodori perscrutari, quamuis nobis et ante | utcumque fuerint publicata, ex f. ^{52^u} quo nunc perclaruit lucidissima ueritate prædicti Theodori Mompuesteni libris con- traria rectæ fidei et sanctorum patrum contineri doctrinis; unde et sancti patres, contra

157 eum scribentes, suos libros ad instructionem sanctæ ecclesiæ reliquerunt. nam inter ²⁵

L V 576 = alias blasphemias euidenter eum dixisse comperimus alium esse deum uerbum et alium
M VIII 384 Christum a passionibus animæ et desideriis carnis molestias patientem, et a deterioribus paulatim recedentem ad meliora profectu operum peruenisse et conuersione immacu- latum factum, et tamquam purum hominem baptizatum esse in nomine patris et filii et spiritus sancti et per baptismum gratiam sancti spiritus accepisse et adfiliationem ³⁰ meruisse, et ad imperialis imaginis similitudinem in personam dei uerbi Christum adorari, ⁴⁸⁶ et post resurrectionem immutabilem cogitationibus et omnino inpeccabilem factum.

158 dixit etiam talem factam esse unitionem dei uerbi ad Christum, qualem apostolus dixit

1. Cor. 6, 16 de uiro et muliere: e r u n t d u o i n c a r n e u n a, et quod post resurrectionem, cum Ioh. 20, 22 insufflasset dominus in discipulis et dixisset a c c i p i t e s p i r i t u m s a n c t u m, ³⁶

159 non dedit eis spiritum sanctum. hoc quoque ausus est dicere quia confessionem quam fecit Thomas, cum palpasset manus et latus domini post resurrectionem, dicens

Ioh. 20, 28 d o m i n u s m e u s e t d e u s m e u s, non esse dictam a Thoma de Christo (nec enim dicit Theodorus deum esse Christum), sed ad miraculum resurrectionis stupefactum

160 Thomam glorificasse deum et ista dixisse. et quod peius est, etiam in interpreta- ⁴⁰ tione quam in Actibus apostolorum scripsit idem Theodorus, similem fecit Christum Platoni et Manichæo et Epicuro et Marcioni, dicens quod sicut illorum unusquisque ex dogmate quod inuenit, suos discipulos fecit uocari Platonicos et Manichæos et Epi- cureos et Marcionistas, simili modo et cum Christus dogma inuenisset, ex ipso Christianos

161 uocari. quarum blasphemiarum ex libris Theodori Mompuesteni peruersitate reperta, ⁴⁵

1	introducere niterentur	Baluse	introducerent	terentur	P	2	principi	P	3	accendentium	P		
8	ualeat	suppl. Baluse	doctores	P	12	conhibentiæ	P	em. Harduinus	13	tam	Harduinus		
	tamen	P	16	epistolam	P	19	quod	Baluse	quo	P	24	continere	P
	u	ex o	corr.	45	repperta	P	42	epicureo	P				

f. 53^r euidenter apparet falsissime quosdam fouentes dicta Theodori | opinari quod memo-
 ratus Theodorus non fuerit in sua uita damnatus, cum perspectis prodecessoris nostri
 beatæ recordationis Damasi synodalibus constitutis, quæ post Nicænum concilium de
 spiritu sancto tractantibus et conuenientibus in urbem Romam catholicis episcopis et
 beatæ recordationis Ambrosio Mediolanensis ciuitatis antistite sunt edita longe ante- 5
 quam Theodorus Mompuestinæ officium episcopatus adsumeret, inueniremus plenissime
 definitum eos qui duos filios adfirmant, unum ante sæcula et alterum post adsumptionem
 carnis ex uirgine, sicut superius Theodorum adseruisse monstratum est, anathematis
 pœna percussos, ubi non solum illi qui eodem tempore ipsius erant hæresis sectatores,
 uerum etiam illi qui succedentibus temporibus eundem sequerentur errorem, eiusdem 10
 162 anathematis uinculis repperiuntur adstricti. cui damnationi Theodorum quoque
 Mompuestiæ necesse est fuisse subiectum, qui prædamnatae hæresis sectator et præ-
 dicator effectus est; neque enim aliter eos quos nunc in Arrianam uel in aliam quam-
 libet hæresem repperimus implicatos, iam anathematis pœna damnatos accipimus, nisi
 quia in prædamnatis quos sectantur, erroribus inueniuntur ipsi quoque damnati. nec 15
 illud omittendum esse perspicimus quod hi qui in suis libris ac disputationibus duos
 filios credi docent, negent tamen se duos filios profiteri, cum eis nihil prosit hoc uacuis
 negare sermonibus, quod dolose per sua dogmata, libris etiam conuincuntur adstruere.
 163 sic etenim Nestorius, ut superius iam diximus, duas naturas, unum filium se simulans
 confiteri et alterum esse qui ex deo patre natus est, alterum qui ex uirgine matre proge- 20
 nitus, in suis disputationibus omni fraudis intentione suadere persistens, non potuit
 debitæ pœnam damnationis effugere, nec eum liberare ualuit illa unius filii dolosa pro-
 fessio, cuius aliud conuincebatur continere doctrina, quia peruersitatis huiusmodi secta-
 487 f. 53^u tores se ipsis puniuntur auctoribus, qui quod | erubescunt profiteri, docere non desinunt,
 164 et quæ loquenda negant, legenda non scribunt. pro his igitur omnibus ecclesia uni- 25
 uersalis agnoscat cuius utilitati, ne Christi dei nostri plebs amplius seducatur, nostra
 seruit intentio; quam utilitatem per Theodori nomen atque scripta lædi supra * * memi-
 nimus iuste nos et sine aliqua reprehensione ad ea quæ præsentī auctoritate statuimus,
 descendisse, et ideo condemnamus et anathematizamus similiter ut alios omnes hære-
 ticos quos damnatos et anathematizatos constat a sanctis quattuor conciliis et a 30
 catholica ecclesia, et Theodorum, qui quondam Mompuestiæ episcopus fuit, et eius
 impia conscripta; nihilominus et quæ Theodoritus conscripsit contra rectam fidem L V 577 =
 et contra XII sancti Kyrilli capitula et contra primam synodum Ephesenam, et quæ M VIII 385
 ad defensionem Theodori et Nestorii ab eo scripta sunt, quia [pro] ecclesiasticæ utili-
 tatis causa poposcit etiam memorata Theodoriti scripta damnari, eo quod sæpe dicti 35
 Nestoriani sub eius episcopi nomine, qui a beatæ recordationis Leone papa et a sancta
 Chalcedonensi synodo legitur fuisse susceptus, eadem scripta ad adstruendi sui erroris
 uidentur adhibere suffragium, non aspicientes quod non solum sancti patres in Chal-
 cedona congregati, damnato Nestorio cum suis dogmatibus, et ista damnauerint, sed
 etiam ipse episcopus Theodoritus omnia dicta quæ beati Kyrilli in Ephesena prima 40 L III 622 =
 expositis uidebantur contraire dogmatibus, in sancta Chalcedonensi synodo aperta M VII 189
 professione respuerit et suscepit definitionem sancti Chalcedonensis concilii, in qua
 beati Kyrilli in Ephesena prima expositam manifestum est prædicari doctrinam, et ita,
 sicut omne concilium sanctæ Chalcedonensis synodi interlocutum est, ab eadem synodo
 constat fuisse susceptum; propter quod clarum est nihil noui nos per hanc damnatio- 45

1 euidentur P 11 uinculi P 27 lacunam statuit Schw, qua interierunt quæ Vigilii de
 ipsius Constituto de tribus capitulis [= Coll. Auell. 83] exposuit 29 descendisse P 34 pro del.
 Schw 43 exposita P 45 noui Baluze nobis P

nem statuere, sed ea anathematizasse, quæ et sancta Chalcedonensis synodus respuit et ipse quoque Theodoritus episcopus illic sua professione damnauit.

- 165 Prædicta igitur tria impia | capitula anathematizamus atque damnamus, id est f. 54^r epistolam quæ dicitur Hibæ ad Marim Persam, in qua nefandæ superius designatæ 488 blasphemiam continentur, et impium Theodorum Mompsuestenum cum nefandis eius 5 conscriptis, et quæ impie Theodoritus conscripsit; et quicumque ea quoquo tempore crediderit accipienda uel deferenda aut conatus fuerit aliquando præsentem damnationem resoluere, pari anathemate condemnamus, eos autem qui conseruantes rectam fidem prædictis quattuor synodis prædicatam, memorata tria capitula damnauerunt uel 166 damnant, fratres et consacerdotes habemus. quæcumque uero siue meo nomine 10 siue quorumlibet pro defensione memoratorum trium capitulorum prolata fuerint uel ubicumque reperta, præsentis nostri plenissimi constituti auctoritate uacuamus. quas omnes designatas blasphemias absit ab uniuersali ecclesia ut quisquam prædictas quattuor synodos uel unam ex eis adserat suscepisse uel eos qui talia sapuerunt atque secuti sunt, cum constet a sanctis memoratis patribus et maxime a sancto Chalcedonensi 15 concilio nullum de quo fuit suspicio, fuisse susceptum nisi qui superius designatas blasphemias uel his similia aut hæresim de qua suspectus fuit, respuit aut blasphemias de 167 quibus de eo dubitatum est, abnegauit atque damnauit. et ideo eos qui memoratam epistolam ad Marim Persam, designatas superius blasphemias continentem, a sancta Chalcedonensi synodo a præsentis tempore, innotescente sibi huius nostri serie constituti, 20 adserere uoluerint esse susceptam uel a quocumque eorundem patrum in Chalcedona residentum orthodoxam pronuntiatam nituntur adstruere, pari anathematis pœna percellimus, quoniam non solum sancto ac reuerendo Chalcedonensi concilio inrogare moliuntur iniuriam, uerum etiam incentores se ac renouatores sopiti scandali profitentur, per quod uniuersalis rursus concuti possit ecclesia, ut doctoris <gentium> 25 Gal. 5, 12 apostoli iuste uideantur feriri sententia, qua dicit: | u t i n a m e t a b s c i d a n t u r f. 54^u qui uos conturbant.

- 168 Et post subscriptiones: Dat̄ vii Kalendarum Martiarum, imperante domino 23. Febr. 554 Iustiniano perpetuo Augusto anno xxvii et post consulatum Basilii ū. ĩ. anno xiiii Constantinopoli. 30

20 nostri serie *Baluze nostræ seriæ P*
add. Schw.

22 pronuntiatam *P*

anathematizatis *P*

25 gentium

f. 58^r 1
L III 1763 =
M VIII 817

DEO AMABILI THOMATI PRESBYTERO INNOCENTIVS EPISCOPVS MARONIAE CIVITATIS
IN DOMINO SALVTEM. Scripsit mihi tua deo amabilis caritas, eo quod susceptis humi-
litas nostræ litteris una cum exemplaribus piissimi atque amatoris dei principis nostri
2 et sanctissimi archiepiscopi litterarum præcipientium me ad regiam pergere ciuitatem,
in grandi sollicitudine deuenerit nesciens occasionem euocationis nostræ. propterea 5
3 significo, uenerande frater, eo quod propter orientales episcopos qui cum Seuero a sancta
catholica et apostolica ecclesia separati sunt, euocati sumus. scriptum est autem
de hac eadem re primori quidem loco domino meo reuerentissimo ac deo amabili Ypatio
Ephesinæ ciuitatis archiepiscopo atque idem domino meo Iohanni Vezinæ ciuitatis
episcopo et meæ, sicut dictum est, humilitati; dominus enim meus uir uenerabilis epi- 10
scopus Stephanus Seleucensium ciuitatis et idem dominus meus Anthimus Trapezuntinæ
ciuitatis episcopus, qui nobiscum una in collatione fuerunt, iam præcessissent in regia
f. 58^u ciuitate cum domino meo Demetrio Philippinæ ciuitatis episcopo, etsi ipse propter
corporalem ægritudinem præsens esse non potuit.
4 Ante collationem igitur euocauit sanctissimum archiepiscopum tranquillissimus 15
imperator in uenerabili palatio suo quod cognominatur Hormisdæ, relictoque sacra-
tissimo senatu, cum eo parumper secedens, conuocauit et nos, et cœpit nobis dicere
eo quod »pro his qui cum Seuero episcopo ab ecclesia descuerunt, conuocaui uos, ut
de his quibus ambigunt, conferatis cum eis cum omni mansuetudine et patientia, sicut
5 decet orthodoxos et sanctos uiros. etsi enim illi exasperati fuerint, uos tamquam 20
dei amatores cum omni mansuetudine et tranquillitate eis satisfacite; nolo autem sub
mei præsentia fieri collationem, ne in contemptu ueniant, sed præcipio gloriosissimo
patricio Strategio (ille enim eo tempore locum tuebatur gloriosi magistri officii), ut
uobiscum una resideat.«
6 Prima itaque die conuenimus in eodem eptaconco triclinio in quo et tunc pietas 25
eius nos suscepit. et nos quidem eramus quinque, illi uero sex, Sergius ciuitatis
Cyrri, Thomas ciuitatis Germaniciæ, Filoxenus Dulichii, Petrus de Theodosiopoli,

*Innocentii Maronitæ ad Thomam presbyterum Thessalonicensem [cf. p. 182, 36] epistula Graeca perit.
Latina uersio primum impressa apud Baronium ann. 532, 31—56, deinde in Conciliorum Collectiones recepta
est sub nomine 'Collationis Catholicorum cum Seuertianis' quod nomen codicis auctoritate caret. epistolam laudat
Liberatus 9 p. 40 Hypatius Ephesiorum episcopus in collatione quam contra Acephalos suscepit iussione Iusti-
niani principis medio Strategio comite sacrarum largitionum in palatii loco qui [quod *codd.*] dicitur Eptaconcos
[eptacon contra et epta contra *codd.*]*

3 princis P 9 Vezinae ciuitatis = Βιζόν 11 trapeguntinæ P 12 in *superscr.* P
15 tranquillissimus P 17 eos P 22 in contentionem ueniam Schw præcipuo P

- Iohannes Constantinæ, Nonnus Ceresinæ, et reliqui tam clerici quam monachi; nobiscum uero dominus uir uenerabilis Eusebius presbyter et cimiliarcha sanctissimæ maioris ecclesiæ et uiri reuerentissimi presbyteri et syncelli beati archiepiscopi Epifanii Heraclianus atque Laurentius, sed et Antiochenæ siue Theopoleos ciuitatis uenerabiles pres- L 1764
byteri et œconomi atque apocrisarii Hermisigenes, Magnus et Aquilinus una cum Leontio 5 M 818
7 uiro uenerabili monacho et apocrisario patrum in sancta ciuitate constitutorum. et
ut ex pluribus quæ illic dicta sunt, breuiter referam quasi capitulatim, si enim omnia
uoluerō scribere, tempus me ante deficiet: sedentibus ergo nobis, cœpit præfatus glorio-
sissimus patricius Strategius, qui nunc | comes diuinarum ubique largitionum est, ad f. 59^r
- 8 Orientales ita dicere: »Piissimus atque tranquillissimus noster dominus, tamquam 10
orthodoxus et rectam fidem cotidie augere desiderans, conuocauit uestram religionem
non ex auctoritate principali, sed paterna et sacerdotali conpunctione, quod de his
quibus ambigitis, a præsentibus sanctissimis episcopis satisfiat uobis, qui propter hoc
ab eius pietate sunt euocati. scitis autem et uos quoniam gloriosæ memoriæ pater
meus Appius, ex Aegyptiorum oriundus prouincia et tam uestras quam Alexandrino- 15
rum secutus sectas, dubitabat communicare sanctæ maiori ecclesiæ in hac ciuitate
constitutæ; sed piissimi atque fidelissimi nostri imperatores ratione ei persuaserunt
eo quod aliud non symbolum uel aliam fidem tradiderunt nobis hi qui in Chalcedona
congregati sunt reuerentissimi uiri episcopi, nisi eandem quæ in Nicæa et in Constan-
tinopoli et Epheso confirmata est, ipsi quoque fidem decreuerunt et Nestorium et Euty- 20
chen, qui nouas hæreses inducebant, condemnarunt; qua ratione persuasus communi-
cavit sanctæ ecclesiæ. et uos igitur non contentiosa mente, sicut decet uenerabiles
uiros, quæcumque uobis dubia uidentur, opponite coram religione horum, et deus per
ipsos satisfaciet uobis.«
- 9 Orientales dixerunt: »Nos satisfactionis chartulam de fide nostra conpositam 25
piissimo imperatori porreximus et in ea omnia quæ nobis ambigua uidebantur et scan-
dalizabant nos, intexuimus.« Reuerentissimus archiepiscopus Ypatius, os nostrum
factus sicut et beatus Petrus apostolorum, respondit dicens: »Chartulam illam peruidi-
mus, in qua tam supra quam infra Chalcedonense concilium criminamini, quod aduersus
Eutychanam est hæresim congregatum; propter quod dicite uobis qualem opinionem 30
de Eutychen habetis?« Orientales dixerunt: »Tamquam hæreticum, magis autem
11 principem hæresis.« uir reuerentissimus episcopus dixit: »De Dioscoro uero et secundo
in Epheso concilio, quod ab ipso congregatum est, qualem?« Orientales: »Tam-
quam orthodoxorum.« episcopus dixit: »Si Eutychen uelut hæreticum condemnatis, M 819
quemadmodum Dioscorum et cum eo congregatos orthodoxos dicitis esse, qui Eutychen 35
quidem hæreticum iustificarunt, Flauianum uero | et Eusebium condemnarunt?« f. 59^v
- 12 Orientales: »Eutychen tamquam acta forsitan pænitentia iustificarunt.« episcopus:
»Si ergo pænituit Eutyches, quemadmodum illum anathematizatis?« illis uero ad L 1765
13 hanc responsionem hæsitantibus, rursus episcopus: »In tantum non pænituit, quia
et antequam implerentur quæ in Constantinopolitana urbe aduersus eum gesta sunt, 40
illum quidem tamquam orthodoxum iustificarunt, Flauianum uero et Eusebium uelut
hæreticos condemnarunt. si enim pænituit Eutyches, rogari oportuit eos, non con-
14 demnari. ut autem dicamus secundum uos confessionem duarum naturarum esse

25—27 extat haec chartula Syriace uersa in *Anecd. Syr. ed. Land III 273 sq.* = *Script. sacri et prof. 3, 189 sq.*

1 iohannis P	Circesinæ <i>Harduinus et Schw</i>	3 epifani P	5 eonomi P
hermisigenis P	7 illi//edicta P	9 comis P	18 tradiderunt nobis <i>delendum</i>
25 conposita P	31 hereticus P	39 quia = <i>δεξ consecutiuum: cf. p. 180, 28</i>	

hæreticam, quam exigebatur Eutyches confiteri ab Eusebio et Flauiano, decebat Dioscorum laudare eum tamquam non suscepta duarum naturarum confessione; ut autem consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem matri secundum humanitatem [dicere], oportuit cum omni subtilitate exigere eum, ut confiteretur, et nisi
15 hoc fuisset confessus, suscipi eum non oportuit. Dioscorus uero non solum quia **5**
 non exegit ab eo consubstantialis confessionem, sed magis consensit contrariæ eius et peruersæ confessioni, quæ dicit: 'ante unitionem quidem ex duabus naturis confiteor, post unitionem uero unam naturam', et compulit omnes qui cum eo erant, uociferare Eutychen quidem orthodoxum esse, Flauianum uero et Eusebium impios et
16 hæreticos. quid ergo uobis de istis apparet?« contradicentes dixerunt: »Reuera **10**
 oportuit exigi Eutychen a Dioscoro consubstantialis confessionem; sin autem sine ista suscepit eum et iustificauit, cæcitatem passus est.« et episcopus: »Si ergo illum cæcitatem passum esse fatemini, ea quæ superius dicta sunt, repetamus: orthodoxum aut hæreticum Eutychen dicitis fuisse?« contradicentes dixerunt: »Hæreticum.« et episcopus: »Iuste ergo ab Eusebio accusatus, condecenter uero a Flauiano dam- **15**
17 natus est.« contradicentes dixerunt: »Iuste.« et episcopus: »Si ergo iuste condemnatus a Flauiano est, iniuste et irrationabiliter suscepit eum Dioscorus et cum eo
 f. 60^r congregatum concilium an non?« contradicentes: »Procul dubio apparet | quod iniuste.« episcopus: »Quoniam ergo totum illud uniuersale concilium quod cum Dioscoro congregatum est, consensit, sicut uos ipsi fatemini, iniustitiæ et cæcitati, **20**
 oportebat uniuersalis illius concilii iniustitias et cæcitates ab altero uniuersali emendari
18 concilio, an non?« contradicentes dixerunt: »Modis omnibus ita fieri oportebat.« episcopus dixit: »Chalcedona itaque iuste congregatum concilium est, ut ea quæ uniuersale concilium deliquerat uel, sicut uos dicitis, minus uiderat, ab uniuersali concilio corrigerentur.« contradicentes dixerunt: »Bene quidem et necessarie congregatum **25**
 est, si et iustum finem suscepisset.« his ergo per plures sermones, sicut supra dictum est, habitis, primi diei conuentus est dissolutus.

M 820 19 Secundo autem die cum conuenissemus, uir reuerentissimus archiepiscopus Ypatius ait: »Recordamini finem hesternæ conlationis et nullius estis oblitus, tamen si placet, iterum commemoremus uos.« contradicentes dixerunt: »Recordamur quidem; attamen **30**
20 men ad pleniorum dictorum cognitionem et iterum reuoca nobis in mentem.« episcopus dixit: »Confessi estis hesternæ secundum ueritatem hæreticum esse Eutychen et iuste a Flauiano religiosæ memoriæ condemnatum et iniuste susceptum a Dioscoro uel ab eo congregato concilio, et quia oportuit uniuersalis illius concilii culpas ab altero concilio idem uniuersali corrigi, et quia propter prædictas occasiones iuste congregatum **35**
 est Chalcedonense concilium.« contradicentes dixerunt: »Recordamur hæc omnia.«
L 1766 episcopus dixit: »Ostensum ergo uobis est quia iuste est congregatum Chalcedonense concilium.« contradicentes dixerunt: »Iuste conuenit, si et iustum finem suscepisset.« episcopus dixit: »Quid enim reprehenditis illud peccasse concilium, ut aduersus hoc possimus uobis reddere rationem?« contradicentes: »Ante omnia duarum **40**
 naturarum nouitatem. beato enim Cyrillo et antecessoribus eius ex duabus naturis unam naturam dei uerbi incarnatam post unitionem prædicantibus, illi in duabus naturis
 f. 60^v innouare præsumpserunt.« episcopus dixit: | »Omnis quidem nouitas peregrina

1 decebat Schw docebat P

2 susceptam — confessionem P

4 dicere del. Schw

5 non solum quia = οὐχ ὅτι

6 exigit P

12 et² superscr. P

16/17 damnatus, con-

superscr P

17 eum P

20 iniustitiæ, titiæ ex corr. P

26 sic P

suscipiet P cf. 38/39

28 conuenissemus P

42 incarnatum P

illi Schw illis P

est, non tamen omnis obnoxia. ipsi ergo secundum quam rationem dicitis innouan-
 22 <damnan>dos illos, secundum peregrinam uocem an secundum noxiam?« contra-
 dicentes dixerunt: »Secundum utraque; beato enim Cyrillo et beato Athanasio Ale-
 xandrinæ ciuitatis episcopis, Felice etiam et Iulio Romanæ ecclesiæ, Gregorio quin etiam
 mirabilium factore et Dionysio Areopagita unam naturam dei uerbi decernentibus 5
 post unitionem, hos omnes transgressi illi præsumpserunt duas naturas post unitionem
 23 prædicare.« episcopus: »In tantum falsæ sunt epistolæ siue testificationes illæ quas
 dicitis, ut neque unam ex illis beatus Cyrillus uoluerit recordari, nec in epistolis quas
 ad Nestorium scripsit, uel in his quas contra blasphemias eius protulit testificationes
 in sancta synodo Ephesena, quando maxime debuit proferre eas, sed nec in expositione 10
 duodecim capitulorum aduersus Theodoritum et Andream scribens, qui contra eadem
 capitula scripserunt, sed nec aduersus Orientale concilium, quod unde nescio Arrii illi
 uel Apollinarii opinionem inposuisse uisum est; neque enim Arrius aliquando uel Apol-
 linarius duas naturas confessi sunt, sed unam naturam dei uerbi incarnatam ipsi magis
 nouiter protulerunt, ut creatam et passibilem ipsam diuinam uerbi naturam introdu- 15
 cerent. aduersus quos duas substantias atque naturas omnes sancti patres
 24 decreuerunt. sed et hoc dicimus quia duodecim gloriosorum patrum testi-
 monia aduersus Nestorii blasphemias in Epheso beatus Cyrillus proferens, id est
 sancti Petri episcopi Alexandrinæ et martyris, sancti Felicis episcopi Romanæ
 et martyris, Cypriani episcopi Carthaginiensium et martyris, beati Athanasii 20
 et beati Theofili episcoporum Alexandriae, Iulii episcopi Romæ, Ambrosii et
 Basilio, Gregorii et alterius Gregorii, Amfilochii de Iconio et Attici Constantino- M 821
 politani, nullum testimonium eorum de una natura protulit, sed non solum <non>
 aliorum, sed nec beati Athanasii, qui a uobis profertur in unius naturæ incarnati
 dei uerbi confessione, cum certe diuersa testimonia eius illic intexuerit, sed et 25
 beati Iulii, | eo quod dei genetrix sit sancta uirgo et deum esse eum qui carne f. 61^r
 passus est. si ergo sciebat de una natura quemquam ex his dixisse, illic maxime
 proferre habuit, ubi tantum erat et tale uniuersale concilium. si autem illic non L 1767
 25 sunt prolatae, quemammodum nunc a uobis proferantur, satis admiror.« contra-
 dicentes: »Quid ergo suspicamini? quia nos eas falsauimus?« episcopus: »Vos non 30
 suspicamur, sed antiquos hæreticos Apollinaristas, qui reprehendunt eum in epistola
 quam ad Orientales pro unitione et pace de duabus naturis scripsit, quoniam et hi qui
 cum Nestorio sapiunt, falsauerunt ad Epictetum sancti Athanasii epistolam, sicut
 L III 1111^c =
 M V 309^b beatus Cyrillus beato Iohanni Antiochenæ ciuitatis episcopo scribens docuit nos.«
 contradicentes: »Possumus ostendere quia et beatus Cyrillus usus est istis testimoniis 35
 in libris aduersus Diodorum et Theodorum editis.« episcopus: »Modo maxime et
 illos aduersus Diodorum et Theodorum libros ambiguos facitis tamquam fictos, ad-
 uersus mortuos prolatos dicentes non poterant refellere falsitatem. si enim aduersus
 mortuos prolati sunt, multo magis aduersus Nestorium et eos qui contra capitula eius

3—5 cf. Lietzmann, *Apollinaris v. Laodicea* 124

35/36 cf. *Liberat. p. 47 Garn.* Cyrillus quattuor libros scripsit, tres aduersus Diodorum et Theodorum quasi Nestoriani dogmatis auctores et alium de incarnatione librum, in quibus continentur antiquorum patrum corrupta testimonia, id est Felicis papæ Romani, Dionysii Corinthiorum episcopi (*confuse meministi Liberatus Iulii Romani epistolæ suppositiciæ ad Dionysium Corinthium, cf. Lietzmann, Apollinaris p. 92*) et Gregorii mirabilis thaumaturgos cognominati

1/2 innouantes damnandos *Baronius* innouandos *P* 4 felicem *P* 5 factorem *P*
 areopagitam *P* 12 quod] cui *Schw* 22 amfiloci *P* de Iconio *Schw* idconio *P* 23 non
 suppl. *Schw* 31 in epistola = ἐπὶ τῆι ἐπιστολῆι 34 ep̄s *P* 38 prolata dicentes (quorum)
 non poteratis *Schw* 39 prolata *Schw*

scripscrunt, proferre habuit eadem testimonia; sed nunc uidetur quoniam et in illis libris hæretici falsantes addiderunt ea. « contradicentes dixerunt: »Si ergo ex antiquis rescriptis et ex archiuis Alexandriae potuerimus utraque ostendere sic habentia, quid estis dicturi?« episcopus: »Si sub temporibus beati Proterii uel Timothei cognomine Salafaceri hæc ostensa sunt, indubitabilia erant; quoniam uero iam a multis hi qui aduersantur orthodoxæ duarum naturarum confessioni, illa antiqua apud se retinent, indulgete nobis, si aduersarios nostros testes suscipere dubitamus. nam et beati Iulii famosam illam epistolam manifeste Apollinaris ostendimus fuisse scriptam ad Dionysium; illam autem quam sancti Gregorii mirabilium factoris dicitis testificationem, suadete Seuero et his qui ea quæ ille sapiunt, confiteri quia incorruptum carnis ipse decreuit, et tunc uobis credendum est quoniam et ea quæ de una natura dicta sunt, ipsius sunt. quod autem prius dici debuit, hoc in ultimo dicimus: illa enim | testimonia quæ uos beati Dionysii Ariopagitæ dicitis, unde potestis ostendere uera esse, sicut suspicamini? si enim eius erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. quid autem de beato Cyrillo dico? quando et beatus Athanasius, si pro certo scisset eius fuisse, ante omnia in Nicæno concilio de consubstantiali trinitate eadem testimonia protulisset aduersus Arrii diuersæ substantiæ blasphemias. si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere quia illius sint, nescio.« contradicentes dixerunt: »Si hæc falsa dicitis esse testimonia, <epistolam> duodecim capitulorum, quæ inserta est in Epheseno sancto concilio, quam neque uos potestis denegare synodicam esse, cur non recepit Chalcedonense concilium?« episcopus: »Si omnes formas et definitiones fidei in Epheso aduersus Nestorium facti concilii suscepit et confirmauit Chalcedonense concilium, quemadmodum hanc habuit refellere? sed quia aduersus Nestorii blasphemias, quæ duas naturas in duas personas et duas subsistentias diuidunt, unam personam et unam <subsistentiam> uolebant definire, illa autem epistola duarum subsistentiarum intulit mentionem, propterea proprie eam nominare distulerunt, ut non inuenirentur aut illi aut sibi esse contrarii, sed magis illam alteram epistolam eius præposuerunt, quæ super consensu symboli Nicæni concilii laudata est, et eam quæ ad Orientales scripta est.« contradicentes dixerunt: »In epistola XII capitulorum duas subsistentias pro duabus naturis dicit.« episcopus: »Antiqui patres et maxime Romani pro substantia et natura subsistentiam nuncupabant; unde sicut unam naturam et unam substantiam, ita et unam subsistentiam sanctæ trinitatis esse dicebant. Orientalibus uero sanctis patribus pro persona suscipientibus subsistentiam et sicut tres personas, ita et tres subsistentias in sancta trinitate dicentibus, per multa tempora discordium factum est inter Orientales et Occidentales sanctas ecclesias, Orientalibus quidem Occidentales Sabellianam sectam defendere suspicantibus, quia unam dicebant esse in trinitate subsistentiam, Occidentalibus uero Orientales Arrianam sectam sequi dicentibus, eo quod tres subsistentias siue tres alterius substantiæ uel naturæ personas proferrent secundum imitationem Arrii. quam diuisionem per sanctum Athanasium

7—9 cf. Lietzmann, *Apollinaris* p. 147. 256 sq.

9 est qui Gregorii fertur ἢ κατὰ μέρος πίστις [Lietzmann, *Apollinaris* p. 167 sq.]; non recte dubitat Lietzmann p. 129

25/26 Cyrillus ep. III ad Nest. anath. 3 [L III 407 d = M IIII 1081e] εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαίρει τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἑνωσιν κτλ.

5 salafaceri P uulgo appellabatur Σαλοφακτολος 10 hi P ille Schw illi P 16 fuisset P
eadem ex eadem corr. P 19 epistolam suppl. Schw 21 recipit P 25 subsistentiam om. P
26 ea P 31 naturam P 38 siue Schw in P i. e. [= id est] Loofs Texte u. Unters. 3, 44

30 deus uniuert. utriusque enim linguæ peritus utrasque partes per dei gratiam ad
 concordiam reuocauit et ab eo tempore usque in hodiernum diem et apud nos et apud
 Romanos sicut una substantia et una natura in trinitate suscipitur et sicut tres per-
 31 sonas in sancta trinitate confitemur, ita et tres subsistentias glorificamus. si au-
 detis igitur <dicere> quoniam indifferenter beatus Cyrillus idem dicebat esse substan- 5
 tiam quod naturam uel substantiam et ideo in illis duodecim capitulis suis pro duabus
 substantiis uel naturis duas subsistentias posuit, ostendite nobis et in sancta trinitate
 ita indifferenter eum dicere et pro tribus personis uel subsistentiis unam personam
 secundum Sabellium confiteri et unam subsistentiam in sancta trinitate glorificantem
 et pro una trium personarum substantia uel natura tres in eadem trinitate naturas atque 10
 substantias secundum imitationem Arrii prædicantem, et <quia> ita et uos confitemini
 uel potestis glorificare, et tunc credemus uobis quia pro duabus naturis duas docuit
 32 dici subsistentias«. contradicentes: »Et hæ ipsæ quæ nominatim in Chalcedonense
 concilium positæ sunt epistolæ beati Cyrilli, id est tam illa quæ ad Nestorium quam
 quæ ad Orientales scripta est, ex duabus naturis * * et in duabus?« contradicentes 15
 dixerunt: »Plurimum.« episcopus dixit: »Quam hanc?« contradicentes: »Quod
 ex duabus quidem naturis dicere unam significat dei uerbi naturam incarnatam secun-
 dum beatum Cyrillum et sanctos patres, in duabus autem naturis duas personas et
 duas subsistentias significat. episcopus: »Si in duabus naturis duas personas et duas
 subsistentias significat, pro certo et hi qui ex duabus naturis unam naturam dicunt, 20 M 823
 inuenientur et ipsi ex duabus personis atque substantiis unam personam atque sub-
 33 sistentiam declarare. contradicentes: »Quemadmodum?« episcopus dixit: »Sicut L 1769
 uos dicitis, unam * * et sancta synodus utrosque sermones pari honore suscepit. [et]
 L III 176d = pertractate quæ in Constantinopoli acta sunt aduersus Eutychem, et inuenietis Flauia-
 M VI 680b num archiepiscopum et alios cum ipso quosdam | ex duabus naturis accusantes, beatum 25 f. 62^u
 L III 181c = autem Basilium Seleucenæ ciuitatis episcopum cum aliis iterum quibusdam in duabus
 M VI 685b naturis, et neque isti illos reprehenderunt neque illi istos, tamquam unius honoris arbitra-
 ti uoces utrasque, quando et unam naturam dei uerbi incarnatam non rennuit beatus
 Flauianus in confessione quam propria manu scripsit, dicere, quæ piæ recordationis
 Theodosio data est. nam confessio manu eius perscripta his ipsis sermonibus de- 30
 clarat:

Exemplum rescripti fidei Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani datæ ab eo
 petenti imperatori

L III 16 = Flauianus episcopus Constantinopolitanus piissimo atque amatori dei imperatori
 M VI 540
 34 Theodosio salutem. Nihil ita congruum est sacerdoti et diuina docenti dogmata, 35

34—175, 23 differt uersio ab ea quam Rusticus actis Chalcedonensibus inseruit. Γ = textus græcus

5 dicere *suppl.* Schw 5/6 subsistentiam Schw substantiam P 6 substantiam Schw sub-
 sistentiam P 10 natura — trinitate in *mg.* add. P 11 quia [= θτι] *suppl.* Schw
 12 credemus Schw credimus P prae P 15 lacunam posuit Schw, sensum ita fere explendo: <con-
 tinent, non et in duabus.> episcopus: »num diuersitatem statuitis inter ex duabus naturis) 16 plurimam
 Schw 23 lacunam pos. Schw, de supplemento desperans 24 pertractate quæ Schw et pertractat
 equæ P equæ in ea quæ *corr.* 25 accusantes = κατηγοροῦντας *sensu logico* 27 isti illos — istos
 per *corr.* ins. P 32 exemplum rescripti = ἀντίγραφον data P 35 οὕτω Γ itaque P
 λεπέ Γ sacerdotibus P

sicut esse semper paratum ad satisfactionem omni exigenti eum rationem de spe quæ ¹ Petr. 3, 15
 in nobis est, et gratia. nec enim erubescimus euangelium; uir- Rom. 1, 16
 tus enim dei est ad salutem omni credenti. quoniam ergo et
 nos misericordia omnipotentis dei prædicationem euangelii sortiti sumus, recte sapimus
 et sine reprehensione, semper diuinas secuti scripturas et expositiones sanctorum patrum, ⁵
 tam in Nicæa congregatorum quam in Epheso sub beatæ memoriæ Cyrillo episcopo
 Alexandrinæ ciuitatis. prædicamus itaque dominum nostrum Iesum Christum ante
 sæcula a patre sine initio natum secundum diuinitatem, in ultimis uero diebus eundem
 propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem,
 deum perfectum et hominem perfectum eundem cum adsumptione animæ rationalis ¹⁰
 et corporis, consubstantiali patri secundum deitatem et consubstantiali matri
 eundem secundum humanitatem. nam ex duabus naturis Christum post incarna-
 tionem ex sancta uirgine sumptam in una subsistentia et in una persona, unum Christum,
 unum filium, unum dominum confitemur. et unam quidem dei uerbi naturam,
 f. 63^r | incarnatam tamen, dicere non negamus, quia ex utrisque unus idemque dominus ¹⁵
 noster Iesus Christus est. nam eos qui duos filios uel duas subsistentias uel duas
 personas denuntiant et non unum eundemque dominum Iesum Christum filium dei
 uiui prædicant, anathematizamus et alienos ecclesiæ decernimus. et ante omnes
 quidem Nestorium impium anathematizamus et eos qui cum eo sapiunt uel eadem
 dicunt; quibus et contingat ut excidant tales ab adoptione promissa recte credentibus. ²⁰
 Subnotatio eiusdem ex notis: Sic domine Christe auxiliare nobis deus. Et iterum:
 Hæc scripsi propria manu ad satisfactionem tuæ serenitatis et ut confundantur hi qui
 simplicem conuersationem nostram in Christo calumniantur.

³⁵ Episcopus dixit: »Ecce satisfactio beati Flauiani manu eius perscripta ex duabus
 M 824 confitetur dominum nostrum Iesum Christum, et tamen ex duabus ei dicenti naturis ²⁵
 non pepercit bonus ille Dioscorus. propterea itaque cognoscens sanctum Chalce- L 1770
 donense concilium, quia nihil ita recreat eos qui cum Eutychem aduersantur orthodoxæ
 duarum naturarum confessioni, nisi confusa et conmixta et imaginaria uel Manichaica
 unius naturæ confessio, explanatiuam potius uocem præposuit, ut in duabus naturis
 unam personam et unam subsistentiam confitentem; sed et beati Flauiani rectam fidem ³⁰
³⁶ conlaudans, omnia quæ ab eo dicta sunt, confirmauit.« contradicentes dixerunt:
 »Nos, sicut et superius dictum est, beati Cyrilli proferimus epistolas in quibus duas
 f. 63^v subsistentes naturas confiteri post unitionem abdicat.« episcopus dixit: | »Nos ea
 quæ epistolis eius synodicis consentiunt, suscipimus; quæ autem non consentiunt,
 neque damnamus neque uelut legem ecclesiasticam sequimur. synodicas autem ³⁵
 eius dico, sicut superius dictum est, epistolas quæ a sanctis conciliis et susceptæ et
 confirmatæ sunt, id est tam eam quæ ad Nestorium quam eam quæ ad Orientales scriptæ
³⁷ sunt. nam contrarias his neque damnamus neque sicut illas, suscipimus, quia et in
 Actibus sanctorum apostolorum inuenimus quia dispensationis gratia beatus Paulus Act. Ap. 16, 3
 Timotheum circumcidit, qui certe Galatis scripsit: quonia m si circumcidi- ⁴⁰
 mini, Christus uos nil adiuuabit. sed et beatus Petrus dispen-
 satiue aliquotiens quidem cum gentilibus comedebat, aliquotiens uero subtrahebat se
 et secernebat ab eis; postquam uero utrique in Hierosolymis ascenderunt et cum omni-
 bus apostolis uel senioribus magnum illud decretum decreuerunt per quod dicunt:

4 prædicatione P 11 patri — consubstantiali *superscr.* P 12 ex duabus naturis P
 Ioann. Maxent. lib. fid. 13 Liberatus p. 68 Garn. Rusticus ἐν δύο φύσεσιν Γ 13 sumpta P
 14 unum P 26/27 calchedonense P 29 suscepimus P 38 contrarias Schw contraria P

Act. Ap. 15, placuit spiritui sancto et nobis nullum ultra oneris inpo-
 28. 29 nere uobis nisi quod ex necessitate est, hoc est <absti-
 nere a> sacrificio idolis et sanguine et necato et forni-
 catione, ex quibus custodientes uos bene agetis. ualete,
 ab eo tempore ea quæ communi consensu scripta sunt et a sancto spiritu con- 5
 firmata, sicut legem ecclesiasticam suscipimus; quæ autem dispensationis gratia ab
 38 unoquoque singillatim facta sunt, neque æmulamur neque damnamus. sicut ergo
 hæc in Actibus sanctorum apostolorum inuenientes, non similiter his atten- f. 64r
 et illic, etiamsi profiteamur (secundum indulgentiam tamen dictum sit) beati Cyrilli
 esse quæ a uobis proferuntur, epistolas (aduersantur autem prædictis synodicis rectæ 10
 fidei eius epistolis, in quibus duarum naturarum aperte decreuit confessionem), neque
 39 damnamus neque sicut eas, suscipimus. continet autem illa ad Nestorium epistola
 de inconfusa et indiuisa duarum naturarum unitate his sermonibus,

BEATI CYRILLI EX EPISTOLA AD NESTORIUM

L III 318^e = quia »diuersæ quidem sunt quæ ad unitatem ueram conuenerunt naturæ, unus 15
 M III 889^a autem ex utrisque Christus et filius et dominus, non naturarum diuersitate sublata
 propter unitatem«.

si autem non est sublata duarum naturarum diuersitas propter unitatem, sal-
 uatur ergo et post unitatem in una persona et in una substantia magni dei et saluatoris
 40 nostri Iesu Christi. et quemadmodum suscepta uel confirmata est, paucis expediam. 20
 recenseto symbolo sancti Nicæni concilii et uenerabili hac epistola, omne quod aduer-
 sus Nestorium congregatum est illic concilium, non aceruatim, sed singuli per nomen L 177r
 et personam confessi sunt parem atque consimilem eam esse sancto illi symbolo. eno- M 825
 tica autem et pacifica ad Iohannem Antiochenæ ciuitatis episcopum epistola eius, per
 quam unitatem et pacem sanctis ecclesiis suis deus donauit, his uerbis continet ita: 25

BEATI CYRILLI EX EPISTOLA AD IOHANNEM ET AD ORIENTALES

L III 1107 = 41 Confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum, | dei filium unigenitum, f. 64r
 M V 305 deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula
 quidem ex patre genitum secundum deitatem, in ultimis uero diebus eundem propter
 nos et propter nostram salutem ex Maria sancta uirgine secundum humanitatem, [et] 30
 consubstantiali patri secundum deitatem et consubstantiali nobis secundum huma-
 nitatem. duarum enim naturarum unio facta est, propter quod unum Christum,
 unum filium, unum dominum confitemur. secundum hunc inconfusæ unitionis
 intellectum confitemur sanctam uirginem dei genetricem, ob id quod deus uerbum ex
 ea incarnatus est et ex ipsa conceptione uniuert sibi templum quod ex ea processit. 35
 euangelicas autem et apostolicas de saluatore uoces scimus mirificos uiros quasdam
 quidem communicantes tamquam in una persona, quasdam uero diuidentes tamquam

15—17 uersio et a Mario Mercatore et a ceteris Collectionibus latinis Actorum Ephesinorum differt
 27—177, 2 uersio differt a ceteris uersionibus

2/3 abstinere a suppl. Baronius 3 sacrificat idōl P 3/4 fornicationi P 4 agitis P
 12 suscipimus ex suscepimus corr. P 18/19 saluatur (sc. naturarum diuersitas) Schw' saluator P
 22 illi P acerbatim P 30 et del. Schw 36 mirificos = θεηγόρους quod uocabulum cum
 θαυματουργούς confundebatur

in duabus naturis, et deo quidem dignas secundum diuinitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem eius tradentes.

- 42 Si uero dicetis non esse has uoces illius, sed Orientalium, cognoscite quia cum multis laudibus eis consensit et tamquam suas, ita eas in propria epistola cum laudibus intexuit, superius quidem dicens chartam sibi adlatam a uiro uenerabili Paulo episcopo inreprehensibilem continentem fidei confessionem, inferius uero: 'has sacras uestras uoces contemplati, sic et nos sapere inuenientes (unus enim dominus, una fides, unum baptisma), glorificauimus omnium saluatorem deum, inuicem congratulantes quoniam f. 65^r diuinis scripturis et traditioni sanctorum patrum conso[n]antem habent fidem tam quæ 43 apud nos, quam quæ apud uos sunt sanctæ ecclesiæ.' hæc synodicæ et rectæ fidei 10 epistolæ de inconfuse et indiuisis unitis et extantibus duabus naturis docuerunt; quales ergo ex his præferamus, quæ in secreto scriptæ ad unum uel secundum amicum uel familiarem sunt, quæ et facillime potuerunt a quolibet deprauari, an istas quæ in certamine dictæ sunt et ab uniuersalibus conciliis tam laudatæ quam confirmatæ sunt et super consensu symboli sancti Nicæni concilii sunt laudatæ? nonne potius has 15 quæ synodicæ sunt, suscipiemus et præferemus et tamquam legem ecclesiasticam recipiemus, uelut a tantis sanctis patribus cum iudicio confirmatas, sicut sæpe retulimus? « L 1772 44 contradicentes: »Nos non solum ad Eulogium, sed etiam ad Successum secundam et alteras epistolas eius uolumus relegere; uos autem cum neque unam audissetis, iam condemnastis eas.« episcopus: »Quantascumque uultis prælegere, sine præiudicio 20 M 826 relegite, ut ex consensu uel dissensu possit ueritas apparere.« his ergo dictis cœperunt contradicentes legere ad Eulogium epistolam, et cum ad illud capitulum peruenissent 45 in quo dicitur: 'sed et illud non ignorent quoniam ubi unio dicitur, non unius rei L III 1147^c = M V 345^b declaratur conuentus, sed duarum uel plurium dissimilium secundum naturam', episcopus: »A superioribus et ex ipsis pæne principiis nobis epistola ista opitulatur, et si 25 in quibusdam locis falsata est, tamenetsi omnia secundum uestram haberet intentionem, hoc capitulum sufficiebat omnem contradictionem compescere. si enim <dicit f. 65^v quia> unio | 'non unius rei conuentum declarat, sed duarum uel plurium dissimilium secundum naturam' et quia qui 'dicunt duas naturas, ita confitentur', admiramur L III 1150^a = M V 345^c quemadmodum habentes hæc ac relegentes, a nobis quæritis suaderi, qui etiam alios 30 ex his orthodoxam esse duarum naturarum confessionem suadere potestis uel debetis. 47 cum enim mox in principio ipsius epistolæ relegatis dicentem eum quia 'non omnia L III 1147^b = M V 344^d quæ dicunt hæretici, fugere nos uel auersari oportere; multa enim ex his confitentur quæ et nos confitemur. quando enim dicunt Arriani patrem deum esse et omnium creatorem, numquid nos oportet tales eorum uoces auersari? sic et Nestorius: etiamsi 35 duas dicat naturas, diuersitatem significat carnis et uerbi; alia enim natura carnis et alia uerbi.' si autem alteram confessus est carnis naturam et alteram uerbi, quam ex his duabus naturis uos uel minuatam dicitis uel subreptam, beato Cyrillo, sicut ipsi narratis, in altera dicente epistola neque minuatam neque subreptam humanam naturam? cum et inferius dicat: 'compelle autem illos attendere ad lectionem 40 epistolæ beati papæ Athanasii. illic enim contendentibus quibusdam quia ex propria natura corpus sibi passibile ipsum creauerit uerbum, et supra et infra nititur dicens quia non est consubstantiale uerbo corpus. si autem non est consubstantiale, alia atque alia necesse est ut sit natura ex quibus unus et solus intellegitur Christus.' ecce etiam hic aperte duas substantias in duabus naturis exposuit, ex hoc hæreticos arguens, 45

7 εὐλόκωντες *Cyrillus* inuenimus *P*
ad *P* 27/28 dicit quia *suppl. Schw*
43 uerbo — consubstantiale *superscr. P*

10/11 synodica — εἴπλα *P* 22 illum *P* 25 a *Baronius*
32 cum enim — relegatis = ἐπεὶ [= nam] ἀνέγνωτε
45 ex *Baronius* et *P*

qui | consubstantiale uerbo etiam corpus esse dicunt. quam ergo ex istis duabus f. 66r
 naturis uel substantiis dicitis minuatam, ipsi fatemini. sed et idem mox in sequenti
 p. 177, 23. 24 48 uersu ita addidit dicens: 'sed et hoc non ignorent: ubi enim unio dicitur, non unius
 significatur rei conuentus, sed duarum uel plurium et diuersarum secundum naturam.
 si ergo dicimus unitionem, procul dubio confitemur quia carnis animatae et uerbi. sed 5
 49 et hi qui duas naturas dicunt, idem sentiunt.' ille ergo qui totiens in superioribus
 epistolae suae partibus ita duas naturas orthodoxe et aperte praedicauit, sed et post eos
 L III 1150^a = qui falsati sunt sermones qui dicit: 'etsi parum circa proprietatem sermonis obscurati
 M V 345^c sunt', dicens de Orientalibus duas naturas manifeste confitentibus, 'qui enim confiten-
 tur quia ex deo patre natus unigenitus uerbum, idem ipse natus est secundum carnem 10
 ex muliere, quoniam et dei genetrix est sancta uirgo, et quia una persona est et non
 duo filii neque duo Christi, quemammodum cum Nestorii blasphemii consentiunt?' L 1773
 Nestorius enim duos dicit filios et dominos et Christos, ut breuiter complectar, 'Orientalis
 autem fratres nil tale dixerunt, sed tantummodo uoces diuidunt. diuidunt M 827
 autem secundum hunc modum dicentes eo quod quaedam ex his deo dignae sunt, quae- 15
 dam uero homine, quaedam autem communiter prolatae sunt tamquam habentes tam
 dignationem diuinam quam | humanitatem; sed tamen ab uno eodemque prolatae, et non f. 66u
 sicut Nestorius, qui quasdam quidem deo uerbo proprie adsignat, quasdam uero nato
 ex muliere quasi alteri filio. aliud autem est uocum scire diuersitatem, aliud di-
 uidere in duabus personis tamquam alteri et alteri.' qui enim superius illa, inferius 20
 autem haec dixit, numquid in medio loco poterat semet ipsum conuellere? absit; sed
 contrarii sermones synodicis eius epistolis ab haereticis, sicut apparet, falsati sunt. «
 50 proferentibus autem his qui contradicebant, tamquam inuictum scutum secundae ab
 p. 145^a ipsis prolatae ad Successum epistolae capitulum illud quod dicit: 'repugnat nihilo minus
 unam dicentibus filii naturam incarnatam, et uelut cassum uolentes illud ostendere, 25
 51 contendunt ubique duas naturas subsistentes ostendere', postquam recensetum est,
 dicentibus illis: »Ecce ubique rennuit beatus Cyrillus duas dici naturas post unitionem«,
 episcopus: »Nullo praedudicio habito, sicut saepe diximus, orthodoxae fidei, etiamsi demus
 Cyrilli esse nuper relectam epistolam, multo magis duabus naturis existentibus ad-
 uocationem praebuit post unitionem quam uni dei uerbi incarnatae, ex eo quod dicit: 30
 I. c. p. 142^a 'uestitus uero etiam nostra natura, etiamsi non est consubstantiale ex deo patre pro-
 cedenti uerbo corpus quod uniuit sibi.' si ergo non est consubstantiale uerbo corpus
 quo circumdata est dei uerbi natura, alia modis omnibus atque alia pro certo natura
 I. c. p. 142^d 52 est. sed et | illud quod ait, carne eum passum et non deitate, aliam iterum atque f. 67r
 aliam ostendit naturam. altera enim carnis natura passibilis et altera uerbi in- 35
 I. c. p. 142^c passibilis, sicut et uos ipsi fatemini. et iterum quod dicit quia 'semen Abraham
 suscipiens et formam serui accipiens', alteram illam seruilem ex Abraham susceptam
 53 naturam docet et alteram illam dominicam dei uerbi naturam. sed et quod ait:
 I. c. p. 143^b 'non est confusum, sicut illis placet, * * sed nec carnis in eius, sed in proprietate secun-
 dum naturam utrasque tam intellegi quam permanere', ex his magis ille quam Chalce- 40

8 falsatam dicit sententiam, quae in Cyrilli epistula sequitur πλὴν τῆς ἐνώσεως ὁμολογουμένης, . . .
 εἰς λοιπὸν υἱός, μὴ αὐτὸς αὐτοῦ, ὡς σαρκωθέντος τοῦ λόγου

6 sentiant P	8 dicit Schw dicunt P	16 homini P	quaedam Schw ex Graeco
quæ P	20 qui enim	continuat periodum cuius initium extat ante excerpta ex Cyrillo 6—8 ille qui . .	
sed et . . . qui dicit	24 repugnat Schw cf. textum Graecum	μᾶχεται . . τὸ πρόβλημα repugnant P	
nihil hominus P	27 rennuit Schw renuntiat P	30 uni Schw unius P	31 naturam P
37 suscipiens et Schw ex Graeco suscipiet P	39 excidit uersio sententiae quae in Graeco extat	οὕτε μὴν	
	εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταπεφοίτηκεν ἢ τοῦ λόγου φύσις	40 utrasque — permanere =	
	ἐκατέρου μένοντός τε καὶ νοουμένου		

54 donense concilium in una persona duas existentes naturas decreuit intellegi. sed et I. c. p. 143^d
 quod ait non minuatum neque subreptam humanam naturam, manifeste duas naturas
 existentes ostendit, diuinam scilicet naturam quæ adsumpsit, et quæ adsumpta est,
 55 humanam. sed et quod ait: 'recte et nimis prudenter tua perfectio de salutari passione I. c. p. 144^b
 sermonem protulit, non illum unigenitum dei filium secundum quod intellegitur et est 5
 deus, passum in propria natura ea quæ sunt corporis, confitendo, sed magis passum
 eum natura terrena', aperte etiam hic duas naturas docuit subsistentes, et terrenam
 M 828 56 passibilem et deitatis impassibilem; sed et in fine epistolæ suæ illud quod ait: 'quid I. c. p. 145^d
 enim est humana natura nisi caro animata sensibiliter? sed et passum carne dicimus
 dominum'. ecce in ipsa quæ a uobis prolata est epistola, licet falsata est, non totiens 10
 f. 67^u de una natura | quantum de duabus naturis fidei rectæ tribuit aduocationem non solum
 L 1774 post unitionem, quæ in uirginis facta uulua est, sed et post passionem et resurrectio-
 nem magni dei saluatoris nostri Iesu Christi, qui post resurrectionem ostendit perfora-
 tas immaculatas manus suas et transfixos pedes suos sanctis discipulis suis, ostendens se
 57 uiuum eis et unum esse in una persona et in duabus naturis. quod enim dicit: u i d e t e 15 Luc. 24, 39
 m a n u s m e a s e t p e d e s m e o s, q u o n i a m e g o i p s e s u m, u n a m e i u s
 personam ostendit incarnatæ deitatis; quod autem addidit: p e r t r a c t a t e e t
 u i d e t e q u o n i a m s p i r i t u s c a r n e m e t o s s a n o n h a b e t, s i c u t
 m e u i d e t i s h a b e n t e m, diuersitatem ostendit in semet ipso duarum naturarum,
 tam adsumptis deitatis quam adsumptæ humanitatis magni dei saluatoris nostri Iesu 20
 58 Christi. in tantum autem afuit beatus Cyrillus a contradictione orthodoxæ duarum
 naturam confessionis, ut etiam confirmatores huiusmodi confessionis, Gregorium
 Nanzanenum et Gregorium Nyssenum et Ambrosium Mediolani protulit in sæpe dicto
 59 Efesiaco sancto concilio ac ueluti sibi eos aduocans produxit. quorum prior his
 uerbis dixit: [beati Gregorii Nanzaneni episcopi] 'naturæ quidem duæ, deus et homo, 25 L III 515^b =
 nam et anima et caro; filii autem non duo neque dei. nec enim hic duo homines, M III 1192^d
 etsi ita Paulus tam interiorum quam exteriorum hominem appellauit, et si licet breuiter 2 Cor. 4, 16
 dicere, aliud quidem et aliud, ex quibus saluator, si reuera non est idem uisibile et in-
 f. 68^r 60 uisibile, et temporale et sine tempore. non autem alter et alter: absit.' | item beatum L III 515^c =
 Gregorium Nyssenum protulit dicentem: 'quid humilium in deo quam forma seruilis? 30 M III 1193^c
 aut quid humilium in rege omnium quam in communionem nostræ exiguæ naturæ propria
 61 uoluntate descendere?' per beatum autem Ambrosium in eodem duas naturas esse L III 514 =
 ita adprobauit dicens: 'custodiamus diuersitatem carnis et diuinitatis. unus enim M III 1192^a
 dei filius in utroque loquitur, quia utraque natura in eo est. attende in ipso nunc
 quidem gloriam dei, nunc uero hominis passiones. sicut deus, docet diuina, quo- 35
 niam uerbum est; sicut homo, loquitur humana, quoniam in mea loquitur natura.'
 62 hæc testimonia ad confirmationem rectæ et inlibatæ fidei suæ in Efesiaco concilio pro-
 63 tulit, et sicut rectæ fidei ea sanctum illud concilium confirmauit. quanticumque
 ergo sermones sub nomine eius prolati istis consentiunt, tamquam sancti Cyrilli sus-
 cipimus; quanti uero his aduersantur, aut non sunt illius aut certe falsati sunt, etiamsi 40

33—36 est Latina uersio uersionis Graecæ

8—10 locus iste a fine epistolæ Graecæ satis longe abesse uidetur; at uersio latina quæ extat in Synodico
 Casinensi [nr. 215], epistolam terminat haud multo post hunc locum in sententia igitur non simpliciter proferunt
 uerba, sed cum quodam dolo atque insidiis malignis = p. 146^a ὡστε οὐχ ἀπλῶς τὰς λέξεις προφέρουσιν,
 ἀλλὰ μετὰ τινος δόλου καὶ κακουργίας 21 affuit P 25 beati — episcopi nota marginalis
 28/9 uisibilem et inuisibilem P 29 a beatum P a in ad corr. 31/32 reJge — beatum in ras. P
 31 communionem Schw ex Graeco communem P 39 eius superscr. P

concedamus illius esse. ideo neque condemnamus talem patrem, sed nec ad præiudicium rectæ fidei conlaudamus quæ ex persona eius proferuntur diuersa latrantes epistolæ.

- 64 Contradicentes: »Concilia pro unitate [sanctorum] sanctarum ecclesiarum in diuinis diptycis intexta sunt aut pro maiori diuisione?« episcopus: Quid autem? et ante- 6 quam nominatim insererentur, numquid in omnibus ecclesiis quæ sub cælo sunt, non M 829
65 recitabantur? contradicentes: »Quomodo recitabantur qui nec nominabantur?« episcopus: »Etsi nominatim concilia ipsa non recitabantur, tamen in propriis regionibus et ciuitatibus singuli quique | adnotabantur. si ergo in propriis ciuitatibus unusquis- f. 68^a que, in quocumque subscripsit concilio, recitabatur, quanto magis rationabilius erat eos 10 qui cum labore et sudore in unum conuenerunt aduersus hæreticos et deo placitum L 1775 prælium susceperunt et bonam illam uictoriam per gratiam dei uicerunt, uno consensu inseri in gloriam dei et laudem certantium, ad maiorem adhortationem eorum qui post
66 certaturi sunt?« contradicentes: »Sicut prius recitabantur, neminem scandalizabant; nunc autem plurimos scandalizant.« episcopus: »Si cœperimus per singulos 15 de his qui scandalizantur hæreticis concilia auferre, inueniemur fidem nostram denegantes. Arriani enim scandalizantur in Nicæno concilio, Macedoniani in Constantinopolitano, Nestoriani in Efeseno, Eutychianistæ in Chalcedonensi; si ergo illos uo-
67 luerimus placare, deum offendemus, fidem nostram denegantes. nam et uos quanta per singula tempora innouastis, imperatores, qui a uobis persuaderentur, indepti, sicut 20 encyclia Basilisci aduersus orthodoxam fidem et enoticum Zenonis et trisagii nouitatem et alia multa huiuscemodi, quæ ad eersionem fidei facta sunt et orthodoxos non sine causa scandalizant. hæc enim nullum fidelium scandalizant; si autem infideles hæretici scandalizantur, <scandalizentur;> nec enim ex hoc conscientia nostra pertur-
68 batur.« contradicentes: »Ibas ergo et Theodoritus sicut rectæ fidei suscepti sunt 25 a synodo et sicut rectæ fidei in diuinis diptycis recitantur?« episcopus: »Vtrique Nestorium anathematizantes suscepti sunt in sancto concilio.« con|tradicentes: f. 69^a »In tantum per dolum anathematizauit Theodoritus, quia postquam ex necessitate anathematizauit, discedens dixit eis: Valete.« episcopus: »Quid ergo? quoniam
L IIII 622^c = 69 anathematizauit, discedens dixit eis: Valete.« episcopus: »Quid ergo? quoniam M VII 189^b Eusebius Nicomedenæ et Theognius Nicænæ et alii quidam cum ipsis et in ipso Nicæno 30 sancto concilio fite subscripserunt et post hæc aperte Arrium secuti ecclesiam deuastarunt et sanctos patres nostros Eustathium Antiochiæ, Athanasium Alexandriæ et Paulum Constantinopolitanum fugauerunt, propter illos nec Nicænum sanctum concilium debe-
70 mus suscipere aut in diuinis id diptycis non recitare? absit; nos autem non tamquam Theodoritum defendentes, uel ea quæ præcesserunt, diximus, uel quæ sequentur, dicemus, 35 sed ueritatem et sanctum concilium quod eum iuste suscepit. uolens enim satisfacere quemadmodum saperet, nec tamen permissus [est] propter anticipatos quosdam atque in eo scandalizatos, postquam uidit non suscipi satisfactionem suam, anathematizans Nestorium et Eutychen addidit: 'Valete.' cur autem hoc ipsud dixerit
L IIII 622^a = 'ualete', superius manifestauit dicens: 'quoniam nec sedem ambio nec pro episcopatu 40 M VII 189^a sollicitus ueni, sed ut persuadeam quemadmodum credo. propter quod anathematizo, sicut iubetis, et uale uobis facio.' unde neque sanctum concilium neque gloriosissimi M 830 iudices ad iniuriam hunc sermonem susceperunt, pro certo scientes quia antequam

2 latrantes Schw lacerantes P 4 scōrum del. Schw 9 inter ciuitatibus et unusquisque add.
singuli quique adnotabantur. si ergo in propriis ciuitatibus P 10 suscripsi P 15 per singulos =
δι' ἐκδότους 16 inueniemur Schw inuenimus P 18 calchedonensi P 19 offendemus
Schw offendimus P 20 indempti P 21 endodia P 24 hæretici Schw hæreticis P
scandalizentur suppl. Schw 35 sequenter, r ex s corr. P 37 est del. Schw

sanctum istud concilium fieret, pacificatus esset beato Cyrillo, qui ab eo iniuriatus
 71 est in contradictoriis libris duodecim capitulorum.« contradicentes: »Et unde hoc
 f. 69^a potestis ostendere?« | episcopus: »Ex ipsa quæ ad Ioannem et Orientales scripta
 est epistola beati Cyrilli pro unitate ecclesiarum.« contradicentes: »Non habetis
 L 1776 unde ostendere quia indulsit eis.« episcopus: »Nos ad omne Orientale concilium 5
 epistolam ipsam scriptam inuenimus; ostendite autem uos quod in unitione hos ex
 72 illa pacifica et coadunante epistola sua subtraxit. quid autem est amplius, uerbis
 detrudere an per condemnationem inferre contumeliam? si ergo ipsi beato Iohanni
 et omnibus qui cum eo fuerant in Efeso et per condemnationem eum iniuriantes, indul-
 sit beatus Cyrillus, multo magis qui tantummodo uerbo in eo peccauerunt, indulgentiam 10
 73 præstitit. sed et inuenimus in Theodoriti litteris quas ad Dioscorum fecit, quia et Theodoret. ep.
 secundo in his quæ contra Nestorium scripta sunt, subscripserit, et quando contra 83 p. 1150
 Iulianum uel apompæon conscripsit libros, ipsos destinauit in Antiochia beatus Cyrillus Schulze
 et rogauit beatum Iohannem ostendere illos Orientalibus præclaris doctoribus, et quia
 ostensis eis scripsit ei Theodoritus et rescripsit ei beatus Cyrillus, et diligentiam et 15
 affectum eius testificans, et quia duas ab ipso suscepit affectuosas epistolas, quæ et
 custodiuntur apud eum, nullam de eo contumeliam designantes. sed tamen et his
 ita scriptis atque dictis, non aliter eum suscepit sanctum Chalcedonense concilium,
 nisi clare sub conspectu omnium anathematizasset Nestorium et omnes definitiones
 74 eius.« his autem ita de Theodorito dictis, contradicentes: »Et Ibas ergo iuste 20
 susceptus est a Chalcedonensi concilio?« episcopus: »Ibæ et accusantium eum L IIII 626 sq. =
 f. 70^r iudicium ex imperiali auctoritate delegatum est Fotio episcopo Tyri | et Eustathio M VII 196 sq.
 episcopo Beryti et Vranio Imerinæ ciuitatis episcopo; qui reuerentissimi uiri et nimium
 horrentes Nestorii blasphemias, cum omni diligentia discutientes eum, immunem et sine
 culpa eum decreuerunt, sicut et acta ipsorum et relatio manifestat. quem ergo iudices 25
 75 iustificauerunt, quemadmodum concilium poterat condemnare?« contradicentes: »Et
 illa ergo quæ ad Marin Persam epistola eius scripta est, recte continet?« quæ et
 prolata ab eis et relecta nobis est et inuenta est narrationem habens actorum inter L IIII 662 sq. =
 beatum Cyrillum et nefandum Nestorium, eo quod quasi per istos duos homines omne M VII 241 sq.
 sæculum conturbatum esset, Nestorio quidem ea quæ Paulus Samosatenus saperet, 30
 adfirmante et propter hoc a beato Cyrillo in Efeseno concilio condemnato, Cyrillum
 autem suspicantibus quasi cum Apollinario saperet in illis duodecim capitulis, et propter
 hoc condemnato a Iohanne Antiochenæ ciuitatis episcopo et cum eo habito concilio;
 et quia propter hanc causam cum inimicitia de Efeso discesserunt et propter illam
 M 831 inimicitiam diuisæ sunt omnes ubique ecclesiæ et fideles populi, aliquantis quidem huic 35
 parti consentientibus, aliis uero illi; et quia dum in his essent rebus, conpuxit deus
 piissimum imperatorem Theodosium conuocare uirum reuerentissimum episcopum
 Constantinopolitanæ ciuitatis Maximianum et eos qui tunc forte in eadem gloriosa
 aderant ciuitate, hortarique et sollicitudinem habere uel cogitare de pace sanctarum

36—182, 3 hæc ipsa ab Iba non narrantur, sed addita sunt ad narrationem eius multo breuiorem explican-
 dam, cf. constitutionem Theodosii II. Σκοπὸς ἡμῖν L III 1082^e = M V 280^b

6 unitionem P 9 postulatur iniuriauerant, sed mala subesse potest uersio uerborum Graecorum
 12 subscripserit Schw ex Graeco scripserit P 13 apompæos P cf. textum Græcum καὶ ἡνι-
 κα δὲ τὰ κατὰ 'Ιουλιανοῦ συγγράμματα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐκπέμπομεν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ εἰς τὸν ἀπο-
 πομπάϊον [L III 1130 = M V 328] 15 ei Labbaeus eis P 21 calchedonense P
 22 eustachio P 23 ciuitas P 24 omnia P 28 actorum ex auctorum corr. P

ecclesiarum, et post illam pacificam cogitationem destinavit piissimus imperator Aristolaum tribunum et notarium ob hoc ipsud; qui perueniens | tam in Antiochia quam f. 70^a in Alexandria utrasque partes miserante deo ad pacem perduxit. his ergo per episto- L 1777

76 lam declaratis, episcopus dixit: »Hæ litteræ etiam in uita beati Cyrilli diuulgatæ sunt, et non solum quia non mouerunt eum propter factam pacem et unitatem propter deum, 5

L III 1175^c = sed et Valeriano scribens episcopo Iconii talia de ipsis satisfecit dicens: 'nam si epistolas M V 372^c sibi componentes quidam circumferunt tamquam ex persona scriptas inlustrium uirorum, non debent credi; qui enim semel scriptis fidem propriam confessi sunt, quemammodum diuersa possunt scribere tamquam ex pænitentia ad non bene credendum traducti?'

77 sed tamen et beato Cyrillo ita pro eis testificante et recenseta præfata epistola in Chalce- 10

L III 678 sq. = donensi sancto concilio, non tamen aliter præuidit suscipi eum propter suspiciones in M VII 265 sq. eadem epistola insertas, nisi et ipse Nestorium et omnia eius decreta anathematizasset; et postquam anathematizauit, tunc susceptus est in sancto concilio. nec tamen de his solis dico, sed et Nestorius et Eutyches simili modo, si proprias hæreses anathemati-

78 zassent, modis omnibus etiam illi suscepti fuissent a sanctis conciliis. Chalcedonense 15 ergo concilium circa Ibam et Theodoritum districtius agit quam beatus Cyrillus. beatus enim Cyrillus contentus fuit in consensu damnationis Nestorii et ordinatione beati Maximiani, qui pro illo in hac ciuitate factus episcopus est; Chalcedonense autem sanctum concilium, nisi sub præsentia sua anathematizassent Nestorium et omnia dogmata eius | et scriptis inter acta insertæ fuissent uoces eorum, non fuit contenta 20 f. 71^r suscipere eos.« in his ergo dictis, contradicentes: »De his quidem persuasum est nobis.«

79 Et ita secundæ diei conuentu dissoluto et discedentibus nobis et multa testimonia de duabus naturis præparantibus, piissimus atque amator dei imperator noster accer- sito sanctissimo archiepiscopo patriarcha Epifanio, præcipiens etiam nos ingredi cum 25 ipso et postquam per confabulationem locutus ei quæ deus illi inspirauit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro eius pietate, nos autem una cum uenerando

80 senatu retinuit censuitque etiam contradicentes ingredi. quibus ingressis, ipsos quidem præcepit in uno scamno sedere, nos autem in altero una cum gloriosissimis iudicibus, et omnibus nobis tacentibus, pietas eius tanta ac talia ad eos locuta est cum 30 omni mansuetudine et tranquillitate, ut si alter mihi diceret ab eius pietate hæc dicta, M 832 uix crederem, nisi ipse auribus meis audissem quæ cum magna gratia dei ex benedicto eius ore prolata sunt. nam Dauiticæ mansuetudinis et Mosaicæ patientiæ et apostolicæ clementiæ instar in eo conspexi. etsi enim non isdem sermonibus quibus beatus Paulus, sed tamen eadem mente qua ille ad sanctam ecclesiam uestram scripsisset, 35 locutus est cum eis; de qua idem beatus Paulus sanctæ ecclesiæ uestræ, sicut dictum

1 Thess. 2, 7. 8 est, scripsit dicens: quia fuimus in medio uestrum tranquilli, et tamquam nutrix fouens filios suos; ita cum bona uolun- f. 71^u te festinamus tradere uobis non solum euangelium dei, sed et proprias animas; propter quod dilecti nobis facti estis. 40

81 et ut ex paucis possitis conicere quæ multifarie multisque modis tam illo die ab eius pietate ad eos dicta sunt, quam in reliquis confabulationibus, <ex> exemplaribus piæ L 1778

4 sq. cf. *Liberat.* 9 p. 40 ex hac conclusione epistulae suae in qua dicit Cyrillus nisi uero epistolas sibimet componentes quidam circumferunt* et cetera, probat Hypatius . . . Cyrillum epistolae hic fecisse mentionem scriptæ ad Marim Persam 5 non solum quia cf. p. 171, 5 7 circumferunt *Baronius* circumfuerunt P 17 ordinationem P 18 calchedonensem P 20 contenta sc. ἡ σύνδοχος 21 in — dictis = ἐπι τοῦτοις οὖν τοῖς λεγομένοις 25 patriarchæ P 26 postquam *superfluum traductoris additamentum* 27 demisit P 39 festinamus = εὐδοκοῦμεν : *interpres imperfectum non agnomis* 42 ex suppl. *Baronius*

eius epistolæ [quæ] cognoscetis, quæ scripta est ad Efreonium uirum reuerentissimum Theopolitanæ ciuitatis archiepiscopum, ut per hoc appareat omnibus qui ab ipsis decepti sunt in Oriente. quæ præsentī subiungentes epistolæ, uestræ uenerationi transmisimus, ut per eam cognoscatis quanta dei gratia per benedictum os eius tam primo die quam reliquis locuta est ad eos.

- 82 Et postquam in nomine domini conlocuti sumus inuicem, accusare nos temptantes contradicentes ad piissimum imperatorem, secreta suggererunt ei per quendam, tamquam non confitentibus nobis deum passum carne uel unum eum esse de sancta trinitate nec eiusdem esse personæ tam miracula quam passiones. ingresso itaque sanctissimo patriarcha in uenerando palatio ad piissimum imperatorem et domino uiro reuerentissimo archiepiscopo Ypatio cum eo, percontata est pietas eius ab ipsis, his uerbis:
- 83 »Non confitemini eiusdem personæ domini nostri esse Iesu Christi tam passiones quam miracula uel deum esse qui carne passus est, atque unum eum esse de trinitate?» re-
- 84 spondit idem reuerentissimus uir: »Nos, domine, magis autem mater uestra catholica et apostolica sancta dei ecclesia eiusdem personæ magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi
- f. 72r prædicat et passiones et miracula, non tamen eiusdem naturæ, sed sicut docuerunt sancti patres, 'passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu, terrenum et cælestem, uisibilem et intellegibilem, ut integro homini eidem et deo integer homo cohæreat, qui ceciderat sub peccato', sicut beatus Gregorius Nanzanenus docuit in epistola scripta ad Cleodonium et utraque sancta
- 85 concilia tam in Epheso aduersus Nestorium quam in Chalcedona aduersus Eutychem et Nestorium congregata consenserunt et confirmauerunt. sed et deum carne passum ita rursus confitemur propter eos qui confundunt uel diuidunt, ut passibilem eum dicentes carne, impassibilem confiteamur deitate, similiter et unum esse ex trinitate secundum diuinam naturam tam credentes quam confitentes, secundum carnem uero unum ex nobis placuisse ei credimus fieri, et sicut consubstantialē patri secundum deitatem,
- M 833 ita nobis consubstantialē secundum humanitatem, et sicut perfectum in deitate, ita
- 86 perfectum et in humanitate. si autem illi aliter dicunt et præsumunt eum dicere, ut secundum carnem quidem ante sæcula sit, secundum deitatem uero in nouissimis diebus, uel creaturam eum esse secundum deitatem, non creatum autem secundum humanitatem, uel uisibilem et passibilem secundum deitatem, inuisibilem uero <et impassibilem> secundum humanitatem, tunc calumniant nos tamquam frustra contrarios sibi.»
- 87 Post <con>lationem ergo habitam cum Orientalibus episcopis ac nostræ tenuitatis
- f. 72u uel piissimi nostri imperatoris, | rursus alia uice ingressis nobis in uenerabili palatio
- eius una cum domino meo archiepiscopo uel aliis qui cum eo conuenerant reuerentissimis episcopis, piissimus imperator exultans in uirtute dei et gaudens in salutari eius ac
- L 1779 lætus nimis, quia desiderium cordis eius secundum propheticam uocem præstiterat ei et uoluntate labiorum eius non priuauit eum, cœpit dicere ad nos, præsentē uenerabili
- 88 senatu, quia »postquam locuti estis cum Orientalibus episcopis per duos dies, tertio die conuocatis tam uobis quam illis, antequam susciperem uos, ingressus sum in oratorio gloriosi archangeli Michaelis, quod est in chodio, et rogauī deum dicens quia 'si in ueritate uniri habent nobis, magis autem sanctæ ecclesiæ tuæ, compunge eos uelociter sentire nobis; sin autem nolunt, præpedi eos, ut ex ipsis magis culpa nascatur et non

Greg. Naz.
ep. I ad Cle-
don. p. 85

1 haec Iustiniani epistula non extat

8—9 cf. constitutiones Iustiniani Cod. I 1, 5 et 6

1 quæ del. Schw aequè Baronius eufremium P 17 carnem — deitatem P 24 deitatem P 31/32 et impassibilem suppl. Schw 34 lationem P hac P 39 uoluntatem P

ex nobis.' et cognouistis quantis propositionibus rationabilibus et pacificis cum
 omni mansuetudine et patientia prolatis a nobis, uir reuerentissimus episcopus Filoxenus M 834
 tantummodo persuasus est; ceterorum uero peruersitatem cordis deus aspiciens, con-
 ligauit linguas eorum, ut neque satisfactionem inuenirent neque ueritati consentirent,
 89 ut ex ipsis fiat occasio auersionis eorum et non ex nobis.« et hæc quidem gratias 5
 agens deo dixit eius tranquillitas de eorum peruersitate; sed tamen et usque hactenus
 omni continentia et beneficio dignatus eos adtendere, non cessauit expectans propter
 deum conuersionem eorum ad bonum. quæ illum spes non | fefellit; nam etsi episcopi f. 73^u
 usque hactenus in sua dissuasione permanserunt, sed tamen plurimi clericorum et
 monachorum qui cum his conuenerunt, ad sanctam communionem cum gaudio remea- 10
 90 runt in ecclesiis suis ac monasteriis. ex quibus quidem lingua Syriatica per inter-
 pretes locuti sunt nobis, dicentes quia 'ab illis decepti, et nos euersi sumus et multas
 animas euertimus; dicebant enim nobis eo quod sanctus spiritus recessit ab ecclesiis
 et baptismate communionem eorum, et ideo hæc audientes et ueluti ueracibus credentes,
 decepti sumus. sed gloria deo qui satisfecit nobis de errore eorum et uniuit nos 15
 catholicis et apostolicis sanctis ecclesiis suis; confidimus enim in bonitate eius quoniam
 dabit nobis uirtutem, ut eorum quos euertimus, plures iterum conuertamus ad
 sanctas ecclesias eius, in gloriam et laudem sancti nominis eius.'

7 dignatus *Schw* dignatur *P*

APPENDIX

- I. PROCLI CONSTANTINOPOLITANI TOMVS AD ARMENIOS
 - II. IOHANNIS PAPAE II EPISTVLA AD AVIENVM CASSIODO
RIVM CETEROS
-

PROCLI CODICES

A = Codex Atheniensis Societatis archaeologicae Christianae 9 s. XIII

C = Codex Vindobonensis theol. gr. 40 s. XIII

O = Codex Bodleianus Auct. E 4 18 [misc. 61] s. XI

P = Codex Parisinus 1335 s. XIII

V = Codex Vaticanus 1431 s. XI

Δ = Versio latina Dionysii Exigui, cuius codices sunt

A = Codex Parisinus Bibliothecae Armamentarii 341 s. XIII

P = Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis 16331 s. XIII

s = editio princeps Sichardi [Antidotum contra diuersas omnium fore saeculorum
haereses. Basileae, excudebat Henricus Petrus mense Augusto MDXXVIII
f. 178—181]

Σ = Versio syriaca [Anecdota syriaca ed. Land t. III p. 103—115]. uariam lectionem
graece transtuli

S = Versio syriaca altera, quam ex cod. Mus. Brit. 14557 publicauit Bedjan in libro
syriaco 'Nestorius, le livre d'Héraclide' Parisiis p. 596—615

IOHANNIS EPISTVLAE CODICES

M = Codex Montepessulanus 308 s. VIII/X

A = Codex Parisinus Bibliothecae Armamentarii 351 s. XII

s = editio princeps Sichardi u. s.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ ἀρχιμανδρίταις
 τοῖς οὖσι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθοδόξου ἀγίας ἐκκλησίας Πρόκλος ἐν κυρίῳ
 χαίρειν. Οὐ μετρίως, ἀδελφοί, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ
 λύπη κατέτρωσεν ἢ φήμη τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης Ζιζανίων, ἅπερ ἔναγχος τῇ ὑμετέραι
 πανούργως ἐπέσπειρεν χώραι ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρὸς. πλήττειν γὰρ ἀφορήτως ἢ 5
 τῶν ἀπευκτῶν εἴωθεν ἀκοῇ τὴν μήπω προγυμνασθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχὴν καὶ
 τοσοῦτωι πλέον χαλεπώτερον τοξεύει, κατὰ βάθους εἰσωθοῦσα τὰ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον
 οὐ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἴστησι παχύτητα, ἀλλὰ τὸ ἄυλον πολιορκεῖ, ταῖς φήμαις τὸ ἐν-
 τιμον τῆς πίστεως διαθρυλοῦσα ἢ ἐλεεινῶς διερρήχθαι ἢ παντελῶς σεσυληθῆαι ἰμάτιον.
 2 πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς 10
 ὕλης, πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ οὐκ ἀπεικότης τοῖς εὖ φρονοῦσιν κρίνεται, οἷα δὴ κατ' ἐναντιό-
 τητα πολεμοῦσα τῇ φύσει τῷ παρὰ φύσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἵρουμένοις
 ἀναγκαίως περιμάχητον, οὕτως τὸ μὴ τοιοῦτον ἀλλ' ἀντικείμενον ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον
 ἢ προσδοκώμενον τοῦ μὴ συμβῆναι φροντίδος οὐκ ἀλλότριον.
 3 Ἀρετῆς μὲν οὖν εἶδη πολλά, διαφόρως δὲ ὠρίσαντο περὶ ταύτης οἱ τε ὑπὸ πλάνης 15
 ἀγχόμενοι Ἕλληνες καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπισκο-
 τούμενοι καὶ οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι Χριστιανοὶ καὶ πρὸς τὸν
 τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τρανώως διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτενίζουσιν δυνάμενοι. οἱ μὲν γὰρ τοῖς
 οἰκείοις λογισμοῖς ὥσπερ ἐν σκότει προσπταίνοντες καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προλή-

Σ 1—3 Τοῖς—χαίρειν *om.* 3—9 Οὐ — ἰμάτιον] Τὸ τῆς ἀληθοῦς πίστεως μυστήριον, ἀγαπητοί,
 ἐστὶν ἀληθῆς ἀγάπη καὶ καθαρὰ ἄνευ δισταγμοῦ ὁμολογία τῆς ὁμοουσίου καὶ ἀδιαιρέτου καὶ προσθήκη
 οὐ δεχομένης τριάδος καὶ βεβαία διάνοια μὴ ἐφ' αἰρέσει [ΩΔΛΩ] μεταλασσομένη ἐν τῇ εἰς θεὸν πίστει,
 ἣν τὴν πίστιν οὐκ ἐν πλαξίν λιθίναις ὥσπερ ἐν τύπῳ κρατοῦμεν, ἀλλ' ἐν πλαξίν τῆς καρδίας ἡμῶν
 ὥσπερ ἐν μυστηρίῳ φοροῦμεν [cf. 2 Cor. 3, 3] ταῖς προσηλωμέναις τῷ σταυρῷ καὶ τῷ τοῦ αἵματος
 τοῦ θεοῦ ῥαντισμῷ ἐσφραγισμέναις· οὐδὲ πιστεύειν μόνον προσήκει ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ διώκειν τὰς ἀρετάς
 καὶ πολιτεῖαν πίστεως ἀξίαν. 11—14 πᾶσα δὲ — ἀλλότριον *om.* 17—188, 8 καὶ οἱ
 διὰ — λογισμοῖς *om.*

Titulum praemittunt πρόκλου ἀρχιεπισκόπου κωνσταντινουπόλεως λόγος πρὸς ἀρμένιους περὶ
 πίστεως C ἐπιστολὴ πρόκλου τοῦ ἀγιωτάτου ἐπισκόπου κωνσταντινουπόλεως πρὸς ἀρμένιους περὶ πίσ-
 τεως P Πρόκλου ἐπισκόπου κωνσταντινουπόλεως [κων|τινουπόλεωσ V] πρὸς ἀρμένιους περὶ πίστεως AV
 1 θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ACPV εὐλαβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις συλλειτουργοῖς OS
 3 καὶ ACPV τέ καὶ O τῇ ACPV καὶ τῇ O 4 κατέτρωσεν OACP καὶ τέτρωσεν V
 5 ὑπέσπειρε C φύσεως ὡς O πλήττει V 6 ἀπευκταίων O μήπω ACPV μὴ O προ-
 γυμνασθήσαν V τῇ ACPV *om.* O 7 βάθος C 8 τὸ ἄυλον ACPV τὴν ἄυλον ψυχὴν OS
 statum mentis Δ 11 τοῖς ACPV παρὰ τοῖς O 12 αἵρουμένοις ACPV ἐρρωμένοις O
 14 τοῦ OS (si metuitur) ne (accidat) Δ τῷ AP το V *om.* C 15 ἀρετῆς ACPV ἀλλ' ἀρετῆς O
 16 ἀγχόμενοι OACPVS quos . . exagitat Δ 17 τῆς πίστεως O πεφωτισμένως O
 17/18 Χριστιανοὶ — τρανώως *om.* O 19 ἀπὸ O

πεισθῶν τὸν νοῦν, ἐπισφαλῶς ὀδεύουσι τοῖς λογισμοῖς, μόνην ἐν οἷς δογματίζουσιν φιλο-
 φῶντες τὴν ῥέουσαν καὶ ἄστατον τῶν ὀρωμένων φύσιν, τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα
 4 ἢ ἀμβλυώττοντες ὑπὸ χρόνου ἢ πηρωθέντες ὑπὸ πλάνης. καὶ φασὶν ἀρετῆς τέτταρα εἶδη
 εἶναι, δικαιοσύνην φημί καὶ φρόνησιν σωφροσύνην τε καὶ ἀνδρίαν· ἅπερ εἰ καὶ καλὰ δοκεῖ 857
 τυγχάνειν, χθαμαλά τε ἔρπει καὶ περὶ γῆν νήχεται καὶ κατώτερα τῆς τοῦ οὐρανοῦ τυγχάνει 5
 ἀψίδος. ἀνδρίαν γὰρ φήσαντες τὴν πρὸς τὴν ὕλην πάλην καὶ σωφροσύνην τὸ κατὰ
 τῶν παθῶν κράτος καὶ φρόνησιν τὴν ἐν ταῖς πολιτείαις ἀριστοκρατίαν καὶ δικαιοσύνην τὴν
 ἀρίστην τοῦ ἴσου μερίδα, τῷ βίω, ὡς γε ἐνόμισαν, τάξιν ἐνομοθέτησαν, χαλινώσαντες
 τῷ ὄρωι τὴν ἐφ' ἐκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν· ὑψηλὸν δὲ καὶ τῆς παρουσίας λήξεως
 κρεῖττον οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τι ἠδυνήθησαν, ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπωρωμένης 10
 καρδίας βιασάμενοι, τὸ γε ἐπ' αὐτοῖς, τὴν ἀρετὴν, τοῖς ὀρωμένοις αὐτὴν περιέκλεισαν μόνον,
 5 μὴδὲν συγχωρήσαντες αὐτὴν ἔχειν ὑψηλὸν τε καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. οἱ δὲ
 γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος ὁ μακά-
 ριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετὴν ὠρίσαντο τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἀναπτεροῦσαν καὶ τὰ περὶ γῆν ἐν τάξει
 6 πηδαλιουχοῦσαν. τοιγαροῦν αὐτὸς οὗτος ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησεν 15
 1 Cor. 13, 3 ἀρετῆς εἶδη, τρία δὲ ταῦτα ἐξαιρέτα ἀνεβόησεν, πίστιν, ἐλπίδα καὶ ἀγάπην· ὧν ἡ μὲν
 πίστις χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμιγνύσα τὸν ἐπι-
 φοροῦντα τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἰμάτιον. ἃ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν
 ἀσάρκων δυνάμεων ἠγνόησεν διὰ μέγεθος φύσις, τούτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσιν καὶ ἐπὶ
 γῆς καλινδουμένοις ἀνθρώποις τὴν ἐπιστήμην χαρίζεται ἡ πίστις, προσάγουσά τε τῷ βασι- 20
 λικῷ καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ καὶ ἀκριβῆ τὴν ἔλλαμψιν ἐνείσα τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου φύσεως
 τῆι τε οἰκείῃ ἀστραπῆι τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες
 τῶν τῆϊδε, τοῦ νοῦ ἀποψήσασα, ποιεῖ τρανῶς ἐκεῖνα ὄραν, ἃ τῷ μὴ φθάνεσθαι ὀράται καὶ
 7 τῷ ἀπροσίτῳ καταλαμβάνεται. ἡ δὲ ἐλπίς οὐκ ὀνειροπολεῖν ἀξιοῖ, ὡς ἂν τις εἴποι,
 ἀλλὰ γενναίως κρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι παρασκευάζει τὰ μέλλοντα, τῆς ἀναμφιβόλου πλη- 25
 ροφορίας τὸ μήπω παρὸν τῷ χρόνῳ, ὡς ἐνεστὸς ἤδη, τῷ λογισμῷ ἐγχειριζούσης καὶ
 σχεδὸν τὰ προσδοκώμενα ὑπ' ὄψιν ἀγούσης. ὑπερβάσα γὰρ ἡ ἐλπίς τὰ ἐμποδίων κωλύ-
 ματα, συνάπτει τὸ ποθοῦν πρὸς τὸ ἐρώμενον, τὸ παραρρέον τοῦ χρόνου τῆι τοῦ μέλλοντος
 8 σχέσει νικῶσα. ἡ δὲ ἀγάπη τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον· αὕτη γὰρ
 τὸν θεὸν λόγον, ἐπὶ γῆς αἰεὶ παρόντα, ἐλθεῖν διὰ σαρκὸς ἐδυσώπησεν. ἐκάτερα τοίνυν 30
 ἀλλήλαις συμβαίνει· ἡ μὲν γὰρ πίστις ἔσοπτρόν ἐστὶν ἀγάπης, ἡ δὲ ἀγάπη βεβαίως
 ὑπάρχει πίστεως. πιστεύομεν ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ εὐσεβῶς πιστεύ-
 ομεν· αὕτη γὰρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ κρηπίς· ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν τὸν δι' ἡμᾶς τὸν δού-
 Phil. 2, 7 λου μορφὴν λαβόντα μήτε φύσεως τροπὴν ὑπομείναντα μήτε προσθήκην τῆι τριάδι ἐργασάμενον.

Σ 5/6 καὶ κατώτερα — ἀψίδος *om.* 6 ὕλην] ὠμὴν φύσιν [= S] 12 μὴδὲν — ἐφάμιλλον *om.*
 28/29 τὸ παραρρέον — νικῶσα *om.* 30 *post* παρόντα *add.* καὶ παντὶ πλησίον καὶ μετὰ παντὸς
 ὄντα καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῦντα *post* ἐδυσώπησεν *add.* καὶ θεὸς ὧν ἐγένετο καὶ ἀνθρώπος
 τηρῶν τὸ οἰκείον δι' ἑαυτὸν καὶ ὧν ὡς ἡμεῖς δι' ἡμᾶς 32 ἀτρέπτως 33/34 ἀλλὰ — λαβόντα *om.*

1 λογισμοῖς ACPVΔ λόγοις OS μόνην ACPV μόνον O οἷς ACPVΔ τοῖς O 2 ὄμμα
 OAC, V^m m. 2 ὄνομα PV¹ 3 πλάνης OSΔ πλάνης ἀπώλεσαν ACPV τέτταρα εἶδη ACP τέτταρα εἶδη
 V εἶδη τέτταρα O 5 γῆν OACV τὴν γῆν P 6 ὕλην OACPV *rebus aduersis* Δ 9 λήξεως OΔ
 λέξεως ACPV 12 αὐτὴν OΔ *om.* ACPV εὐκοσμίας OAPV βασιλείας C 14 τὸν ACPV
om. O γῆν ἐν τάξει ACPV τὴν σύνταξιν O 15 αὐτὸς ACPV *om.* O 16 πί-
 στιν ACPV πίστιν καὶ O 17 νοητοῖς ACPV ΣS *inuisibilibus* Δ ἀθανάτοις O 18 καὶ
 ACPV καὶ ἡ O 19 ἠγνώησε δυνάμεων P 20 καλινδουμένοις O κυλινδουμένοις ACPV
 21 ἐνείσα ACPV ἐνθείσα O 23 ἀποψήσασα OΔΣS ἀποστήσασα ACPV ποιεῖ OACPΣS ποιεῖ
 γὰρ V 24 ἀξιοῖ ὡς Δ ἀξίως ὡς ACPV ἀξίως O 24.25 εἴποι — παροῦσι *om.* P
 25 κρατεῖν ACV τὸ κρατεῖν O παρασκευάζει ACV κατασκευάζει O σκευάζει P 26 τῶν
 λογισμῶν O 28 ὀριόμενον Δ 29 αὕτη OCP αὐτὴ A αὐτὴ V 31 ἀλλήλοις O
 μὲν *om.* O 32 ὁ *om.* O 34 λαβόντα OΔ λαβόντα καὶ ACPV

- 860 9 Πᾶς τοίνυν Χριστιανὸς ὁ μὴ πλουτῶν πίστει καὶ ἐλπίδι καὶ ἀγάπῃ οὐκ ἔστιν ὁ λέ-
γεται, ἀλλ' εἰ καὶ δοκεῖ πολλάκις δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα καὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἐλευ-
θεριάζειν, τὴν ἠθικὴν μόνην ἀρετὴν κατορθώσας, τῶν τῆς νίκης στεφάνων οὐκ ἀξιοῦται,
οἷα δὴ πρὸς ἐκείνον τῆι θεολογίᾳ μὴ φθάσας τὸν βραβευτὴν ὄντα τῶν στεφάνων τοῖς
ὑπὲρ ἀρετῆς γενναίως ἀθλήσασιν. πίστις τοίνυν, καθὰ προέφην, πάντων τῶν ἀγαθῶν 5
ὑπάρχουσα κεφάλαιον, φυλαττέσθω ἀνόθευτος, μηδὲν κίβδηλον ἐπαγομένη ἐκ λογισμῶν
ἀνθρωπίνων μηδὲ μὴν βεβήλοις κενοφωνίαις ἐπιθολουμένη, ἀλλ' εἴσω τῶν εὐαγγελικῶν τε
καὶ ἀποστολικῶν μένουσα ὄρων, μηδενὸς τολμῶντος παρεγχειρεῖν τῆι δι' ἧς ἐσώθημεν καὶ
10 ἦν ἐν τῷ βαπτίσματι τῆι γλύττῃ ἐχειρογραφήσαμεν. ἀποπέμπεται γὰρ τὸ ὕψος τῆς
πίστεως πᾶσαν ἔφοδον θράσους καὶ τόλμαν, οὐ μόνον ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ φύσεως 10
ἀσάρκου κορυφουμένην, τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος· ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἔξ οὐ- Gal. 1, 8
ρανῶν εὐαγγελίσσηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. λειτουργεῖν
γὰρ ἄγγελος ἐτάχθη, οὐ δογματίζειν, καὶ ἐπισφαλὲς τυγχάνει τὸ μὴ ἕκαστον ἐν οἷς ἐτάχθη,
ἐμμένειν, ἀλλ' ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ φύσιν· ὥστε εἰ καὶ τὸ τῆς φύσεως ὁ τολμῶν ἐπάγοιτο
11 ἀξιοπίστον, ἀπαράδεκτον ἔστω ἡ καινοτομία τοῦ κηρύγματος. φυλάξωμεν τοίνυν ἀνυστάκ- 15
τως ὃ παρελάβομεν, ἀμετεώριστον αἰεὶ ἐπὶ τῷ θησαυρῷ τῆς πίστεως τὸ τῆς ψυχῆς δια-
νοίγοντες ὄμμα. τί δὲ ἐκ τῶν γραφῶν παρελάβομεν ἢ πάντως τοῦτο; ὅτι ὁ θεὸς ἐδημιούρ-
γησεν λόγῳ τὸν κόσμον καὶ παρήγαγεν οὐ πρότερον οὐσαν τὴν κτίσιν, ὅτι νόμῳ φυ-
σικῶι τὸ λογικὸν ἐτίμησε ζῶιον, ὅτι δέδωκεν ἐντολὴν τῷ αὐτεξουσίῳ ὑποδεικνύς τὸ συμ-
φέρον, ἵνα φύγη τῆι καλλίστῃ αἰρέσει τὸ βλάπτον, καὶ ὅτι ἡ ἐθελούσιος πρὸς τὸ χεῖρον 20
τοῦ ἀνθρώπου ὄρμη ἐξόριστον ἐποίησε τὸν ἀπειθῆ τοῦ παραδείσου, ὅτι διὰ πατέρων καὶ
πατριαρχῶν καὶ νόμου καὶ κριτῶν καὶ προφητῶν ἐπαίδευσεν ὁ πλάστης τὴν φύσιν κατα-
12 φρονεῖν μὲν τοῦ ἀμαρτάνειν, φροντίζειν δὲ τοῦ δικαιοπραγεῖν· ὅτι τέλος, ὡς ἐπεκράτει βου-
λομένων ἡμῶν ἢ ἀμαρτία, ὁ δὲ διάβολος δίκην τοῦ πλημμελεῖν ἀπήιτει τὴν τῆς φύσεως
πανωλεθρίαν, οἷα δὴ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἀμαυρωθέντος καὶ τοῦ γραπτοῦ φαυλισθέντος 25
καὶ τῶν προφητῶν ὡς ἀνθρώπων ὑπομνησάντων τοῦ πρακτέου, ἀλλ' οὐκ ἐξαρπασάντων
τοῦ χείρονος, αὐτὸς ὁ θεὸς ὁ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναρχος καὶ ἀπερίγραπτος καὶ παντοδύναμος
λόγος ἐλθὼν ἐσαρκώθη (τὸ γὰρ δυνατὸν παρῆν αὐτῷ βουλομένῳ) καὶ λαβὼν τὴν τοῦ
δούλου μορφήν, ἐγένετο σὰρξ καὶ ἐτέχθη ἐκ παρθένου, πανταχοῦ βουλόμενος δεῖξαι ὅτι
κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἀνθρωπος. ἀναγκαίως γὰρ τῆι φύσει παρέπονται αἱ ἀρχαὶ καὶ 30
τὰ σχήματα καὶ τὰ πάθη. οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τέλειον ἀνθρω-
861 πον, ἀλλ' ἐγένετο σὰρξ, ἐπ' αὐτὴν τὴν καταβολὴν τῆς φύσεως φθάσας καὶ εἰς τὴν Ioh. 1, 14
13 ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἀναδραμῶν. ὥσπερ γὰρ ὁ τικτόμενος κατὰ φύσιν ἀνθρωπος οὐκ
εὐθὺ τέλειος ταῖς ἐνεργείαις πρόεισιν, ἀλλ' αὐτὴ ἡ καταβολὴ τῆς φύσεως πρῶτον γίνεται
σὰρξ, εἶτα τῷ χρόνῳ κατὰ μικρὸν προσλαμβάνει τὰς πρὸς ἀπαρτισμὸν τῶν αἰσθήσεών 35
τε καὶ ἐνεργειῶν συντελοῦσας δυνάμεις, οὕτως ὁ θεὸς λόγος ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν καὶ

Σ 7 *post* ἐπιθολουμένη *add* μηδ' ἐξηγήσει τῶν δοκησισόφων διότι ἀνεξήγητος ἡ πίστις. μυστήριον
ἡ πίστις 18 *post* ὅτι *add* κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ ἐποίησε τὸν ἀνθρωπον καὶ
24/25 ὁ δὲ — πανωλεθρίαν *om.* 29 *post* σὰρξ *add* εἰς ὧν τῆς τριάδος 30 31 ἀναγκαίως
— τὰ πάθη *om.*

4 ὄντα ACPV *om.* O 5 πάντων τῶν ἀγαθῶν OΔΣΣ πασῶν τῶν ἀρετῶν ACPV
7 μηδὲ O μήτε ACPV καινοφωνίαις Δ ἀλλ' OACPV ἢ Δ 8 τῆ APV τί OC
12 ὑμῖν OCPΔ ὑμᾶς AV 13 ἄγγελος ἐτάχθη OAVΔ ἄγγελοι ἐτάχθησαν P οὐχί P
ἐν ACPV *om.* O 14 ὁ τολμῶν ACPV τολμῶν O *om.* Δ ἐπάγοιτο ACP ἐπάγοι τὸ V ἐπάγει τὸ O
16 ὁ OΔ ἢ ACPV 17 δὲ OCPΔ δὴ AV ὁ ACPV *om.* O 19 τῷ αὐτεξουσίῳ ACPVΣΣ
αὐτῷ αὐτεξουσίῳ O 20 καλλίστη OACV καλῆ P *meliori* Δ 22 23 καταφρονεῖν ACPV
κατωλιγορεῖν O 29 πανταχὴ O 32 καταβολὴν OACV καταβολὴν τὴν P 34 εὐθὺς P
τέλειος *om.* O 35 κατὰ ACPV καὶ κατὰ O 36 θς καὶ λόγος C.

- ρίζαν τῆς ἀνθρωπείας γένεσεως ἀναδραμῶν, πρῶτον γέγονε σὰρξ, οὐ τραπεῖς εἰς σάρκα, μὴ γένοιτο· μένει γὰρ ἡ θεότης ἀλλοιώσεως ἀνωτέρα, ἐπέπερ τὸ τρεπτὸν παραρρεούσης
- 14** φύσεως πάθος, τῆς δὲ αἰδίου καὶ αἰεὶ ὡσαύτως ἐχούσης τὸ ἄτρεπτον ἴδιον. φαιμέν οὖν
- Ioh. 1, 14** ἐκατέραις κεκρημένοι ταῖς γραφικαῖς φωναῖς ὅτι καὶ ἐγένετο σὰρξ καὶ ἔλαβεν τὴν τοῦ
- Phil. 2, 7** δούλου μορφήν, καὶ ἑκάτερα εὐσεβῶς νοούμενα, σωτηρίας ἡμῖν τυγχάνει σπέρματα. διὰ 5
- μὲν γὰρ τοῦ ἐγένετο τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἐνώσεως ὁ εὐαγγελιστὴς ὑπαινίττεται. ὡσπερ γὰρ ἡ μονὰς οὐκ ἂν τμηθεῖ εἰς μονάδας δύο· ἡ γὰρ εἰς ταύτας διαιρουμένη οὐκ ἂν εἶη μονὰς, ἀλλὰ δυάς· οὕτως τὸ ἐν κατὰ τὴν ἄκραν ἐνωσιν οὐκ ἂν διαιρεθεῖ εἰς δύο. τὸ δὲ ἔλαβεν βοᾷ τὸ ἄτρεπτον τῆς φύσεως· ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται, ὡς ὁ οὐρανὸς μὴ πρότερον ὦν, ἢ ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος ἀλλοιοῦται, ὡς τὸ 10
- Exod. 7, 20** Νειλῶιον ρεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετεβλήθη· ἑκάτερα δὲ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἀνάρμοστα· οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη ὁ αἰεὶ ἀναρχος οὔτε ἐξ ὄντων ἐτρέπη ὁ ἀναλλοίωτος λόγος· διὰ τοῦτο δι' ἐκατέρων καὶ τὸ ἄτρεπτον τῆς θεότητος καὶ τὸ ἀδιαίρετον τοῦ μυστηρίου ἢ θεία ὑπεμφαίνουσα γραφὴ τὸ ἐγένετο εἶπεν καὶ τὸ ἔλαβεν ἐκήρυξεν, ἵνα διὰ μὲν τοῦ προτέρου τὸ ἐνικὸν τοῦ προσώπου παραστήσῃ, διὰ δὲ τοῦ ἑτέρου 15
- 15** τὸ ἀναλλοίωτον τῆς φύσεως ἐκβοήσῃ. ἐγένετο τοίνυν ὁ θεὸς λόγος τέλειος ἄνθρωπος, οὐ κολοβώσαντος τὴν ἄτρεπτον φύσιν τοῦ ὑπὲρ ἔννοϊαν θαύματος· ἀλλὰ πίστει τὸ τοιοῦτο μεμαθήκαμεν, οὐκ ἐρεῦνη κατειλήφαμεν. καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, σῶζει τῷ ὁμοιοπαθεῖ τὸ κατὰ σάρκα ὁμόφυλον γένος, ἐκτίσας μὲν τῆς ἁμαρτίας τὸ χρέος τῷ ὑπὲρ ἀπάντων ἀποθανεῖν ὡς ἄνθρωπος, καταργήσας δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν 20
- διάβολον, ὡς μισοπόνηρος θεός, τοῦ τε νόμου τὸ ἀδύνατον δυνατὸν ὑπέδειξεν διὰ τοῦ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην, καὶ τῇ φύσει τὴν προτέραν εὐγένειαν ἀπέδωκεν διὰ τοῦ
- 16** τιμῆσαι τῷ ἐνανθρωπήσαι τὴν ἐκ γῆς παρ' αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν φύσιν. εἰς τοίνυν ἐστὶν υἱός· τριάδα γὰρ ὁμοούσιον προσκυνούντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπισφάρομεν, ἀλλ' ἔστιν εἰς υἱὸς ὁ ἀνάρχος ἐκ πατρὸς γεννηθείς, δι' οὗ τοὺς αἰῶνας πιστεύομεν γεγενῆσθαι, 25
- ὁ συναϊδῖος τῇ ρίζῃ κλάδος, ὁ ἀρεύστως ἐκ πατρὸς ἐκλάμψας, ὁ ἀχωρίστως τοῦ νοῦ 864
- προϊών τε καὶ μένων λόγος· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, ἀλλὰ τοῦ γεννήσαντος οὐκ ἐχωρίσθη. οὗτος ἠθέλησεν σῶσαι ὃν ἔπλασεν, καὶ ἔσωσέν γε, μήτραν οἰκήσας τὴν κοινήν τῆς φύσεως πύλην, ἣν καὶ τῇ οἰκήσει εὐλογήσας καὶ τῇ γεννήσει σφραγίσας, ἔδειξεν τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ ἑαυτὸν ὑπὲρ λόγον ἐνανθρωπήσαντα. 30
- 17** Οὐκ ἄλλος οὖν ὁ Χριστὸς καὶ ἄλλος ὁ θεὸς λόγος, (μὴ γένοιτο). δύο γὰρ υἱοὺς ἢ θεία φύσις οὐκ οἶδεν· ὁ μόνος μονογενὴς ἐγέννησεν. ἔνθα γὰρ οὐκ ἔστι συζυγία τῶν τικόντων,
- Phil. 2, 10** ἐκεῖ οὐχ εὐρίσκεται δυὰς τῶν τικτομένων. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ Χριστὸς παρὰ τὸν θεὸν λόγον, ἀναγκαίως ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, (κᾶν ἦι ναὸς τοῦ θεοῦ) 35
- κατὰ τὸν τῶν ἐμπλήκτων λόγον· εἰ δὲ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, πῶς τοῦ κατὰ φύσιν

Σ 1—16 πρῶτον γέγονε — ἐκβοήσῃ *om.*
 ἄνωθεν οὔτε κάτωθεν εἰδέναι πῶς ἐνανθρωπήσαν

30 *post* ἐνανθρωπήσαντα *add* οὐ γὰρ ἔστιν οὗτ'

3/4 οὖν ἐκατέραις ACPVΔ οὐκ ἂν ἑτέροις O	6 τοῦ ACPV τοῦ τε O	ἄκρας ACPV
ἀκραν O	7 ταύτας OΔ ταῦτα CPV ταῦθα A	9 γὰρ ACPV <i>om.</i> OΔ
<i>corr.</i> P	ὁ ACPV <i>om.</i> O	τοῦ ὑπάρχοντος ACPVΔ προυπάρχοντος O
οὐκ ὄντων P	14 ἐγένετο OAPV ἀδιαίρετον C	15 τὸ ἐνικὸν τοῦ προσώπου] <i>personæ singularitatem naturæ utriusque</i> Δ (<i>est interpolatio Chalcedonica</i>)
19 <i>in uerbis</i> ὁμόφυλον γένος <i>finem facit</i> O	τῷ ACV ^r τὸ PV ^r	21 ἀδύνατον Δ <i>om.</i> ACPVΣΣ
23 γῆς — αὐτοῦ APV τῆς — αὐτοῦ σοφίας C	24 υἱός ACPVΣΣ υἱός, εἰς κύριος Δ	26 ἀρεύστως APVΣΣ ἀρρεύστως C ἀρρήτως Δ
μὴ γένοιτο ΔΣΣ <i>om.</i> ACPV	34 κάμπτει CVA κάμψει APΣΣ	31 ἄλλος ^r AΔΣΣ ἄλλος θς CPV
θεοῦ S <i>om.</i> ACPV	36 κατὰ — <i>χς in margine add</i> V ^r <i>om.</i> ΔΣ	ἄλλως Δ
		35 κᾶν — φύσιν APV φύσιν υἱοῦ C

αὐτὸν προτιμᾷ τὰ οὐράνια καὶ γονυπετεῖ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἡττονος; πῶς κἂν δεξώ-
 μεθα τὰς προφητικὰς φωνὰς βοῶσας· ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώ-
 ποις συνανέστράφη; ὀπτασίαν γάρ φησι τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν καὶ συναναστρο-
 φὴν ὀνομάζει τὴν ἐπὶ καιροῦ μετὰ ἀνθρώπων πολιτείαν, ἐν ἣι δημοσιεύων ὁ ἄφθονος τὸ
 παντοδύναμον ἔδειξεν ὅτι ὡς παντοκράτωρ, καὶ ὁ ἦν, ἔμεινεν δι' ἑαυτὸν καὶ ὁ ἠθέλησεν, 5
 γέγονεν δι' ἡμᾶς.

- 18 Εἰ δέ τισιν σκανδάλου παραίτια γίνεται τὰ σπάργανα καὶ ἡ ἐν φάτνῃ ἀνάκλισις
 καὶ ἡ ἐν χρόνοις κατὰ σάρκα αὐξήσις καὶ τὸ καθευδῆσαι ἐν πλοίῳ καὶ τὸ κοπιᾶσαι
 ὁδοιπορήσαντα καὶ τὸ πεινῆσαι ἐν καιρῷ καὶ ὅσα τῷ κατὰ ἀλήθειαν γεγονότι συμ-
 βαίνει ἀνθρώπῳ, ἴστωσαν ὡς κωμωιδούντες τὰ πάθη ἀρνοῦνται τὴν φύσιν, ἀρνού- 10
 μενοι δὲ τὴν φύσιν οὐ πιστεύουσι τῇ οἰκονομίᾳ, μὴ πιστεύοντες δὲ τῇ οἰκονομίᾳ
 ζημιοῦνται τὴν σωτηρίαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξωλίσθησεν ἀπὸ γένεσεως κόσμου εἰς τὸν βίον
 ἀνθρωπος ἑτέραν παρὰ ταύτην φύσεως βαδίσας ὁδὸν, δεικνύτωσαν οἱ φιλόνοικοι, καὶ τότε
 τοὺς οἰκείους ὑφαινέτωσαν λήρους· εἰ δὲ αὕτη τῆς κοινῆς φύσεως ἡ ἀρχή, ὁ δὲ θεὸς λόγος
 κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἀνθρωπος, τοῦ χάριν συνομολογοῦντες τὴν φύσιν σκώπτουσι τὰ 15
 πάθη; θάτερον οὖν ἐκατέρων ἐπλεξάσθωσαν· ἡ ἐπαισχυνόμενοι τὰ πάθη, ἀρνεῖσθωσαν
 τὴν φύσιν καὶ τὰ Μανιχαίων φρονούντες τοῖς ἀσεβέσι συντετάχθωσαν, ἡ εἰ προσίενται τὸ
 ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως κέρδος, ὁμολογοῦντες τὴν φύσιν, μὴ αἰσχυνέσθωσαν τὰ τῇ φύσει
 19 συμβαίνοντα πάθη. θαυμάζω δὲ καὶ τὴν φρενοβλάβειαν τῶν καινὰς ὁδοὺς ἀπάτης ἀνα-
 τεμνόντων. ἐγὼ γὰρ ἕνα εἰδώς τε καὶ διδασχθεὶς εὐσεβῶς υἱόν, μίαν ὁμολογῶ τὴν τοῦ 20
 865 σαρκωθέντος θεοῦ λόγου ὑπόστασιν. ἐνὸς δὲ ὄντος τοῦ τε τὰ πάθη ὑπομείναντος καὶ
 τοῦ τὰ θαύματα τελεσιουργήσαντος, τοῦ χάριν τὰ θεϊότερα σιωπῶντες, τὰ ἡττονα κωμωι-
 δοῦσιν; ἵνα γὰρ πιστώσῃται ὅτι θεὸς ὢν καὶ λόγος ὑπάρχων καὶ μείνας ὁ ἦν, γέγονεν
 σάρξ καὶ βρέφος καὶ ἀνθρωπος, μηδεμιᾶς τροπῆς τὸ μυστήριον ὑβριζούσης, ὁ αὐτὸς καὶ
 θαυματουργεῖ καὶ πάσχει, διὰ μὲν τῶν σημείων τὸ εἶναι ὁ ἦν, αἰνιττόμενος, διὰ δὲ τῶν 25
 παθῶν τὸ γενέσθαι ὁ ἔπλασεν, πιστούμενος. ἕνα τοίνυν καὶ τὸν αὐτὸν αἰδίως τε καὶ
 ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν υἱόν, μηδὲν ἐπεισάγοντες τῇ φύσει νόθον· οὐδὲν
 γὰρ περιττὸν ἐν τῷ θρόνῳ.
- 20 Ἄλλὰ πάντως ἐκείνο τὸ πολυθρύλητόν μοι ἐροῦσιν, πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης
 ἀσθενεστέρους· >εἰ ἡ τριάς, φησίν, >ὁμοούσιος, ἡ τριάς ἀπαθῆς· ὁ δὲ θεὸς λόγος ἐν τῇ 30
 τριάδι ὄραται· καὶ ὁ λόγος ἄρα ἀπαθῆς. εἰ δὲ ὁ θεὸς λόγος ἀπαθῆς, εὐρεθήσεται ὁ
 σταυρωθεὶς ἕτερος παρὰ τὸν θεὸν λόγον τὸν ἀπαθῆ.
 ὄντως ἴστον ἀράχνης ὑφαί- Ies. 59, 5

Σ 10/11 τὴν φύσιν *bis*] τὴν οἰκονομίαν *bis* τῇ οἰκονομίᾳ *bis*] τῇ σαρκώσει *bis* 13 φιλό-
 νοικοὶ νέοι Ἰουδαῖοι 15 τὴν φύσιν] τὴν οἰκονομίαν 17 τὴν φύσιν] τὴν οἰκονομίαν
 τὰ Μανιχαίων φρονούντες *om.* 18 ἐνανθρωπήσεως] οἰκονομίας 20 *post* εἰδώς *add* ἐκ
 τῶν ἀγίων γραφῶν 21 ὑπόστασιν] φύσιν 21—24 ἐνός τε — ὑβριζούσης *om.*
 25—27 διὰ μὲν — υἱόν] καὶ ἐγεννήθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸ πάντων καὶ ἐσαρκώθη ἐπ' ἐσχάτων
 καὶ ἐτέχθη ἐκ Μαρίας τῆς θεοτόκου καὶ ὁμολογοῦμεν ὅτι αὐτὸς ἐστίν ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς 27 τῇ
 φύσει] τῇ θεότητι 28 τῷ θρόνῳ] τῇ ὁμοουσίᾳ τριάδι, ἀλλ' ὁ αὐτὸς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς
 δι' οὗ τὰ πάντα [1 Cor. 8, 6], καὶ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν φέρει καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται,
 ὡς εἶπεν ὁ προφήτης [Ies. 53, 4], καὶ ὁ αὐτὸς ἐθαυματούργησε καὶ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν 29 *post*
 ἐροῦσιν *add* οἱ νέοι Ἰουδαῖοι 30/31 ὁ δὲ θεὸς — λόγος ἀπαθῆς] καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς
 ἐν τῇ τριάδι ἀριθμεῖται καὶ αὐτὸς θεὸς ὁ λόγος, ἀπαθῆς ἄρα ἐστὶ καὶ

1 τὰ APV εἰς τὰ C ἡττονος ACVΔ κρείττονος P κἂν *Schw* etiam Δ δ' ἂν ACPV
 10/11 ἀρνούμενοι — φύσιν *om.* P 13 βαδίσας φύσεως P φιλόνοικοι V 14 αὕτη τῆς
 ACV^r αὐτὸ τῆς P αὐτῆς V 15 τὴν *om.* C 17 εἰ *om.* V^r *add.* V^r 19 καινὰς PΔΣΣ
 κενὰς ACV 20 τε *om.* P 21 θεοῦ *om.* A δὲ A τε PV *om.* C τε CPV *om.* A
 29 συλλογισμοὺς ACV τοὺς συλλογισμοὺς P 30/31 ὁ δὲ — ἀπαθῆς *om.* P 31 ἀριθμεῖται ΣΣ
 εὐρεθήσεται ὁ σταυρωθεὶς *om.* P 32 ὄντως ΔΣΣ οὕτως ACPV

νουσιν οί ταῦτα λέγοντες καὶ καθ' ὑδάτων γράφουσιν οί τὰ κενὰ ταῦτα μελετώντες προ-
 Rom. 1, 21 βλήματα. φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοί, ἐμωράνθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνητος
 αὐτῶν καρδία· λημῶν γὰρ ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτίνας καθαρῶς οὐ δέχεται καὶ ἀσθενούσα
 21 διάνοια πίστεως οὐ προσίεται ὕψος. τί τοίνυν φαμέν ἡμεῖς; ὅτι κατὰ τὸν λόγον τῆς
 θεότητος ἡ τριάς ὁμοούσιός ἐστι καὶ ἀπαθής. οὐδὲ γὰρ φάσκοντες αὐτὸν πεπονθέναι, 5
 τῷ λόγῳ τῆς θεότητός φαμεν αὐτὸν πεπονθέναι· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ θεία φύσις παντὸς
 πάθους· ἀλλ' ὁμολογοῦντες τὸν θεὸν λόγον, τὸν ἕνα τῆς τριάδος, σεσαρκῶσθαι, διδόμεν
 τὴν αἰτίαν τοῦ νοεῖν τοῖς μετὰ πίστεως ἐρωτῶσιν, δι' ὃ ἐσαρκώθη. ἐπειδὴ γὰρ ἠβούλετο
 ὁ θεὸς λόγος καταργῆσαι τὰ πάθη, ὧν πέρασ ἦν ὁ θάνατος, προσίεσθαι δὲ πάλιν τὰ πάθη
 ἢ ἀνώλεθρος φύσις οὐχ οἷα τε ἦν· εἰ γὰρ πᾶν πάθος στάσις ἐστὶ καὶ μάχη τῶν συνθέτων, 10
 περὶ δὲ τὸ ἄυλον καὶ μόνον οὐδεμία σύνθεσις, οὐκ ἄρα ἐκεῖ ἔφθανεν πάθος, ἔνθα οὐδὲ
 σύνθεσις τυγχάνει· βουλευθεὶς τοιγαροῦν τὰ τυραννούντα τὴν λογικὴν σάρκα πάθη καταρ-
 γῆσαι, καθὰ προέφημεν, ὧν ἀκρόπολις ὑπῆρχεν ὁ θάνατος, σαρκούται ἐκ παρθένου, ὡς
 οἶδεν, ὁ θεὸς λόγος καὶ σχηματίζεται ὡς ἄνθρωπος· τοῦτο γὰρ ἠυδόκησεν· καὶ κενῶ
 ἑαυτὸν ἐν δούλου μορφῇ, μηδεμίαν τῆς θεότητος περιγραφὴν ὑπομείνας, καὶ οὕτω σώζει 15
 πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἐν τῇ σαρκὶ μὲν αὐτοῦ καταργήσας τὰ πάθη, φυλάξας δὲ αὐτοῦ
 22 ἀπαθῆ τὴν θεότητα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελιζόμενος τὴν τοῦ τεχθέντος αὐθεν-
 Mt. 1, 21 τίαν καὶ δύναμιν, ἐβόα πρὸς τὴν Μαριάμ· αὐτὸς γάρ, φησὶν, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ
 ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. λαὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου, ἀλλὰ θεοῦ, οὐδ' ἂν 868
 ἀπαλλάξειεν τὸν κόσμον ἀμαρτημάτων ὁ μετὰ φθοράς εἰσπηδήσας εἰς τὸν βίον καὶ τὴν 20
 ἀρχὴν τῆς γενέσεως οὐκ ἐσχηκὼς ἀκατηγόρητον· ἀλλὰ ἀναγκαίως ὁ αὐτὸς θεὸς τε ὧν καὶ
 ἄνθρωπος, οὐ διαιρούμενος εἰς δύο, ἀλλὰ μένων εἷς, διὰ μὲν τοῦ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι
 δεικνὺς ὅτι ἄνθρωπος, διὰ δὲ τοῦ ἀσυνδυάστως καὶ φυλάξαι τὴν τεκοῦσαν παρθένον μαρ-
 τυρόμενος ὅτι ἐστὶ θεός, ἔσωσεν τὸν κόσμον Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἐλθὼν ἐπὶ γῆς καὶ τοῖς
 23 ἀνθρώποις συναναστραφεῖς. εἰ δὲ ὁ Χριστὸς φιλὸς ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ 25
 θεὸς λόγος, πῶς ἔκτισεν τὰ πάντα ἐν ἀρχῇ, τότε οὐκ ὧν; εἰ γὰρ μεταγενέστερος τῆς
 δημιουργίας ὁ ἄνθρωπος, εὐδὴλον ὡς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τὴν γένεσιν οὐκ ἐχαρίσατο ὁ Χριστὸς,
 1 Cor. 8, 6 οἷα δὴ μεταγενέστερος προαχθεὶς ὡς φιλὸς ἄνθρωπος. πῶς οὖν Παῦλος ἐβόα· εἰς
 κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα; εἰ γὰρ διὰ Χριστοῦ τὰ πάντα, εὐδὴλον
 Ioh. 1, 4—3 ὅτι Χριστὸς θεὸς ἐστὶ λόγος, τοῦ εὐαγγελιστοῦ βοῶντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ 30
 λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς
 τὸν θεόν. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. εἰ τοίνυν ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ ὅτι διὰ
 τοῦ λόγου τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ ὁ Παῦλος τοῦτο ἐρμηνεύων λέγει εἰς κύριος Ἰησοῦς
 ὁ Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, εὐδὴλον ὅτι Χριστὸς θεὸς ἐστὶ λόγος.

Σ 6 τῷ — θεότητός] φυσικῶς ἡ θεία φύσις] ἡ φύσις αὐτοῦ 8 *post* ἐπειδὴ γὰρ
add ἄνθρωπος ὁ κατὰ εἰκόνα θεοῦ κτισθεὶς, ὡς τὸ αὐτεξούσιον ἐδόθη, τῷ αὐτεξουσίῳ ἐπλανήθη
 καὶ τῇ τοῦ ἐπιβούλου συμβουλίῃ ἀχθεὶς τῇ πλάνῃ ἐνέδωκεν καὶ ἐδουλώθη τοῖς τῆς ἐπιθυμίας
 πάθεσιν τοῖς πάντων κρατοῦσι τῶν συνθέτων ὧν πέρασ ἔστι θάνατος καὶ τοῖς κτισθεῖσι οὐκ ἔστι
 καταργῆσαι αὐτὰ 9 *post* θάνατος *add* ἠβούλετο δὲ σαρκωθῆναι καὶ γενέσθαι σύνθετον, τοῦτ'
 ἐστὶ ἄνθρωπος τέλειος ἐν παντί ὡς ἡμεῖς πλὴν ἀμαρτίας 10 *post* ἀνώλεθρος *add* καὶ ἀήττητος
 καὶ ἀόρατος 14 σχηματίζεται ὡς ἄνθρωπος] καὶ γίνεται ἄνθρωπος τελείως ὑπάρχων ὁ ἐπὶ πάντων
 θεός· οὐ γὰρ καταλιπὼν τὸ ἑαυτοῦ ἐγένετο ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ ὑπάρχων θεός ἐγένετο ἄνθρωπος
 15 *post* ἑαυτὸν *add* ἐκὼν *post* μορφῇ *add* καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος καὶ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν ἐκὼν
 16/17 ἐν τῇ — θεότητα *om.* 20/21 καὶ — ἀκατηγόρητον *om.* 21/22 θεός — ἄνθρωπος *om.*
 22 *post* δύο *add* μὴ γένοιτο 23 ἄνθρωπος] ἀληθῶς ἔμενον ἄνθρωπος 25 *post* συναναστρα-
 φεῖς *add* καθάπερ μαρτυροῦσιν αἱ ἅγιοι γραφαί

1 καινὰ ΣΣ 3 ἀκτίνας ἡλίου C 4 προίεται V¹ *corr.* V² τὸν *om.* P
 9 δι' AC *om.* PV 11 ἔφθανεν V ἔφθανε AP ἔφθασε C 13 ἡ ἀκρόπολις A 15 αὐτὸν A
 20 ἀμαρτημάτων τὸν κόσμον A 23 24 μαρτυρόμενος P μαρτυρούμενος ACV 24 τῆς γῆς A
 τοῖς *om.* A 29 ὁ *om.* P 32'33 εἰ τοίνυν — ἐγένετο *om.* Δ 34 ὁ χς A

- 24 Εἰ δὲ προφέροιν τὰς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς φωνὰς ἐν αἷς κέκληται ἄνθρωπος, τοῦ Πέτρου λέγοντος Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ ἄνδρα, καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος ἐν ἄνδρὶ ὡς ὤρισεν πίστιν παρασχών, καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότητος περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ἴστωσαν ὡς ἢ διὰ νωθείαν ἀπελείφθησαν τῆς γραφικῆς ἐννοίας ἢ διὰ πονηρίαν πρὸς τὴν ἑαυτῶν μοχθηρίαν διαστρέφουσι τὰ καλῶς 5 γραφέντα. καὶ ἄνθρωπος γὰρ ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστός, ἀλλὰ τοῦτο γέγονεν, οὐ πρότερον ὢν εἰ μὴ μόνον θεός. ὡς περὶ γὰρ θεὸς οὐ κτιστός, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος οὐ φανταστός, καὶ ὡς περὶ τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα ὁμοούσιος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ τῇ παρθένῳ κατὰ τὴν σάρκα ὁμόφυλος, πανταχοῦ τῆς ἀληθείας τοῦ μυστηρίου προλαμπούσης καὶ πάσης ἀπάτης σχολαζούσης. εἰ δὲ μὴ ἔτεκεν θεὸν ἢ παρθένος, οὐδὲ 10 πολλοῦ θαύματος ἀξία ἢ ἄφθορος· πολλαὶ γὰρ καὶ ἄλλαι γυναῖκες ἐκαρποφόρησαν τῷ βίῳ δικαίου. εἰ δὲ προφητῶν γλῶσσαι, τὸ ἄρρητον προσαλπίζουσαι μυστήριον, βοῶσιν· ἰδοὺ ἢ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα Ies. 7, 14 αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὃ ἐρμηνεύων ὁ Γαβριήλ φάσκει· μεθ' ἡμῶν ὁ θεός, τοῦ χάριν Mt. 1, 24 διὰ τὴν τοῦ τεχθέντος συγκατάβασιν τὴν δόξαν τῆς τεκούσης περικόπτουσιν; ἀλλ' ἀντι- 15 τιθέασιν πάντως τοῦτο· >πᾶν τὸ τικτόμενον<, φησὶν, >ὁμόφυλον ὑπάρχει τῇ τικτούσῃ· εἰ 869 τοίνυν ἄνθρωπος ἢ τεκούσα, ἄνθρωπος ἀναγκαίως καὶ ὁ τεχθεὶς.< εὐλόγως φατέ, ὡ οὔτοι· ἀλλὰ τὸ ὁμόφυλον τίκτει ἢ ὠδίνουσα, ὅταν κατὰ φύσιν προβαίῃ ὁ τόκος, φυσικοῦ τε τόκου τὸ προοίμιον φθορά, ἐπειδὴ καὶ μίξις προηγείται τῆς φθορᾶς. ἐνθάδε δὲ τῆς ὕβρεως ταύτης οὐδὲ ἐννοια, ἀλλ' ἐσχεδιάσθη ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα. ὅπου ὑπὲρ φύσιν 20 ὁ τόκος, ἐκεῖ ὁ τεχθεὶς θεός. ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν αὐτὸν καὶ τὸν κόσμον παραγαγόντα καὶ τὸν νόμον δεδωκότα καὶ ἐν προφήταις ἐμπνεύσαντα καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα καὶ τοὺς ἀποστόλους εἰς σωτηρίαν ἐθνῶν τε καὶ λαῶν ἀλιεύσαντα· φύγωμεν τοὺς θολεροὺς καὶ βορβορώδεις τῆς ἀπάτης ῥύακας, τὰς θεομάχους λέγω αἰρέσεις, τὴν Ἀρείου μανίαν διαιρουσαν τὴν ἀμέριστον τριάδα, τὴν Εὐνομίου τόλμαν περικλείουσαν τῇ γνώσει τὴν ἀκατά- 25 ληπτον φύσιν, τὴν Μακεδονίου λύσαν χωρίζουσαν τῆς θεότητος τὸ ἀχωρίστως ἐκπορευόμενον πνεῦμα, καὶ τὴν νεότευκτον ταύτην καὶ καινὴν βλασφημίαν τὴν τὸν Ἰουδαϊσμὸν κατὰ πολὺ εἰς βλασφημίαν νικῶσαν. οἱ μὲν γὰρ τὸν ὄντα υἱὸν ἀθετοῦσιν, Ζημιούντες τὴν ῥίζαν τοῦ κλάδου· οἱ δὲ τῷ ὄντι καὶ ἕτερον ἐπεισάγουσι, στηλιτεύοντες ὡς πολύγονον τὴν 28 ἀκήρατον φύσιν. εἴπωμεν οὖν μετὰ Παύλου· Χριστός ἐστὶν ἢ εἰρήνη ἡμῶν, ὃ 30 Eph. 2, 14 ποιήσας τὰ ἀμφοτέρωθεν ἐν· Ἰουδαίον γὰρ καὶ Ἑλληνα διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς ἓνα καινὸν ἔκτισεν ἄνθρωπον, ἐνώσας τῇ δυνάμει τὰ τῇ πολιτεία διεστῶτα. φριππέτωσαν τὴν κατάκρισιν οἱ νεωτεροποιοὶ εἰς ἀσέβειαν, εἴ γε τὰ μὲν διεστῶτα εἰς συμφωνίαν ἠνώθη, ὁ δὲ ἐνώσας εἰς δυάδα τὸ γε ἐπ' αὐτοῖς διηιρέθη.
- 29 Ἀλλὰ λοιπὸν τὸ μῆκος τῶν λόγων παρείς, ἐπὶ τὴν συντομίαν ἐλεύσομαι τοῦ ὀρθοῦ 35

23—34 extant in versione latina, quae non Dionysii est, Actorum concilii Constantinopolitani L V 465. 487 = M VIII 243. 270

Σ 8—10 οὐ φανταστός — σχολαζούσης] κατ' ἀλήθειαν, ὀρικῶς καὶ ἀληθινῶς, ἄνευ τροπῆς ἢ πάθους ἢ φαντασίας· καὶ οὐχ ὁμολογοῦμεν τὸ τοῦ κυρίου σῶμα εἶναι ἔξ οὐρανοῦ καὶ ἀναθεματίζομεν πάντα τὸν τοῦτο λέγοντα, ἀλλ' ὁμολογοῦμεν εἶναι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ δυνάμεως τοῦ ὑψίστου τῆς τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ ἐνοικησάσης, Μαρίαί τῇ θεοτόκῳ 11/12 πολλαὶ — δικαίους om. 22 post ἐσχάτων add διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων 27 post καινὴν βλασφημίαν add τοῦ Νεστορίου 29 post τῷ ὄντι add ἀπ' αἰῶνος καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντι 30 post ἀκήρατον add καὶ μόνην ἐκ μόνου ἢ εἰρήνη ἡμῶν om

1 γραφᾶς P 16 τεκούση A 17 καὶ ACVS om. PΔ 19 τε CV τι P δὲ A
ἐπειδὴ AP ἐπειδὴ δὲ CV ταῖς φθοραῖς P ἐνθάδε δὲ ACPV ἐνθα δὲ ΔΣΣ 20 ἀλλ' om. C
26 μακεδονίου ACPVΣS Manichæi Δ 27 κενὴν V¹ 30 παύλου APV τοῦ παύλου C
32 ἄνον ἔκτισεν P φριππέθωσαν A 33 τὴν ACPV¹ οἱ V¹

Acta conciliorum oecumenicorum. III, 2.

Ioh. 8, 58 δόγματος. εἴ τις θέλει γινῶναι κατὰ ἀλήθειαν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ εἷς καὶ ὁ μόνος υἱὸς ὁ
 Luc. 2, 52 πρὶν ἢ τὸν Ἀβραάμ γενεσθαι ὦν καὶ ἐπ' ἐσχάτων προκόψας σοφίαι καὶ ἡλικία κατὰ σάρκα
 (ἔχει γὰρ αἰεὶ ἡ θεότης αὐτοῦ τὸ τέλειον), ἐρωτάτω Παῦλον, καὶ αὐτὸς βροντήσῃ τὴν εὐσε-
 βειαν, δεικνύς ὅτι, καὶ ἐξ Ἰουδαίων προελθὼν τὸ κατὰ σάρκα, θεὸς ὑπάρχει προαιώνιος.
 φάσκων γὰρ περὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ σεμνύων τὸ ἀχάριστον καὶ θεομάχον ἔθνος διὰ τὴν 5
 Rom. 9, 4, 5 ρίζαν, τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸ σπέρμα, τὸν δεσπότην Χριστόν, οὕτως λέγει· ὦν, φησὶν, ἡ
 Exod. 4, 22 υἱοθεσία (ἐβόα γὰρ θεὸς ἐν προφήταις υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραὴλ) καὶ ἡ δόξα
 Act. 13, 18. [μου], ἄμετρον γὰρ προσώδευεν δόξαν τοῖς τροφοφορουμένοις τὰ ἐπάλληλα θαύματα, καὶ
 Deut. 1, 31 αἱ διαθήκαι αἱ πρὸς τὸν Ἀβραάμ τὸ πλήθος καὶ τὴν εὐλογίαν παρεγγυῶσαι καὶ ἡ νομο-
 Gen. 17, 2. θεσία ἡ ἐν ὄρει δακτύλῳ θεοῦ γραφεῖσα καὶ αἱ ἐπαγγελίαι ἡ τε γῆς τῆς Παλαιστίνης 10
 22, 17 καὶ τὸ διὰ σπέρματος τοῦ Ἀβραάμ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη, ὦν οἱ πατέρες οἱ ἐν τῇ 872
 Exod. 31, 18 νυκτὶ τῆς πλάνης ἀνατείλαντες ὡς πίστεως φωστήρες καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστός. καὶ οὐκ
 Gen. 22, 18 ἔστη μέχρι τούτων Παῦλος· οὐδὲ γὰρ ἀφ' οὗ ὁ ἐκ Μαρίας τόκος, ἔκτοτε τοῦ ἀναρχοῦ
 λόγου ἡ ὑπαρξίς, ἀλλ' εὐθὺς ἐπήγαγεν τὸ κατὰ σάρκα, ἵνα ὑποσημῆται τὴν κατὰ
 30 σάρκα φάνερωσιν, ἀλλ' οὐ τὴν κατὰ θεότητα γέννησιν. τίς μὲν οὖν ἐστὶν οὗτος ὁ 15
 Χριστός ὁ ἐκ παρθένου γεννηθείς, ὁ ἐν σπηλαίῳ χωρηθείς ὡς οἶδεν, ὁ ἐν φάτνῃ ἀνακλι-
 θείς, ὁ τῷ χρόνῳ κατὰ σάρκα αὐξήσας, ὁ μέχρι τῶν κατωτάτω τῆς γῆς καταβάς, ὁ πάντα
 τὰ τῆς σαρκὸς ὑπομείνας, ἵνα πιστώσῃται ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ οὐκ
 ἄλλος ὦν παρὰ τὸν καταβάντα, ἀλλ' αὐτὸς ὦν καὶ ὁ καταβάς καὶ ὁ ἀναβάς (οὐ γὰρ ἀνέβη
 πρότερον, ἀλλὰ κατέβη, οἷα δὴ οὐκ ἐκ προκοπῆς θεός· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ δι' εὐσπλαγχτίαν 20
 ἄνθρωπος· τούτου γὰρ ἐδεόμεθα), μὴ παρ' ἐμοῦ μάθητις ἢ παρ' ἄλλου τινός, ἀλλὰ παρὰ
 Gal. 1, 15 Παύλου τοῦ παρὰ πατρὸς ἐν ἀποκαλύψει μαθόντος τὸν υἱὸν καὶ φάσκοντος· ὅτε δὲ
 εὐδόκησεν ὁ θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς μου καὶ καλέσας διὰ
 31 τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. οὗτος γὰρ σε διδάξει
 Rom. 9, 5 ἀληθῶς τίς ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, βῶν ἐξ ὧν ὁ Χριστός τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὦν 25
 ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ποίαν παρεῖσδυσιν συκοφαντίας
 οὐκ ἀποτεριχίζει τὰ Παύλου ῥήματα τοῖς φιλολοιδόροις; εἶπεν αὐτὸν Χριστόν, ἵνα δείξῃ ὅτι
 κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· εἶπεν αὐτὸν ἐξ Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα, ἵνα δείξῃ ὅτι
 οὐκ ἀφ' οὗ ἐσαρκώθη, ἔκτοτε μόνον ὑπάρχει· εἶπεν αὐτὸν ὄντα, ἵνα ἀναρχον βροντήσῃ·
 εἶπεν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, ἵνα τῆς κτίσεως δεσπότην κηρύξῃ· εἶπεν αὐτὸν θεόν, ἵνα μὴ 30
 πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸ σχῆμα δελεασθέντες τὴν ἀνώλεθρον αὐτοῦ ἀρησώμεθα φύσιν· εἶπεν
 αὐτὸν εὐλογητόν, ἵνα ὡς παντοκράτορα προσκυνήσωμεν, ἀλλ' οὐχ ὡς σύνδουλον συκοφαν-
 τῶμεν· εἶπεν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἵνα δείξῃ ὅτι περὶ ὁ λόγῳ τούτους δημιουργήσας
 32 αἰδίως ἐν αὐτοῖς θεολογεῖται. ἔχοντες οὖν τὸν Χριστόν καὶ ὄντα (καὶ) θεὸν καὶ εὐλογη-

Σ 2/3 προκόψας — τέλειον] σαρκωθείς 12 post Χριστός add ὁ ὦν ἐπὶ πάντων θεός
 14/15 ἀλλ' εὐθὺς — γέννησιν om. 15/16 ὁ — γεννηθείς] ὁ γεννηθείς ἐκ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων
 καθὰ οὐ καταλαμβάνει ὁ τῶν κτισθέντων νοῦς, καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθείς καὶ ἐνανθρωπήσας ἐκ Μαρίας
 τῆς παρθένου θεοτόκου 18 post ὑπομείνας add ἐκῶν 20 οἰκονομίαν 21/22 παρὰ
 Παύλου τοῦ] παρὰ Πέτρου καὶ Παύλου, τοῦ μὲν Πέτρου λέγοντος σὺ εἶ ὁ Χριστός ὁ υἱὸς τοῦ
 θεοῦ τοῦ ζῶντος [Mt. 16, 16], Παύλου δὲ 27 Πέτρου καὶ Παύλου 33 τούτους] τὰ
 ὄρατά καὶ τὰ ἀόρατα 34 αἰδίως om. καὶ ὄντα — εὐλογητόν] ὄντα ἐπὶ πάντων θεόν

1 idem ipse Δ αὐτός S αὐτός ACPV μόνος ACPV non solum Δ 4 προαιώνιος V
 αἰώνιος ACP 6 τὸ om. C 7/8 δόξα Δ δόξα μου ACPVΣ 8 τροφοφορουμένοις ACV
 προφορουμένοις P τροποφορουμένοις (eis qui probati tunc erant moribus) Δ 10 post γραφεῖσα add
 et obsequium quo diuino cultui seruiebant Δ om. ACPVΣ γῆς Schw γῆ ACPV 11 τὰ
 om. V 13 ὁ παῦλος C 15 τὴν κατὰ ACPΔ κατὰ τὴν V 16/17 ἀνακλιθείς P ἀνακλι-
 θείς ACV 19 idem Δ αὐτός ΣS αὐτός ACPV 20 εὐσπλαγχτίας V¹ corr. V² 23 ὁ θεός ACPV
 om. Δ 32 προσκυνῶμεν C ὡ in ras. 34 ἰδίως S καὶ θεὸν καὶ ΔS ὄν καὶ ACV ὄν P

τόν, αὐτῷ προσκυνήσωμεν, λέγοντες πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους· εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ Rom. 8, 9 οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, διὸ καὶ προσδεχόμεθα τὴν δόξαν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἀποδώσει τοῖς μὲν εὐσεβοῦσι τὰ τῆς δόξης ἔπαθλα, τοῖς δὲ ἀθετοῦσι τὰ τῆς τόλμης ἐπίχειρα.

83 Ταῦτα δὲ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐπεστείλαμεν ἀγάπην, ἐκ τῶν ὑμετέρων προτραπέντες 5
873 λιβέλλων ὧν πρὸς ἡμᾶς διεπέμψασθε, φήσαντες λυμεῶνάς τινας καὶ τερατολόγους ἀνθρώ-
πους ἑαυτοὺς ἐπεισφρῆσαι τῇ ὑμετέραί χώραι, βουλομένους διὰ πονηρῶν γραμμάτων καὶ τῶν 1 Tim. 6, 20
ἀντιθέσεων τῆς ψευδωνύμου γνώσεως διαστρέφειν τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀμαγγάνευτον τῆς ὀρθο-
δόξου πίστεως κάλλος. ἀλλὰ τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου καὶ πάλιν φημί πρὸς ὑμᾶς·
βλέπετε μὴ τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς 10 Col. 2, 8
ἀπάτης κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν εἰκαιβούλων ἀνθρώπων καὶ οὐ κατὰ Χριστόν.
θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι εὐσεβοῦς πίστεως παρὰ τὸν κεί- 1 Cor. 3, 11
μενον, ὃς ἐστὶ Χριστὸς Ἰησοῦς. στήκετε τοίνυν ἐν ἐνὶ πνεύματι, μιᾷ Phil. 1, 27.
ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν 28
μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἀλλὰ φυλάττοντες τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε 15
τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκθεμένων καὶ
τῶν περὶ τὸν ἅγιον καὶ μακάριον Βασίλειον καὶ Γρηγόριον καὶ τῶν λοιπῶν τῶν αὐτοῖς
ὁμοφρόνων, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Phil. 4, 3

84 Πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

5—13 extant in uersione latina Actorum concilii Constantinopolitani LV 466 = M VIII 244

Σ 5—8 ταῦτα — διαστρέφειν] βλέπετε δέ, ἀδελφοί, μὴ τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ πονηρῶν λόγων καὶ διὰ ψευδωνύμου γνώσεως διαστρέφων 11 καὶ — Χριστόν] τῶν οὐ κατὰ τοὺς προφήτας καὶ τοὺς ἀποστόλους διδασκόντων, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ σοφίᾳ πλανωμένων καὶ τὴν τῶν ἰδίων ἐπινοημάτων ἐρμηνείαν διωκόντων, δι' ἃ ἡ διδασκαλία αὐτῶν σκάνδαλόν ἐστὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ διὰ τοῦ τιμίου αἵματος αὐτοῦ ὠνηθείσῃ 13 Χριστὸς Ἰησοῦς] εἰς θεὸς πατὴρ παντοκράτωρ καὶ εἰς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ὃ ὧν ἀπ' αἰῶνος πρὸς τὸν πατέρα ἔξ αὐτοῦ καὶ ὁμοούσιος αὐτῷ, καὶ ἐν πνεύμα ἅγιον κύριον καὶ ζωοποιόν, ἐκπορευόμενον παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον 16—18 ἐν Νικαίαι — ζωῆς] τῶν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης συναχθέντων δι' ἐνέργειαν πνεύματος ἁγίου καὶ τὴν ἀληθῆ καὶ ἁμωμον πίστιν ἡμῖν κηρυξάντων τὴν ὑπάρχουσαν ἡμῖν ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα γῆς

10 ὑμᾶς ACVΔ Act. Const. ΣΣ om. P

11 εἰκαιβούλων ACV Act. Const. οικειοβούλων P om. Δ

13 χς ις A, C in ras., PΔ Act. Const. ις χς VS

μιὰ ACVΔ καὶ μιὰ PΣΣ

14 πτυρόμενοι ACV

πτερνούμενοι P

19 Πᾶσαν — προσαγορεύομεν om. ΣΣ

ἐν χῳ ACPΔ om. V

temporis

indicatio quae extat in Δ, in ACPV omissa est

Dominis sanctis et in Christi uisceribus honorandis Feliciano et fratri Pastori
 Dionysius exiguus. Venerationis uestræ iussione commonitus beati Procli Constan-
 tinopolitanæ episcopi urbis litteras ad Armenios destinatas Latino eloquio uestris auri-
 bus exhibere curauit, non parum præsentibus æstimans profuturas, quando eandem
 nunc ecclesiis moueat quæstionem tunc repulsa temeritas, quæ sub colore religionis
 fidem molitur euertere. temporibus antistitis memorati, Theodosio imperatore regente
 rem publicam, per Syriam atque Armeniam discipuli Theodori Mopsuestenæ ciuitatis
 episcopi prauam fidem corrupto symbolo rudibus populis exorsi sunt intimare, calli-
 ditate subtilissima beatam trinitatem sic unius essentiæ prædicantes, ut Christum
 dominum nostrum, conditorem uniuersitatis, unum ex trinitate nullatenus faterentur. 10
 unde sequebatur hæc inepta suæ temeritatis absurditas, ut quem Christum constat uerum
 esse deum ac dominum, ** quattuor personas in tribus astruerent duosque dei filios
 procul dubio prædicarent. sed huic impietati mire pontifex antefatus obsistens docuit
 Procl. ep. 23 Christum, dominum nostrum et in principio uerbum apud deum, deum uerbum, unum
 1 Cor. 8, 6 de trinitate esse, per quem omnia facta sunt, beato Paulo testante: u n u s d o m i n u s
 I e s u s C h r i s t u s , p e r q u e m o m n i a , et pro salute nostra eundem uerum
 hominem factum unum mansisse filium nec quartam in trinitate creuisse personam.
 et quia nunc aliqui ob iniectum scrupulum de uera fide trepidant et unum quemlibet
 ex beata trinitate pronuntiare diffugiunt, ne scilicet diuisionem trinitati uideantur
 inferre, post auctoritatem apostolicam id ipsum exequentem multipliciter uenerabilium
 quoque patrum testimoniis adprobatum est ob distinctionem personarum, cum ratio
 poposcerit, unum ex tribus fideliter posse prædicari, maxime contra Sabellium, qui
 sanctam trinitatem unius credit esse personæ eamque nominibus tantum fatetur esse
 [non] tribus, quam nos unius uenerantes essentiæ personarum solummodo cognitione
 discernimus. Nestorii quoque sectatoribus hac fide salutifera nihilo minus obuiamus, 25
 qui Christum dominum nostrum unum de trinitate minime confitentur, dum negant
 deum uerbum ex beata uirgine secundum carnem genitum ceteraque pro redemptione
 humani generis esse perpeßum. nonnullorum etiam opinionem auctoritate paterna
 redarguit, qui unum ex tribus asserentes unum ex trinitate dicere nulla ratione con-

Inscribitur Incipit prefatio dionisii feliciano et pastori A om. s. epistula deest in P

1/2 Dominis — exiguus	A DIONYSIVS EXIGVVS ROMANVS FELICIANO ET PASTORI	s	2 iussioni	A
2/3 constantinopolitani	epi urbis	A Constantinopolitanæ urbis Episcopi	s	5 repulsa temeritas
heresis	A	5/6 religionis fidem	A religionem	s
		6 theodisio	A	7 Syriam
				s ciriam
				A
				12 lacunam statuit
				Schw
15 sunt	A sint	s	18 quia	s qui
			A	aliqui ob
				Schw aliquibus
				As
ut	As	19 scilicet	A om.	s
		24 non	As del.	Schw
			quam	A quem
			s	27 deum
				A dei
				s

sentiunt; qui uocabulum trinitatis non personarum esse significatiuum, sed substantiæ suspicantur. quibus <sci>licet ad informationem ueri debuerat appellatio ipsa sufficere, quæ uim pluralis numeri resonans non essentiam, sed personas indubitanter exprimit. ne tamen ulterius inter catholicos contentio uitanda calescat, beati Augustini episcopi unum de multis testimonium huic præfationi amore sanctæ religionis adnexui, qui in undecimo De ciuitate dei libro ita de hac re paucis eloquitur: »credimus et tenemus et fideliter prædicamus quod pater genuerit uerbum, hoc est sapientiam, per quem facta sunt omnia, unigenitum filium, unus unum, coæternus coæternum, summe bonus æqualiter bonum, et quod spiritus sanctus simul et patris et filii sit spiritus, et ipse consubstantialis et coæternus ambobus, atque hoc totum trinitas sit propter proprietatem personarum et unus deus propter inseparabilem diuinitatem.« ecce doctor excellentissimus atque ueridicus rem de qua agitur, aperte distinguit: trinitatem dici non propter substantiam, sed propter personas confidenter exposuit. hæc autem confessio nos ab hæreticis, Iudæis gentibusque discernit, qui trinitatem unius essentiæ prædicamus, cum omnes illi aut pæne omnes unum se deum colere fateantur; sed mysterium trinitatis aut non recte pronuntiant aut prorsus ignorant. si ergo trinitas non personas exponit sed substantiam, est autem una substantia trinitatis, erit ergo secundum istos substantia unius substantiæ, quod nimis probatur absurdum. idcirco colligitur ut appellatio trinitatis unius essentiæ tres personas unius omnipotentiae atque diuinitatis insinuet. sed iam beatus Proclus in medio prodeat, laturus et ipse testimonium ueritati; quem benignis precor animis audiatis orationumque uestrarum suffragia pro hoc opere mihi rependere iubeatis.

Venerabilibus et sanctis episcopis, presbyteris atque archimandritis commanentibus per omnem Armeniam sanctæ catholicæ ecclesiæ Proclus in domino salutem. 1 Non mediocriter, fratres, confudit animum nostrum et mærore ualidissimo sauciauit fallaciæ rumor nouellorum zizaniorum, quæ nuper uestræ regioni callidissimus naturæ communis inimicus inseuit. intolerabiliter enim tristis auditus consueuit animam uulnerare, quæ huiusmodi meditationibus exercitata non fuerit, tantoque perniciosius iaculatur in altum tela defigens, quanto discrimen non corpus appetit, sed statum mentis expugnare contendit, opinione disseminans uenerandum fidei uestimentum aut 2 discissum lacrimabiliter aut furto penitus esse sublatum. omnis quippe uirtus expe-

6—11 *Coll. Nouar. p. 78, 15. ep. Iohann. 6*

23 *Inscibitur* Explicit prefatio *sci dionysii* Incipit epistola scilicet procli constantinopolitane urbis *epi* ad usos hereticos et maxime nestorianorum prauitatem ad armenios destinata *A* Incipit epistola *sci procli* constantinopolitane urbis *epi* ad armenios destinata aduersus hereticos *P*

1 substantiæ s substanciis *A* 2 scilicet *Schw* licet s libet *A* debuerat *A* debuerit s
 4 exprimit *A* exprimat s calescat *A* coalescat s 5 episcopi *A om s* 6 undecimo s de-
 cimo *A* 6/7 tenemus et s *Augustinus Coll. Nouar. Iohannis epist. om. A* 7 quem *As* quam *Aug.*
Coll. Nou. Ioh. 8 æternus *Aug. Coll. Nou. Ioh.* 10 totum *As Ioh* totum et *Aug. Coll. Nou.*
 12 distinguit *Schw* distingui *A* distinguens s dici *A* dicit s 14 gentibusque *A* gentilibusque s
 15 se deum *A* deum se s 18 istos s ista *A* 19 omnipotentiae s potencie *A* 20 insinuet
 s insinuat *A* medio *A* medium s 21 ueritati s ueritatis *A* benignis precor s benignus pretor *A*
 orationumque uestrarum *Schw* orationum uestrarumque *A* orationum uestrarum s 22 rependere s
 dependere *A* 23/24 Venerabilibus — salutem *AP PROCLVS CONSTANTINOPOLITANVS EPISCOPVS VENE-*
RABILIBVS — PRESBYTERIS, ARCHIMANDRITIS PER ARMENIAM, DIONYSIO EXIGVO INTERPRETE S
 25 confodit *P* nostrum *om. A* 26 fallaciæ *Schw ex Graeco* fallacium *A* fallacissimus *P* fallax s
 regioni s *Graeca* religioni *AP* 27 animum s 30 disseminans s deseminans *P* designans *A*
 fide *P* 31 quippe *P* quidem *As*

tenda his quibus ratio non est rebus materiæ aliquibus obscurata, omnisque malitia bene sentientibus non immerito fugienda iudicatur, utpote quæ e regione aduersatur essentiæ, ipsa contra naturam sine dubitatione subsistens. nam sicut aliquid utilissimum necessarie custoditur, ita quod non expedit sed probatur aduersum, aut cum præsto est, repellendum est, aut si metuitur ne accidat, sollicitè præcauendum. 5

3 Virtutis itaque species plurimæ; hanc autem uarie definierunt siue gentiles, quos error exagitat lumenque discretionis eorum ignoratio diuinitatis obscurat, seu Christiani, qui fide recta mentis oculos illuminatos habentes solem iustitiæ per confessionem clarius intuentur. illi namque in suis consiliis uelut in tenebris oberrantes habentesque sensum sine rectore præcipitem cogitationibus nituntur incertis, nihil in his quæ discernunt, 10 præter fluxam et instabilem naturam rerum uisibilibus perscrutantes, ueræ autem contemplationis intuitum aut causis temporalibus habentes implicitum aut erroribus ob-
4 cæcatum. aiunt enim quattuor species esse uirtutis, id est iustitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, quæ licet bonæ sint, humi tamen repunt et erga terrena proiectæ sunt, dum inferiores cælesti fastigio comprobantur. fortitudinem namque 15 dixerunt quæ rebus oblectatur aduersis, temperantiam quæ de uitiorum sumit subiugatione uictoriam, prudentiam quæ in conuersatione ciuili optima continet instituta, iustitiam quæ sua cuique distribuit. hunc autem, ut putabant, uitæ ordinem lege sanxerunt, immoderatum atque illicitum reprimentes huiusmodi definitionibus appetitum. altum uero et præsentis uita sublimius neque cogitare neque depromere ualuerunt, sed 20 insipienti et obscurato corde nisi sunt uirtutem, quantum ad se, uisibilibus tantummodo
5 rebus includere, nihil ei tribuentes eximium et cælesti habitatione condignum. qui uero per fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum præsul atque magister est beatissimus Paulus, eam definiunt esse uirtutem quæ nos ad deum semper eleuans ordinanter
6 regit in terris. hic igitur per omnia uenerabilis apostolus multas quidem species 25
1 Cor. 13, 3 uirtutis enumerat, sed præcipue fidem, spem et caritatem commendat. quarum fides super naturam merita hominibus bona largitur, inuisibilibus eos admiscens qui adhuc multiplicibus obnoxia passionibus indumenta circumferunt. quæ enim angelorum reliquarumque incorporearum uirtutum natura pro sui sublimitate nesciuit, horum disciplinam hominibus, qui gradiuntur humi et uoluntantur in puluere, fides 30 attribuit, regali throno et inuisibili, qui caret omni forma, nos exhibens certamque illustrationem naturæ increatæ semper et sine initio manentis insinuans, quæ etiam fulgore suo sensum materiale[m] discutiens crassumque ac nebulosum intuitum nostræ

1 his — obscurata om. A	est s ex P	materiæ Schw ex Graeco metitur P metiri s
malitia a s	2 indicatur A	utpote Ps ut puta A aduersetur s
aliquid P quod A	id quod s	4 necessarie P est necessarie s necessariumue A
custodiendum A	5 aut As ac P	accidat s Graeca accedat AP
fide rectæ s	10 decernunt Ps	11 fluxum As ueræ s uere A uerum P
Graeca in tantum AP	habentes — erroribus s Graeca om. AP	14 liceat s
inferiores A inferiora Ps	comprobantur P comprobentur As	15 proiecta P
rum P ¹ differentiarum A	18 putabant A putabantur Ps	16 de uitiorum P corr, s diuortio-
uoluerunt Ps	21 obscurato As obscurate P Dionysius aut scripsit	obdurato aut περιωρμένης cum
περιωρμένης confudit	21/22 tantummodo rebus s tantum odoribus P tantum rebus A	25 regit s
agit A agitur P	26 et P Graeca om. As	quarum Ps quare A
quia P	28 que A Graeca qui s quia P	27 supra s qui As
sui A propositi Ps	sublimitatem P	nesciuit Schw ex Graecis nesciunt A Ps
As harum P	hominibus As homines P	30 horum
bilem P	nos As nobis P	31 regali throno et inuisibili As regalem thronum et inuisi-
om. Ps	manentia P	exhibens As exigens P certamque As certam P
	33 crassumque Ps crassum A	32 et .1

mentis expurgans, <facit> erga illa clare conspiciere, quæ tunc ex parte possunt uideri,
 7 cum censentur inuisibilia, et comprehendi, cum inaccessibilia esse creduntur. spes
 autem non dignata somniis, ut dicitur, inhærere, sed credita fortiter retinens, in præ-
 sentibus sibi futura iam propagat et ad excludendam dubietatem quod nec adest,
 tamquam præsens cogitatione complectitur, sub aspectu pæne quæ præstolatur, addu- 5
 cens. aduersa denique spes impedimenta transgrediens propemodum uisibilibus
 rebus ea quæ desiderantur, adnectit, fluxam temporis inanitatem futurorum dilectione
 8 prorsus exsuperans. caritas uero sanctæ religionis nostræ culmen et caput est; per
 hanc enim deus uerbum, cum præsens iugiter esset in terris, ad nos per carnem uenire
 dignatus est. utraque igitur merito sibi consentiunt: fides enim caritatis est specu- 10
 lum et caritas fidei probatur existere firmamentum. credimus enim quod deus uerbum
 impassibiliter incarnatus est, et pie credimus; hæc enim credulitas salutis nostræ funda-
 mentum esse cognoscitur. idcirco eum qui propter nos suscepit formam serui, dili- Phil. 2, 7
 gimus, qui nec naturæ suæ ullam mutabilitatem sustinuit nec augmentum trinitati
 accessiuit. 15

9 Omnis itaque Christianus qui non est diues fide, spe et caritate, id quod dicitur,
 non est, sed etsi uideatur suum castigare corpusculum et animæ passionibus liber esse,
 in moralem tantummodo uirtutem iste proficiens, nequaquam coronam uictoriæ conse-
 quitur utpote qui non ad illum se per agnitionem diuinitatis extenderit, qui coronas
 tribuit his qui fortiter pro uirtute luctantur. ideoque fides, quæ omnium, sicut 20
 prædixi, bonorum caput est, seruetur intacta, nihil humanis adinventionibus præferens
 dissonum, in nullis profanis uocum nouitatibus insolescens; quæ manens intra euan-
 gelicos atque apostolicos terminos nullius peruicaci furore uioletur transgredientis.

10 propter hanc enim saluati sumus et huic in baptisate lingua subscripsimus. altitudo
 siquidem fidei cunctam insurgentis audaciam temeritatemque prosternit nec humanam 25
 tantum, sed et illorum qui natura incorporea sublimantur, beato Paulo dicente: at Gal. 1, 8
 si nos aut angelus de cælis euangelizauerit uobis præter
 id quod accepistis, anathema sit. ministrare namque præceptum
 est angelo, non dogma componere, et periculosum nimis est singulis non in his in quibus
 ordinati sunt, permanere, sed appetere uelle supra mensuram quæ eminenti naturæ 30
 concessa sunt. ideoque etsi substantiæ præferat quod fide dignum esse uideatur,
 11 non erit receptabilis innouatus prædicationis [respondit]. quod accepimus igitur,
 indormitabili cura seruemus, ad thesaurum fidei mentis oculos iugiter eleuantes. quid
 autem de scripturis accepimus? nisi quod deus uerbo suo mundum condidit et creatu-
 ram, quæ non erat, produxit ex nihilo et quia naturali lege rationale animal hono- 85

1 expurgans *Ps* expurgat *A* facit *suppl. Schw ex Graecis* erga illa clare *P* ergo illa clare *s*
 ergo clare illa *A* 4 futura iam *As* iam futura *P* nec *Ps* non *A* 5 præstolantur *s*
 6 denique *Schw* de quibus *APs* 7 temporis *s* temporibus *AP* 9 uerbum *om. s* 11 enim *A* autem *Ps*
 14 trinitatis *P* 15 accessiuit *Schw* accessiuit *P* accessit *As* 16 non est diues *Ps* diues non
 est *A* 17 etsi *om. P* uidetur *s* 18 in moralem *Schw ex Graecis* imortalem *AP* in mortalem *s*
 iste proficiens *As* proficiens iste *P* 18/19 consequitur *Ps* consequi poterit *A* 19 qui *Ps* ubi *A*
 illum *A* illam *Ps* se per *AP* semper *s* agnitionem *As* cognitionem *P* qui *A* que *P* quæ *s*
 20 pro uirtute *Schw ex Graecis* per uirtutem *APs* 21 seruetur *As* seritur *P* 21/22 præferens dissonum
A dissonum præferens *Ps* 22 manens *As* manet *P* intra *Schw ex Graecis* infra *APs*
 23 nullius *s* nullus *A* nullus qui *P* uioletur *s* uiolentus *AP* transgredientis *Schw* transgrediens
AP om. s 26 et *s om. AP* at *A* aut *Ps* 29 periculum *P* 30 appetere *As* aperte *P*
 super *P* eminenti *P* minime *As* 31 concessa *Ps* confessa *A* substantie *P* substantia *As*
cf. Graeca præferat *As* præferatur *P* quod — dignum *As* que — digna *P* 32 erit *om. P* recepti-
 bilis *s* respondit *APs del. Schw cf. p. 203, 24* 33 seruemus *As* seruet nos *P* thesaurum *As*
 thesauros *P* 35 rationale animal *s* rationalem animam *AP*

rauit, datur enim mandatum, ut quod erat optimum, non lateret eius arbitrium, sed meliore proposito noxia declinaret; et quod ille spontanea uoluntate in deteriora prolapsus extorris paradisi per inobædientiam factus est; quod denique per patres, patriarchas, legem, iudices et prophetas naturam qui formauit, instruxit, ut peccata quidem caueret, ad facienda uero quæ recta sunt, sollicitudinem gereret, sic ut delicta imperium 5

12 nobis quoque uolentibus obtinerent, et horum causa, cum diabolus in naturæ desæuaret exitium, utpote cum lex naturalis obsoleta sordesceret et scripta præuaricatione torperet, prophetæ quoque, sicut homines, monerent quæ oporteret fieri, sed ab imminente pernicie liberare non possent, deus forma carens, sine initio, incircumscriptus et omnipotens uerbum in carne ueniens (adest enim illi posse quod uult), sumpsit formam serui, caro factus ex uirgine, uolens ubique monstrare quia secundum ueritatem fieri homo dignatus est. naturam siquidem corpoream et exordia et habitus passionisque necessario subsecuntur. non enim dicit euangelista quod in hominem perfectum deus ingressus est, sed quia factus est caro, naturæ nostræ primordia

13 ipsa contingens. sicut enim homo naturaliter editus non statim procedit operatione 15 perfectus, sed primum ipsa depositio seminis efficitur caro, deinde processu temporis uim sumit, quæ consummationem sensuum operationumque contineat, ita deus uerbum ipsa initia et radicem humanæ institutionis attingens primum factus est caro, non conuersus, quod absit, in carnem; manet enim diuinitas omni mutabilitate superior, quod mutatio naturæ fluentis est passio, illius autem perennis sempiternæque ita se 20

14 habentis essentiæ proprium est ut incommutabilis perseueret. utrisque ergo diuinæ scripturæ utentes uocibus, dicimus quia et caro factus est et formam serui accepit, et utraque pie intellecta semina nobis salutis existunt. per id enim quod uerbum caro factum est, indiuiduum summæ ipsius adunationis euangelista declarat. sicut enim singularitas in duas singularitates dirimi non potest (alioquin, in has diuisa, 25 iam non erit singularitas, sed dualitas), ita quod unum est iuxta summam adunationem, nequaquam in duo poterit ulla ratione partiri. per id autem quod formam serui assumpsit, naturæ diuinæ incommutabilitas intimatur, quia omne quod fit aut <ex eo> quod <non> extiterat, factum est ut cælum, quod ante non erat, aut ex eo

Exod. 7, 20 quod est, in aliud conuertitur, ut fluenta Nili fluminis in sanguinem commutata, sed 30 uterque modus diuinæ substantiæ probatur incongruus. nam nec ex nullis extantibus processit semper sine initio permanens nec ex aliqua materia conuersus est deus uerbum in sua incommutabilitate persistens. idcirco per hæc et deitatis immutabilitatem et indiuiduum sacramenti diuina scriptura testatur, quod factum est, demonstrans et quod assumpsit, insinuans, ut per primum personæ singularitatem 35 naturæ utriusque commendet, per alterum uero incommutabilitatem substantiæ diuinæ

15 pronuntiet. deus ergo uerbum factus est homo perfectus, non immutata natura deitatis; adstipulantes miraculo quod intellegentiam nostræ mentis excedit, id ipsum percipimus fide, non inquisitione colligimus. et factus homo cognato secundum

1 enim <i>P</i> ei <i>As</i>	5 delecta <i>A</i> dilecta <i>P</i>	imperia <i>P</i>	6 quoque nobis <i>s</i>	obtineret <i>P</i>
cum <i>A om. Ps</i>	deseruiret <i>P</i>	7/8 præuaricatione torperet <i>Schw ex Graecis</i>	præuaricatio retorperet <i>s</i>	præuaricatio retorperet <i>s</i>
preuaricatio retorqueret <i>AP</i>	8/9 imminente <i>P</i>	10 carnem <i>A</i>	14/15 ipsa primordia <i>A</i>	
17 operationemque <i>P</i>	19 carne <i>P</i>	manet <i>A</i> manens <i>Ps</i>	20 quod <i>A</i> que <i>P</i> quæ <i>s</i>	
sempiternæque <i>s</i>	21 utriusque <i>P</i>	ergo <i>A</i> igitur <i>Ps</i>	22 est et <i>Ps om. A</i>	23 et <i>AP</i> ex <i>s</i>
pia <i>P</i>	25 dirimi <i>As</i> diuidi <i>P</i>	has <i>As</i> duas <i>P</i>	28 aut <i>AP</i> ad <i>s</i>	29 ex eo <i>suppl.</i>
<i>Schw</i>	non extiterat <i>Schw</i> existeret <i>As</i> existerit <i>P</i>	31 nec <i>s</i> non <i>A om. P</i>	33/34 incom-	
mutabilitatem <i>s</i>	34 indiuiduo <i>P</i>	36 naturæ utriusque <i>est interpolatio Chalcedonica quam</i>		
<i>Dionysius in codice Graeco inuenit</i>	37 ergo <i>A</i> igitur <i>Ps</i>	imminuta <i>s</i>	38 adstipulantes <i>Schw</i>	
adstipulante <i>Ps</i> astipulante <i>A</i>	38 miraculo <i>add Pa</i>	39 cognato <i>Schw ex Graecis</i> cognatus <i>APs</i>		

carnem generi salutem tribuit per similitudinem passionum, peccati quidem debitum soluens, dum quæ sunt hominis, peressus pro omnibus moritur, destruens autem eum qui habebat mortis imperium, id est diabolus, sicut æquissimus deus. legis etiam quod erat impossibile, fecit esse possibile omnem implendo iustitiam et substantiæ nostræ pristinam nobilitatem claritatemque restituit per hoc quod homo factus 5
16 [est] honorauit eum quem ipse de terra formauerat. unus igitur est filius, unus est dominus. trinitatem namque unius essentiæ confitemur, quartam nullatenus admit- tentes in trinitate personam; sed, ut diximus, unus est filius sine initio de patre natus, per quem facta credimus sæcula, ramus ex radice consepiternus, de patre ortus ineffa- bili modo, uerbum mentis inseparabiliter procedens et intimus permanens. nam etsi 10 in terris uisus est, sed non est a genitore diuisus. hic uoluit saluare quem condidit, quin immo saluauit, uoluam communem naturæ ianuam dignanter inhabitans, quam et sua sanctificauit præsentia et natiuitate signauit, partu qui supra naturam est, in-
17 comprehensibiliter factum hominem se demonstrans. non igitur alter est Christus et alter deus uerbum, quod absit; duos enim filios natura diuina non nouit. unus 15 unigenitum genuit; ubi enim non est generantium copula, illic dualitatem non poteris inuenire nascentium. in nomine Iesu Christi omne genu flectitur Phil. 2, 10 cælestium, terrestrium et infernorum. si alter est Christus præter deum uerbum, necesse est ut purus homo sit Christus; et quomodo eum ultra naturæ meritum cælestia uenerantur et ei qui minor est, genu flectunt? quomodo etiam 20 propheticis attendamus oraculis clamantibus quoniam deus noster in terris Baruch 3, 36. uisus est et cum hominibus conuersatus est? uisionem namque 38 dicit propheta manifestationem quæ facta est in carne, et conuersationem, qua tem- poraliter cum hominibus commoratus est. cuius sine inuidia bonitas potestatis suæ declarauit aduentum, quia, sicut omnipotens, et quod erat, mansit propter se, et quod 25
18 uoluit, factus est propter nos. quod si forte cuiquam scandali causam commouent in- fantiæ rudimenta et in præsepe reclinatio atque in tempore secundum carnem profectus nec non et quod dormierit in nauis, quod ex itinere fatigatus est, quod post ieiunia esu- rierit, et illa omnia quæ secundum ueritatem facto homini contigerunt, nouerint qui ista reprehendunt, quod humanam negent in Christo naturam, negantes autem naturam 30 dispensationi minime credant, non credentes uero dispensationi salutis damna persentient. et si quod a constitutione mundi, qua in hanc uitam constat hominem esse proiectum, aliud iter quisquam præter hoc carnis ingressus est, ostendant contentiosi et tunc demum sua deliramenta contexant. si uero ista sunt communis naturæ prim- ordia, deus autem uerbum secundum ueritatem factus est homo, confitentes naturam 35 cur uituperant passionem? alterum igitur eligant e duobus: aut erubescerent de contumeliis abiurent naturam, ut Manichæorum morbis affecti cum impiis deputentur,

1 generi Ps humano generi A 3 legis As legimus P 4 etiam Ps autem A 6 est del. Schw
6/7 filius unus est dominus As dominus unus filius P 7/8 admittens P 8 unius A 9/10 ineffa-
bili ex inestimabili corr. P 10 uerbo P mentis Ps manens A 11 est a genitore Ps a genitore est A
12 quam A quem Ps 13 sanctificauit Ps significauit A partu Schw ex Graecis partim P partum s uerbum A
16 genuit ex nouit corr. P 17 genu in mg. P^a 18 aliter s 19 homo om. P 20 et P
om. As flectunt A flectent s flectitur P 21 attendemus s dominus deus P 22 est¹ P
om. As 23 facta est in carne P facta in carne est A in carne facta est s et om. s 24 com-
moratus est P in mg. potestatis Schw ex Graecis pietatis APs 26 cuiquam AP unquam s
causa P 27 præsepi s 28 est AP sit s 29 et illa A illa P illaque s facto homini As
facta hominem P 31 credunt Ps dispensationis s 31/32 persentient Ps persenciant A
32 si As om. P qui P 33 est om. P 34 communis Ps omnis A 36 igitur
eligant s eligant igitur P igitur eligunt A 37 ut A in s om. P deputantur P¹

aut si lucrum quod est ex incarnatione, suscipiunt, fatentes substantiam non confun-
 19 dantur de passionibus, quæ substantiam consequuntur. admiror et eorum dementiam,
 qui noua deceptionis itinera gradiuntur. ego namque unum filium, sicut edoctus sum,
 pie cognoscens, unam dei uerbi incarnati substantiam esse profiteor. uno autem
 existente eo qui passiones pertulit atque miracula operatus est, qua ratione diuiniora 5
 reticentes humilioribus derogant? ut enim fidem faceret deus uerbum <quia> manens
 quod erat, factus est caro, id est homo perfectus, tanto sacramento nulla conuersione
 uiolato, idem ipse perficiebat miracula et iniurias sustinebat, per signa quidem diuina
 mansisse id quod erat, insinuans, per passiones autem factum quod formauerat, mani-
 festans. unum igitur eundem<que> filium prædicamus et patri consempiternum et 10
 in nouissimis temporibus incarnatum, nihil adulterinum diuinæ naturæ penitus in-
 20 ferentes; non enim potest esse aliquid in throno superfluum. sed illud mihi sæpe-
 numero uulgatum fortasse subicient, nectentes syllogismos infirmiores aranæ: »si trini-
 tas est unius essentiæ, perfectio trinitatis impassibilis permanet; quodsi trinitas
 <impassibilis est> et deus uerbum in trinitate conspicitur impassibili permanens, et 15
 deus uerbum impassibilis approbatur; quodsi deus uerbum impassibilis est, inuenietur
 Ies. 59, 5 qui crucifixus est, alter præter impassibilem deum uerbum.« uere t e l a m t e x u n t
 a r a n e æ qui ista depromunt; in aquis scribunt qui propositiones ineptissimas medi-
 Rom. 1, 21 tantur. qui cum essent sapientes, stulti facti sunt, et o b s c u r a t u m e s t i n -
 s i p i e n s c o r e o r u m. lippus enim oculus solis radios pure non recipit et in- 20
 21 firmus animus altitudinem fidei non ualet intueri. quid igitur ad ista nos dicimus?
 quoniam secundum rationem deitatis sancta trinitas et unius est essentiæ et impassi-
 bilis perseuerat. nec enim dicentes filium passum, ratione deitatis eum passum fuisse
 sentimus, diuina siquidem natura nullam prorsus recipit passionem; sed confitentes deum
 uerbum unum ex trinitate incarnatum, tribuimus intellegendi materiam his qui fideliter 25
 sciscitantur cur incarnari dignatus est. quia enim decreuerat deus uerbum destruere
 passiones, quarum mors terminus habebatur, suscipere uero passionem inuiolabilis
 natura non poterat, quia omnis passio rebus compositis probatur inferre luctamen,
 in spiritali autem et singulari substantia compositio nulla est nec illuc passio pertin-
 gebat, ubi compositio non erat — uolens, ut prædixi, destruere passiones, quæ rationale 30
 corpus oppresserant, quarum interitus erat suprema munitio, ut nouit, deus uerbum
 incarnatur ex uirgine et habitu inuenitur ut homo, quoniam sic exinanire se uoluit,
 formam serui quodammodo suscipiens, nullam tamen circumscriptionem suæ deitatis
 admittens; per quam etiam salutem omni humano generi contulit, carne sua passiones
 22 exterminans, deitatem propriam impassibilem seruans. idcirco Gabriel auctoritatem 35

21—26 quid igitur — dignatus est] *hac uersione usus est translator Innocentii epistolæ [24]*

2 et s om. AP	3 nouo—itinere A	ergo P	4 unam Schw ex Graecis quam AP quem s
4/5 uno—existente eo s unum — existentem eum AP			5 oratione P
reticentur s	derogat A	deus AP om. s	6 reticentes P reticent A
7 conuersione P	10 que add. Schw	et ² om. P	13 subiiciant s
est add. Schw	impassibili Schw	impassibilis APs	15 impassibilis
16 approbatur — impassibilis Ps om. A		inuenietur s inuenitur AP	17 telam P tela s telas A
texunt Ps texant A	20 radios Ps radium A	recipit As respicit P	21 ad ista om. Innoc.
cum Graecis	22 qui P quia Innoc.	diuinitatis Innoc.	essentiæ s Innoc. essencie A substantie P
23 diuinitatis Innoc.	passum fuisse A passum pati s passum potuisse P	pati potuisse Innoc.	
25 quis P	29 illic P	31 minucio A	32 incarnatus P
P om. As	34 quam As quem P	salutem om. P	33 serui
		genere P	carne sua As carnis sue P

atque potentiam nascentis insinuans aiebat ad Mariam: ipse, inquit, saluum **Matth. 1, 21**
 faciet populum suum a peccatis eorum. populus autem non
 potest hominis esse, sed dei, nec mundum ab iniquitatibus eruit qui hanc uitam
 pariter <cum> corruptione intrauit, inculpabile non habens natiuitatis exordium. sed
 necessarie deus simul et homo, non diuisus in duo, sed permanens unus, per id quod **5**
 ex muliere nascitur, hominem se demonstrans, per id autem quod matrem seruat intac-
 tam, deum prorsus insinuans, saluum fecit populum suum [qui] Iesus Christus, qui
23 uenit in terras et cum hominibus conuersatus est. si autem Christus purus homo est
 et non ipse est deus uerbum, quomodo in principio creauit omnia, cum tunc, ut impii
 asserunt, non erat? nam cum postremus in creaturis homo sit, si Christus homo **10**
 purus est, constat quod ea quæ ante se erant, nequaquam creare potuerit uelut post-
 modum factus. et quomodo Paulus aiebat: unus dominus Iesus Christus, **1 Cor. 8, 6**
24 per quem omnia? si autem per Christum facta sunt omnia, manifestum est
 quod Christus deus est uerbum, euangelista testante: in principio erat uer- **Ioh. 1, 1**
 bum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. hoc **15**
 erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt.
 et ipsum quoque Paulus interpretans ait: unus dominus Iesus Christus
 per quem omnia; quare colligitur quoniam Christus est deus uerbum. si
 autem illas proferunt uoces diuinis litteris editas, quibus Christus homo est appellatus,
 dicente Petro Iesum a Nazareth uirum approbatum a deo in **20 Act. 2, 22**
 uobis et Paulo testante similiter in uiro in quo præfiniuit fidem **Act. 17, 31**
 præstans omnibus et ipso domino de se clamante quid me quæritis **Ioh. 8, 40**
 occidere hominem, nouerint [autem] per incuriam se scripturæ sanctæ
 intellegentia priuari aut certe per malitiam [deseri uelint] quæ bene conscripta sunt,
 ad propriam reflectere prauitatem. nam et homo secundum ueritatem dicitur Christus, **25**
 sed hoc factus est, quod prius non erat nisi tantummodo deus. sicut enim deus in-
 creatus est, sic idem ipse homo perfectus est nullam suspicionem fantasiæ prorsus ad-
 mittens, et quemadmodum est patri secundum deitatem consubstantialis, sic idem
 sanctæ uirgini secundum carnem probatur esse consimilis, ubique ueritate relucente
25 mysterii omnique remota penitus falsitate. si autem deum uirgo non genuit, nec **30**
 magno censebitur intacta miraculo, multæ siquidem et aliæ mulieres iustos sæculo
 protulerunt. nam linguæ propheticæ ineffabilitatem huius sacramenti præcinentes
 aiebant: ecce uirgo in utero concipiet et pariet filium et **Ies. 7, 14**
 uocabitur nomen eius Emmanuel, quod Gabriel interpretatus est
 dicens nobiscum deus. cur propter nascentis inclinationem gloriam parientis **35 Mt. 1, 24**
26 attenuant? sed hoc fortassis opponunt, dicentes: »omne quod nascitur, generanti
 simile comprobatur. si igitur homo est quæ genuit, necessarie qui ex ea natus est,
 homo est.« quasi uerisimili ratione uos ista depromitis. sed tunc parẽm sibi per

4 cum corruptione Schw corruptionis APs	inculpabile A inculpabilem Ps	5 duo A deo
P deum s	7 suum om. A	qui del Schw
13 si — omnia s om. AP	18 colligitur Schw dicitur As P ² in mg. ducitur P ¹	11/12 postmodo s
preferunt A perferunt P	23 occidere Ps interficere A	hominem Ps hominem qui ueritatem dico
uobis A	nouerunt P	autem del. Schw
deseri uelint s deseri uelintque A deseri uelli P del Schw cf. p. 199, 32	se per incuriam P	24 intelligentiam P
25 reflectere Ps flectere A	dicit A	26 factum P
29 uirgini s uirginis AP	probatus P	31 magna P
tur P	intacta Ps tacta A	32 propbetie P
35 parientis Schw ex Graecis patientis AP patientis s	34 uocabit A	gabriel As euangelista P
	37 que A quem Ps	

omnia parturiens edit, quando iuxta naturam contingit et partus; naturalis autem parturitionis exordium corruptio est, quia et commixtio præcedit. cum autem huius iniuriæ nec suspicio est, sed supra humanum intellectum constat esse miraculum, ubi
27 supra naturam partus est, ibi qui nascitur, deus est. confitemur igitur eum et mundum fecisse de nihilo et legem dedisse, prophetas quoque inspirasse et nouissimis incarnatum esse temporibus, apostolos etiam ad salutem misisse gentium atque populorum; fugiamus itaque consilia seductionis, fluenta hæreticorum dico pernicioso deoque inimica contagia, Arrii uesaniam, qui trinitatem inseparabilem substantiis diuidit, Eunomii audaciam, qui naturam incomprehensibilem intra scientiam humanitatis includit, Manichæi rabiem, qui sequestrat ab essentia deitatis spiritum sanctum et inseparabiliter procedentem, nec non et hanc nuperrimam nouamque blasphemiam, quæ Iudæorum impietatem multipliciter exsuperare dinoscitur. illi namque filium negantes raram nituntur a radice euellere, hi uero huic qui est, alium superinducentes, intemperabilem substantiam tamquam in fetu multiplicem diffamare contendunt. dicamus
Eph. 2, 14 ergo cum Paulo: Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum; Iudæum namque et gentilem per baptismum in unum nouum hominem reformauit, coniungens uirtute quos conuersatio sequestrabat. idcirco repertores nouæ impietatis damnationem quæ sibi imminet, contremiscant, quando in unam separata rediere concordiam et qui uniuit, in duo, quantum ad illos attinet, diuidatur.
29 Sed omissa iam prolixitate sermonis ad compendium recti dogmatis ueniam. si quis uult nosse ueraciter quomodo idem ipse sit unus et non solum filius ante Abraham manens, sed in nouissimis secundum carnem sapientia et aetate proficiens (nam deitas eius semper id quod perfectum est, possidet), interroget Paulum, et ipse pietatis sacramentum protinus intonabit, ostendens quod etiam ex Iudæis ortus secundum carnem deus sempiternus existat. loquens enim de Hebræis et rebellem nationem ingrataque collaudans propter radicem, uidelicet Abraham, et propter semen Christum, ita pronuntiat: quorum, inquit, est adoptio filiorum (clamat enim deus in prophetis filius meus primogenitus Israel) et gloria (indefinitam namque gloriam eis qui probati tunc erant moribus, diuina miracula conferebant) et testamenta per quæ Abrahæ multiplicatio seminis est promissa, et legislatio quæ in monte digito dei conscripta est, et obsequium quo diuino cultui seruebant, et promissa quibus uel terra Palæstina uel certe benedictio in semine Abrahæ gentibus collata est uniuersis; quorum patres qui in hac ignorantia nocte uelut luminaria fidei probantur exorti, et ex quibus Christus nec in his stetit Paulus, nec enim ex quo partus de Maria, ex eo est uerbi sine initio extantis essentia; sed mox intulit secundum carnem, ut manifestationem
30 quæ facta est in carne, non illam diuinam natiuitatem æternamque significet. quis igitur est hic Christus, qui est natus ex uirgine, quem spelunca cepit, ut ipse nouit et

1 contigit <i>P</i>	autem <i>om. A</i>	2 corruptio est <i>s</i> corruptionem <i>AP</i>	commixtio <i>Schw</i>
commixtionem <i>APs</i>	3 ne <i>A</i>	5 de <i>Ps</i> ex <i>A</i>	6 esse <i>om. A</i>
misisse ad salutem <i>s</i>	9 intra <i>Schw</i> infra <i>APs</i>	10 Manichæi] Μακεδονίου <i>Proclus</i>	sanctum
spiritum <i>s</i>	11 qui <i>A</i>	12 namque <i>Ps</i> enim <i>A</i>	13 euellere <i>P</i> conuellere <i>As</i>
superinducentes <i>As</i>	superbi ducentes <i>P</i>	14 fetu <i>A</i> fetum <i>P</i> foetum <i>s</i>	17 uirtuti <i>P</i>
18 contremiscunt <i>A</i>	quando <i>As</i> quoniam <i>P</i>	separata <i>A</i> separatam <i>Ps</i>	19 rediere <i>s</i> redire <i>AP</i>
uniuit <i>Ps</i> unum <i>A</i>	20 omissam -- prolixitatem <i>P</i>	ueniamus <i>P</i>	21 ueraciter nosse <i>P</i>
idem ipse <i>Ps</i> ipse idem <i>A</i>	sit <i>om. P</i>	22 sed <i>A</i> et <i>Ps</i>	27 quorum <i>As</i> quorum quidem <i>P</i>
est <i>om. P</i>	28 et gloria <i>om. P</i>	33 collata <i>s</i> conlata <i>A</i> collocata <i>P</i>	est <i>om. A</i>
35 stetit <i>Ps</i> restitit <i>A</i>	paulus <i>P</i> beatissimus paulus <i>As</i>	partus <i>Schw</i> patres <i>APs</i>	de maria <i>Ps</i> marie <i>A</i>
est ex si <i>corr. in mg. P</i>	37 natiuitatem diuinam <i>s</i>	38 est <i>AP</i> esset <i>s</i>	est natus <i>A</i> natus est <i>Ps</i>

uoluit, qui in præsepe iacuit, qui secundum carnem temporibus creuit quique ad inferiora terræ descendens omnia quæ carnis sunt, mirabili dignatione sustinuit, ut fidem faceret quia ueraciter homo factus est nec alter est præter eum qui descendit, sed idem qui descendit, ipse est et qui ascendit (non enim prius ascendit, sed descendit utpote qui non secundum profectum deus est, sed propter misericordiam qua indigebamus, ⁶ homo dignanter effectus est), quis est, a me uel a quolibet alio non requirat, sed ab apostolo, qui filium per reuelationem didicit patris, cum dicit: cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ et uocauit ^{Gal. 1, 15} per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me. hic namque e quibus est Iesus Christus, ueraciter edocebit, exclamans: ex quibus ^{10 Rom. 9, 5} Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in sæcula. hæc Pauli uerba quam subreptionem calumniæ eos qui praua diligunt, habere permittunt? dixit enim Christum, ut ostendat quoniam secundum ueritatem deus factus est homo; dixit eum ex Iudæis secundum carnem, ut insinuet quia non ex illo tempore quo est incarnatus, existat; dixit eum qui est, ut eum ¹⁵ sine initio delectet; dixit eum super omnia, ut totius creaturæ dominum prædicet; dixit eum deum, ne passionibus habituque traducti intemeratam eius audeamus negare substantiam; dixit benedictum, ut adoremus eum tamquam omnipotentem suppliciter nec ut conseruum calumniis appetamus; dixit eum in sæcula, ut demonstret ut is qui ²⁰ nos uerbo creauit, pro sua diuinitate iugi a nobis honore celebretur. habentes itaque Christum et existentem et deum et benedictum in sæcula, ueneremur eum ut dominum, dicentes assertoribus exterorum dogmatum: si quis spiritum Christi non habet, ^{Rom. 8, 9} hic non est eius. nos autem sensum Christi habemus; idcirco et expectamus aduentum gloriæ magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, qui pie quidem uiuentibus gloriæ reddet coronam, his autem qui exacerbant eum, audaciæ eorum condigna restituet. ²⁵

³³ Hæc uestræ caritati direximus pro libellis uestris, quos ad nos destinare curastis, asseuerantes quosdam pestiferos homines uerborum portenta promentes irruisse uestræ prouinciæ, uolentes quibusdam scriptis et oppositionibus falsi nominis scientiæ simplicem ^{1 Tim. 6, 20} et infucatam rectæ fidei pulcritudinem constantiamque peruertere. sed ego uos iterum beati Pauli uerbis ammoneo: uidete ne quis uos decipiat per ^{30 Col. 2, 8} philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum et non secundum Christum. fundamentum autem ^{Cor. 3, 11} aliud sanctæ fidei nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. state igitur in uno spiritu ^{Phil. 1, 27, 28} unanimes collaborantes fidei euangelii, et in nullo terre- ³⁵ amini ab aduersariis, custodientes traditiones quas accepistis siue a sanctis et beatissimis patribus qui apud Nicæam rectam fidem promulgasse noscuntur, seu a sanctis et uenerandis Basilio Gregorioque ac reliquis eadem sentientibus, quorum ^{Phil. 4, 3} nomina in libro uitæ scripta sunt.

³⁴ Omnem fraternitatem quæ uobiscum in Christo est, ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus. Data Constantinopoli consulatu piïssimorum Theodosii xv et ⁴⁰ 435 Valentiniani IIII.

2 terra A	ut om. s	3 est ² A esse Ps	6 a quolibet As ab P	ab om. P	7 dicit P
9 hic Schw ex Graecis hiis Ps om. A	10 ex A	11 xpc ihc P	deus om. P	12 sub repetitionem P	
eos A eorum Ps	13 permittunt As dicunt P	quoniam Ps quem A	15 non om. P	existit A	
17 deum P dominum As	17 audiamus A	23 habentes P	et om. P	expectemus P	
25 reddet glorie P	26 caritati ure A	28 scientia s	28/29 simplicemque et infugatam P		
33 aliud Ps illud A	fidei scē A	35 euangelium A	et Ps ut A	38 uenerandis basilio	
As beatissimis patribus P	41/42 Data — 1111 om. A	41 Theodosii Augusti s	xv Schw x11 P v s		

1 Dominis filiis merito inlustribus atque magnificis Auieno, Senatori, Liberio, L III 1751 =
Seuerino, Fideli, Auito, Opilioni, Siluerio, Clementino et Ampelio Iohannes episcopus. M VIII 803

Olim quidem, inlustres et magnifici filii, ad hoc sententiæ meæ summa constiterat, ut ante iussionem uestram, postquam epistolæ uel dogmatis tenorem cuncta ecclesia, hoc est sacerdotum, senatus et populi probauit assensus, sub paginali alloquio uestris etiam 5 sensibus intimanda dirigerem; sed consilii ordinem illa res uertit, quia et dogmati per dies singulos diuinæ scripturæ subduntur et imperfecta destinari non poterant, et ea quæ per legatos directa sunt, prius non poterant in exemplaribus scripta transmitti.

Mc. 6, 34 nouimus enim quod domino docente præceptum est, quod pastor diligens gregis salubria ultro non desistat ingerere, quia res quæ ad salutem animæ pertinent, omnibus necesse 10 est sensibus intimari. proinde, inlustres et magnifici filii, quia festinatio non pertulit portitoris, ut ea scribi et dirigi potuissent, in continenti tamen, si dictis diuinus fauor arriserit, tam epistolæ quam dogmatis exemplaria destinabimus; nunc tamen, ne quid uestris sensibus relinquatur ambiguum, quid epistolæ tenor habeat, quid textus dogmatis contineat, breuiter insinuare curauim.

15

Coll. Auell. 2 Iustinianus siquidem imperator filius noster, ut ex eius epistolæ tenore cogno-
84, 7 sq. = uistis, de his tribus quæstionibus orta certamina fuisse significauit, utrum unus ex M 804
91, 8 sq. trinitate Christus et deus noster dici possit, hoc est una de tribus personis sanctæ trinitatis sancta persona; an deus Christus carne pertulerit impassibilis deitate; an proprie et ueraciter <dei genetrix materque dei uerbi ex ea incarnati> mater domini nostri 20 Iesu Christi Maria semper uirgo debeat appellari. probauimus in his catholicam imperatoris fidem et ita esse propheticis et apostolicis uel patrum exemplis euidenter ostendimus.

3 Vnum enim ex sancta trinitate Christum esse, hoc est unam de tribus sanctæ trinitatis personis sanctam esse personam siue subsistentiam, quam Græci ypostasin 25 dicunt, his exemplis euidenter ostendimus:

Gen. 3, 22 4 In libro Genesi per Moysen trinitas ipsa sic dicit: ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. et iterum uas electionis Paulus ad Corinthios ita

Primus edidit Io. Sichardus in Antidoto contra diuersas omnium fere saeculorum haereses, Basileae 1528 f. 238. 239. FK 885.

Inscribitur Incipit epistola iohannis pape uobis rome de fide contra euticianistas de duabus naturis in una persona dñi nostri ihesu xpisti A scriptura euanuit in M 1/2 Dominis — episcopus MA IOHANNES EPISCOPUS ROMANVS ILLUSTRIBUS AC MAGNIFICIS VIRIS — AMPHELIO DE DVABVS NATVRIS ADVERSVS EUTYCHIANISTAS s 1 AUIENO s auteno MA 2 siluerio MA IOANNI SYLVERIO s 6 dirigerem MA digererem s 9 enim MA etenim s quod^t s quid MA gregis MA gregem s 10 ultra A pertinent A pertinet s, M ut uidetur 12 portitores s dictus s diuinis MA^t 14 quid^t MA quid de s 17 significauit A signauit Ms 19 impassibili s 20 dei — incarnati add. Schw cf. 209, 7. 8 nostri MA nostri dei s 24 unam A unum Ms 25 ypostasin A ipostasin M 26 his A in his M in hiis s 28 quasi MA tanquam s iterum MA item s ita s om, MA

euidenter expressit: unus deus pater, ex quo omnia et nos in ipso, 1 Cor. 8, 6 et unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum.

5 In symbolo synodi Nicænæ: Credimus in unum deum patrem omnipotentem, et in unum dominum nostrum Iesum Christum unigenitum. 5

6 Sanctus Augustinus, cuius doctrinam secundum præcessorum meorum instituta Romana sequitur et seruat ecclesia, in libro undecimo De ciuitate dei sic dicit: Credimus 11, 24 et tenemus et fideliter prædicamus quod pater genuerit uerbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, <unigenitum filium,> unus unum, æternus coæternus, summe bonus æqualiter bonum, et quod spiritus sanctus simul et patris et filii sit spiritus, 10 et ipse consubstantialis et coæternus ambobus, atque hoc totum trinitas sit propter proprietatem personarum et unus deus propter inseparabilem diuinitatem, sicut unus L 1752 omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam, ita tamen, ut etiam cum de singulis quæritur, unusquisque eorum et deus et omnipotens esse respondeatur.

7 Item eiusdem ex libro secundo Contra Maximinum: Et pater deus est et filius 15 2, 10, 2 p. 698^f deus est et spiritus sanctus deus est, et hi simul tres unus deus est, nec huius trinitatis tertia pars est unus nec maior pars duo quam unus.

8 Item eiusdem in libro xv De trinitate: Ratione etiam reddita intellegendibus 15, 5 p. 969^b clarum est in substantia ueritatis non solum patrem filio non esse maiorem, sed <nec> ambos simul aliquid esse maius quam spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem 20 trinitate maius esse aliquid quam unum, aut omnes simul tres maius aliquid esse quam singulos.

9 Gregorius ex sermone de epiphania: Deum cum nomino, uno lumine illustramini, Or. 39, 11 = simul et tribus. tribus quidem secundum uniuscuiusque proprietates siue subsistentias, Rufin. p. 121, 9—17 sicut placet aliquibus dicere, siue personas (nihil enim pro uocabulorum diuersitate 25 dissidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet intellectum), uno autem secundum substantiam uel deitatis rationem. diuiditur ergo, ut ita dicam, indiuisibiliter <et> coniungitur diuisibiliter; una est <enim> in tribus deitas.

10 Item ex epistola Gregorii Nysseni ad Ablamium: Aestimetur hæc opera utrum Quod non sint tres dii p. 20^a

7—14 ex *Collectione Nouariensi* 78, 16; hoc epistolæ loco usus est Dionysius in uersione tomi Procliani

15—17 ex *Coll. Nou.* p. 79, 8

18—22 ex *Coll. Nou.* p. 77, 4

23—28 ex *Coll. Nou.* p. 94, 32

29—208, 2 ex *Coll. Nou.* p. 96, 2

3 ipso s	4 In MA et in s	synhodo M	Niceni s	in om. M	5 in superscr. M
genitum M	6 Scs MA	Item sanctus s	præceptorum M	statuta s	8 sapientia M
9 unigenitum	Augustinus Coll. Nou. Dion. om. MAs	10 summe Augustinus Coll. Nou. Dion.			
summus MAs	11 totum MAs Dion. totum et Augustinus Coll. Nou.	12 diuinitatem MA uni-			
tatem s	sicut As sit unus omnipotens propter inseparabilem diuinitatem sicut M	14 et ² M.1			
om. s	15 item MA om. s	et pater — 209, 21 simul intercederunt folii defectu in M			16 simul
hi Aug. Coll. Nou.	est As om. Augustinus Coll. Nou.	nec s non A			17 terna Augustinus
Coll. Nou.	unus ² A unus est s unus est ibi Augustinus Coll. Nou.	18 Item — xv A In libro			
sancti Augustini quinto decimo s	19 clarum Augustinus Coll. Nou. parum As	sed nec Augustinus			
Coll. Nou. sed As	20 ambos A corr. ambo A's	quam As quam solum Augustinus Coll. Nou.			
21 maius ² A maior s	23 Gregorius A Gregorius Nazanzenus s	Deum cum nomino Ruf. Coll.			
Nou. Cum deum nomino A	Deum cum omnino s	illustramini Coll. Nou. illustramur As			24 pro-
prietatis s	substantias s	26 prouocet et s	27 unum s	ratione s	ergo s
Ruf. Coll. Nou. autem A	28 et — diuisibiliter om. A	et Ruf. Coll. Nou. om. s			est enim
Ruf. Coll. Nou. est s om. A	29 niseni A Nusseni s	ablamium As ABLABIVM Coll. Nou.			
æstimet As existimet Coll. Nou.					

uni assignentur personæ earum quæ in sancta trinitate creduntur, an per tres eat uirtutis effectus.

- 66, 16 11 Item ex epistola Procli ad Occidentales: Super hæc etiam confitemur unum ex trinitate increata atque ineffabili deum uerbum factum hominem. M 805
- 12 Item eiusdem: Quid enim nos sapimus atque sentimus? quia in ipsa diuina natura qua coniunctus et unicus est filius patri sanctoque spiritui, non dicimus eum deitate passum fuisse, sed carne quam pro nobis assumpsit ex nobis. unus igitur ex trinitate crucifixus est carne qua factus est, non tamen deitate qua unicus est patri et spiritui sancto, perpassus est, ne et illos crucifixos pariter asseramus.
- 13 Hæc igitur ex plurimis pauca digessimus. deum uero carne passum his nihilo minus probamus exemplis:
- Deut. 28, 66 14 In libro Exodi per Moysen dominus locutus est: et uidebitis uitam uestram in ligno pendentem. deum autem esse uitam dominus noster in euangelio Iohannis prædicat dicens: ego sum uia, ueritas et uita.
- Mal. 3, 8 15 Item propheta dicit: Si affigit homo deum suum, quia uos me affigitis.
- 16 Princeps quoque apostolorum beatus Petrus in Actibus apostolorum ita dicit, dum impietates Iudæorum argueret: Vos autem uirum homicidam petistis dimitti uobis, auctorem autem uitæ peremistis.
- 1 Cor. 2, 8 17 Item uas electionis et doctor gentium sic prædicat: Si enim cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent. dominus autem gloriæ est deus, sicut psalmographus ante prædixit: quis est iste rex gloriæ?
- Ps. 23, 8 20, 28 18 Item in Actibus apostolorum: Attendite uobis et uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus constituit episcopos rectores ecclesiæ dei, quam adquisiuit sanguine suo.
- De bono pat. 7 19 Cyprianus episcopus et martyr in epistola de patientia: Iudicatur iudicaturus et dei sermo ad uictimam tacens ducitur. L 1753
- Or. 45, 28 20 Gregorius Nazanzenus: Et indignimus deum incarnatum et mortificatum, ut nos uiuamus. 80
- sermo 2 de 21 Ex libro sancti Augustini de caritate: Ille enim qui uenit per crucis irrisionem caritate t. V carnis perimere corruptionem et uetustatem uinculi mortis nostræ suæ mortis nouitate p. 1348^t dissoluere, mandato nouo fecit hominem nouum. res enim uetus erat, ut homo moretetur; quod ne semper ualeret in homine, res noua facta est, ut deus moretetur. sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate. 35
- 22 Cyrillus capitulo XII: Si quis non confitetur uerbum passum carne et crucifixum carne et mortem carne gustasse factumque primogenitum ex mortuis secundum quod uita et uiuificans est ut deus, anathema sit.

5—9 ex epistula Innocentii Maronitæ 27 p. 73, 13

12—13 cf. Ioh. Max. p. 31, 8

15. 16 cf. Ioh. Maxent. p. 31, 12

27. 28 ex Coll. Nou. p. 92, 9

36—38 ex uersione Dionysii exigui

1 earum quæ A eorum quæ s eorum qui Coll. Nou.	2 effectus s Coll. Nou. affectus A
3 confitemur s confitetur A	5 Item A om. s
7 deitate As om. Innoc.	8 nec Innoc.
10 hic s	11 probamus A roboremus s
12 In A Ex s	16 me affigitis A affixistis me s
17 apostolorum A om. s	22 est ^t s om. A
25 rectores ecclesiæ A regere ecclesiam s	29 deum — mortificatum A deo incarnato et mortificato s
31 irrisiones s	35 culpa excerptoris
ecloga in media sententia abrumpitur	38 ut Dionysius et s om. A

- 23 Item in epistola papæ Leonis ad Iuuenalem: Veram igitur <Christi> generationem ep. 139 p. 129^f
 crux uera confirmat, quoniam ipse in carne nostra nascitur qui in nostra carne cruci-
 fitur.
- 24 Item eiusdem ex epistola ad Flauianum: Impassibilis deus non dedignatus est ep. 28 p. 817
 homo esse passibilis et immortalis mortis legibus subiaceret. 5
- 25 Ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectione poteritis agnoscere. gloriosam
 uero sanctam semper uirginem Mariam et proprie et ueraciter dei genetricem matremque
 dei uerbi ex ea incarnati ab omnibus catholicis confiteri recte docemus. proprie nam-
 que et ueraciter idem ipse ultimis temporibus incarnatus ex sancta et gloriosa uirgine
 matre nasci dignatus est. propterea ergo, quia proprie et ueraciter dei filius ex ea 10
 incarnatus et natus est, ideo proprie et ueraciter matrem dei ex ea incarnati et nati
 M 806 esse confitemur, et <proprie quidem>, ne dominus Iesus per honorificentiam uel gratiam
 nomen dei accepisse credatur, sicut Nestorius sentit insulsus, ueraciter autem ideo ne
 in fantasmate aut aliquo modo non ueram sumpsisse carnem credatur ex uirgine, sicut
 asseruit impius Eutyches. cuius rei probamenta ex patrum traditionibus conse- 15
 cuntur:
- 26 Sanctus Augustinus in libro primo Prædestinationis: Prædestinatus est ergo De praed.
 Iesus, ut futurus secundum carnem filius Dauid esset, in uirtute autem filius dei <se- sanct. 31 t. X
 cundum spiritum sanctificationis, quia natus est de spiritu sancto et uirgine Maria. p. 810^e
 ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a deo uerbo susceptio singularis, ut filius dei> 20
 simul et filius hominis, <filius hominis> propter susceptum hominem et filius dei propter
 suscipientem unigenitum deum proprie et ueraciter diceretur.
- 27 Item Leporius in epistola quam Aurelius episcopus Carthaginensis et beatus Sirmond. opp.
 Augustinus et synodus Africana firmavit: Nascitur ergo nobis proprie de spiritu sancto 1. 35^o
 et Maria semper uirgine deus homo Iesus <Christus> filius dei. 25
- 28 Papa Gelasius ex libro aduersus Nestorium et Eutychen: Propterea quod tract. 3, 2
 ex te nascetur sanctum, uocabitur filius dei. ex te nasce- Luc. 1, 35
 tur ait, ut proprietatem de matre sumendam nostræ conditionis exprimeret.
- 29 His igitur euidenter ostensum est, inlustres et magnifici filii, quid sperauerit im-
 perator, quid Romana sequatur et colat ecclesia, scilicet Christum dominum nostrum 30
 unum esse, ut sæpe diximus, sanctæ trinitatis, ex duabus naturis cognoscendum,
 L 1754 hoc est in deitate et humanitate perfectum, non antea existente carne et postea unita
 uerbo, sed in ipso deo uerbo initium, ut esset, accipiente. ideo enim quia uerbi ex
 materno corpore caro sumpsit initium, salua proprietate uel ueritate utriusque naturæ,
 hoc est diuinitatis atque humanitatis, dei filium dominum nostrum Iesum Christum 35
 catholice confitemur, omni posthac commutatione uel confusione summota. neque
 enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentias intellegentes et confitentes diui-
 nitatis atque humanitatis. sed nec duas personas in Christo intellegimus per id quod

1 Item <i>A om. s</i>	pape <i>A om. s</i>	Christi <i>Leo om. As</i>	4 Item <i>A om. s</i>	6 lectio-
num <i>s</i>	8 omnibus <i>A</i>	recte <i>A</i> recte esse <i>s</i>	8/9 namque <i>A om. s</i>	9 idem <i>A</i>
et idem <i>s</i>	12 proprie quidem <i>add. Schw</i>	13 nomen dei <i>A</i> dei nomen <i>s</i>	14 in fantasmate	
<i>A phantasma s</i>	15 cui <i>s</i>	15/16 consequenter <i>s</i>	18 futurus <i>s om. A</i> qui futurus erat <i>Augustinus</i>	
in uirtute autem <i>As</i> tamen in uirtute <i>Augustinus</i>		18/20 secundum — filius dei <i>Augustinus om. As</i>		
21 et filius hominis simul filius hominis <i>Augustinus</i> simul et filius hominis <i>As</i> et filius hominis <i>M in folu initio</i>		22 deum <i>MA Augustinus dñi s</i> diceretur <i>Augustinus</i> dicitur <i>MA s</i>	23 Item <i>om. s</i>	24 affricano <i>M</i>
ergo nobis <i>s Leporius</i> nobis ergo <i>MA</i>	25 Christus <i>Leporius om. MAs</i>	26 Papa <i>MA om. s</i>		
27 nascitur <i>s</i>	27/28 nascitur <i>s</i>	30 scilicet <i>MA</i> atque igitur <i>s</i>	33 accipiente <i>Schw</i> acci-	
piens <i>MAs</i>	quia uerbi <i>A</i> uerbi <i>M</i> uero <i>s</i>	36 posthac <i>A corr</i> post hanc <i>s</i> post hoc <i>A¹ de M</i>	37 differentias <i>MA</i>	
propter scripturam euanidam non constat	commutatione uel <i>MA</i> commutationis <i>s</i>			
differentiam <i>s</i>	38/210, 1 personas — duas <i>s om. MA</i>			

dicimus duas naturas, ut adunationis diuisionem facere uideamur et sit, quod absit, quaternitas, non trinitas, sicut Nestorius sentit insanus, nec confundimus easdem unitas naturas, cum unam personam Christi confitemur, ut Eutyches impius credit. tomum uero papæ Leonis omnesque epistolas nec non et quattuor synodos, Nicænam, Constantinopolitanam et Ephesenam primam et Calchidonensem, sicut Romana hactenus 5 suscepit et ueneratur ecclesia, sequimur, amplectimur atque seruamus. hoc est enim nostræ fidei firmamentum, hæc fidei nostræ petra firmissima.

30 Hæc ergo, inlustres et magnifici filii, agens gratias sollicitudini uestræ, pauca intimare curauimus, plenius tamen directis exemplaribus poteritis cognoscere. Aquimitos uero, qui se monachos dicunt, quia Nestoriani euidenter apparuerunt, Romana 10 etiam eos damnat ecclesia; <de> quibus uos propter canonem qui cum excommunicatis Christianum nec loqui nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, ut eorum etiam simplicem colloctionem uitetis nihilque uobis cum eis æstimetis esse commune. quod ideo facio, ne reus silentii inueniar, si hæc ad uestram minime, Christianissimi filii, notitiam pertulissem. 15

Et alia manu. Incolumem magnitudinem uestram deus noster custodiat, domini filii merito inlustres atque magnifici.

5 ephesenam *M* ephesinam *As* 8 ergo *MA* autem *s* 9 exemplarius *M* cognoscere
MA agnoscere *s* 11 de *Schw* a *s* om. *MA* 16 et — manu *MA* om. *s*
